Amor inter patrem, & filium eſt maior quàm erga patriam, num. 18 & an econtra, nu. 19.
Pater in dubio æqualiter diligit filios tam ex prima, quàm ex ſecunda vxore, nu 19.
Filij ſiue ex prima, ſiue ex ſecunda vxore æqualiter à patre diliguntur, ibid.
Amor paternus deſcendit in filios, ſicuti humor à trunco, & non redit, ibid.

PER hoc cap. continuatiuum cum ſubſequentibus vſque ad cap. 6. videmus, quòd dum ex bellis factis per Carolum Principem filium primogenitum huius Regis Ioannis, defeciſſet ab eo, vt vidimus ſupra in proœmio, ſupplicauit totum Regnum ipſi Regi, vt dictus Carolus recipiatur in priſtinam dilectionem, & amorem, h.d.

1 Noto primò quòd nihil eſt ſanctius † & præſtabilius Charitate, & dilectione, vt hic, & voluit Bald. conſ. 443. aliàs 449. Ius naturale, ſub num. 2. lib. 3. vbi dixit eſſe vinculum perfectionis, & funiculus cæli, & mundi, quem refert, & ſequitur D. Cardinal. Tuſch. in ſuis pract. concluſ. iuris, verbo charitas, concluſ. 220. tom. 1, Ioann. à Capeſtrano in tract. Speculum Conſcientiæ §. 1. num. 299. tom. 1. tractatuum, quaſi diceretur per Regnum ipſi Regi, quod, etſi ipſe Carolus Princeps deuiauerit ab obediētia paterna mouendo illi bella, tamen non ex hoc debuiſſet ipſe Rex perſiſtere in odio paterno, ſed prorſus auerteret voluntatem rectam ab omnibus terrenis aduerſam, quia iſta eſt vera
2 charitas † vt ait ipſe Ioann. à Capeſtrano nunc reſpondere, nu 62. cũ ſeqq. loco citato, §. reſtat Abb. conſ. 101. In quæſtione, num. 3. lib. 1. per text. in cap charitas, de pœnit. diſt. 2. eodem. n. modo, quo ordinata charitas incipit à ſeipſo vulgata l. præſes C. de ſeruit. de qua aliqua ſcripſi in cap. Regni 15. Regis Martini, in princip. num. 1. cum plurib. ſubſequentib. tom. 3. & in pragmaticis, tit. 24. de frumentis rabbæ verſic. ſubaudi primo tom. 2. ipſarum pragmaticarum, cap. ſcias frater, 7. quæſt. 1. Bouadill. in ſua politica, cap. 3. nu. 16. lib. 3. tom. 2. Matth. cap. 25. Marant. de ordin. iudic. ti. de inquiſit. part. 6. num. 181. idem Bouadill. nu. 54. ex Roman. in l. 2. num. 7. ff. ſolut. matr, Iaſon in l. vlt. num. 12. C. de iur. emphit. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 18. num. 2. Couarr. lib. 3. var. cap. 14. num. 6. Gregor. in l. 15. verſic. poſtura, col. 1. tit. 1. part. 1. Auendann. in cap. 19. Prætor. num. 35. in fine, Auil. in cap. 17. Prætor. gloſſ. à razonables, nu. 36. Myers de maiorat. part. 1. quæſt. 51. nu. 28. Matthienz in l. 1. gloſſ. 5. in fine, & gloſſ. xi. tit. 25. lib. 5. recopilat. Mexia de pane concluſ. 5. n. 94. ex Platea in l. ſi quis per diuinã,

C.de

C. de aquæduct. lib. xi. Apoſtol. ad Galath. cap.
6. ibi (*maximè autem ad domeſticos fidei*) Vincen.
Cigauld. in ſuo opere aureo, cap. iudicium, ſol.
103. gloſſ. in l. cum te curator, C. quemadmod.
ciuil. lib. 10. l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & quib.
quart. pars deb. lib. xi. l. fin. §. 1. eod. gloſſ. in l. in
adoptione, C. de adoptionib. Caſſiodor. & alii,
de quibus ad propoſitum dictæ rabbe poſui in
d. pragm. loco citato, & poſt Aegid. Bellamer.
conſ. 16. num. 3. & 4. verſic. præterea, Anchar.
& alios tradit ipſe Tuſch. vbi ſupra, qui ex Bal.
conſ. 312. num. 3. lib. 4. intantum eſſe verum ſub-
3 dit † vt magis quis ſe amet in vngue pedis,
quàm aduerſarium in vertice capitis, ita pari
modo loquendo etiam in patre idem charitatis
4 ordo ſuggerit, vt ſic magis diligat ſe † & libe
ros ſuos, & per Ant. de Butr. conſ. 25. num. 4. &
prius noſtris quam aliis ſubuenire debeamus,
Anchar. conſ. 436. in princ. Aegid. Bellamer.
conſ. 39. num. 8. & eſt text. in cap. non ſatis, 86.
diſt. ibi, (*Proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere
eos cognoſcas, melius eſt. n. vt tu ipſe tuis ſubuenias,
quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut po-
ſtulare ſubſidium charitatis*) Anchar. vbi ſupr. n. 2.

Et licet contra hanc Regni ſupplicationem
factam iſti Inclito Regi, poſſet dici, quomodo
poſſit vti charitate, & dilectione in filium ſuũ
Carolum cum iam vidimus illum mouiſſe bel-
lum, nedum ſemel, ſed bis, & ter, & defeciſſe ab
eius patre Rege, vt in proæmio habes, argum.
eorum, quæ dicuntur per Roman. conſ. 334. n.
6. vbi ex verbis in cap. niſi, le xtr. de authorit. &
vſu pallii, per illa verba, ibi (*quoniam ſi oporteat,
vt vel nos, vel tu ex hoc negotio confundantur, elige-*
5 *mus † potius te confundi, quàm lædamus Eccleſiæ di-
gnitatem*) ſic eodem modo poterat quodammo-
do reſpõderi per Regẽ, quòd ex iſtis bellis mo-
tis contra ſe per eius filium, confundi videba-
tur ſtatus pacificus ipſius Regis, ideoque tutius
eſſet, vt Carolus filius remaneat in ſua confu-
ſione prout realiter remanſit, nam tandẽ, re in-
fæliciter geſta, Barchinonæ, patri præmortuus
eſt, vt in ipſa genealogia habes. & eſt mirabile
quod iſti Caroli habent eorum ingenia nimis
eleuata, vt in altero Carolo ſentiiſtis quondã,
quàm pater ipſe, quia, quilibet adhuc priuatus,
6 † magis proprias actiones diligit quàm alio-
rum, ex eodem Roman. conſ. 399. num. 7. maxi-
mè quãdo non ſunt bonæ, ſed prauæ, vt erant il
læ actiones filii ſui peſſimæ, & inobedientes.

7 Notò ſecundo quod Reges † comparantur
cum cæleſti ordine, ibi (*quanto cum cæleſti*) qua
de cauſa ſcripſi ſupra in proœmio capitulorum
Regis Iacobi, à num. 65. cum ſeqq. tom. 1. quod
in ſacra coronatione vngebantur, & quòd eo-
8 rum domus ſit diuina † nec mere laici ſint, ſed
conſecrationem accipiant, & quaſi ſint cleri-
ci, & Sacerdotes, vt ibidem. ideoque Imperato-
res Romani Pontifices dicebantur, cap. clericis
diſt. 21. l. fin. vbi Alberic. ff. de rer. diuiſ. & ibi
not. & num. 70. vbi dixi quòd vnguntur. & ad-
do Ioann. Bertacchin. in ſuo repertorio verbo,
Rex fol. 328. col. 1. part. 4. vbi poſt Guid. Pap.
quæſt. 114. loquendo de Regibus Franciæ re-
9 fert, quòd Reges Franciæ † conſueuerunt in
eorum conſecrationibus vngi ampulla, quam
apportauit de Cælo columba cum chriſmate
roſtro ſuo, & de quo chriſmate tunc temporis
fuit baptizatus primus Rex Franciæ Chriſtia-
nus, vocatus Clodoueus à Remigio Abbate, ſe-
cundum Geminian. in cap. 2. de præbend. in
6. & per eundem Bertacchin. in Apoſtill. ad
Speculat. in tit. de appellationib. §. nunc tratte-
mus, & dicit quòd ita legitur in Floribus San-
ctorum in legenda ipſius Sancti Remigii, & an
te eum ſic etiam ſcripſit Hen. Ferran. in Addi-
tion. ad Alberic. in ſuo dictionario, verbo Rex,
& per Chaſſan. in ſuo Cathalog. Gloriæ Mũ-
di part. 5. conſider. 31. qui refert celitus fuiſſe
dimiſſam phialam, ſiue ampullam plenam di-
cto oleo Sancto per ipſam columbam, & ad-
huc hodie vngi ipſos Reges Franciæ, & ſolum
dictum oleum apparet, tempore, quo ſunt co-
ronandi ipſi Reges, & non alio tempore, ex
Gung. in eius chronic. lib. 1. quæ eſt in dicta
Abbatia S. Remigii in Ciuitate Remẽſi, de quo
oleo cælitus dimiſſo tetigit Boer. in tract. de
author. magni conſilii ſub num. 171. veram eſſe
hyſtoriam tradit Illuſtriſſimus Cardinalis Ba-
ronius tom. 6. Ann. Chriſti 499. Simanch. Pap.
ann. 1. Anaſtaſ. Imper. 9. verum tamen fateor
quòd vnguntur, vt dixi ex cap. illico, de Sacr.
10 vnct. & cum toto † hoc non recipiunt poteſta
tem aliquam ſuper iuribus eccleſiaſticis, nec
ordinem eccleſiaſticum, ſed laicorum numero
continentur, cap. tua de decimis, ideo, nec de
ſpiritualibus, nec etiam de temporalib. ſi com-
modum eccleſiæ reſpiciant poſſunt ſe intro-
mictere vt ibi per Gloſſ. neque minus Clerici
Regibus ſubiiciuntur, eſto temporalia haberẽt
ab eo ex Innocent. & Abb. in cap. ſolitæ, de
maiorit. & obed. dixerunt Alberic. loco cita-
to, & Bertacchin. ſiue Ioannes Thyerry, qui
multa ab eo ſumpſit illo tacito ¶ Rurſus dico
ideo hic dici Reges cum cæleſti ordine com-
11 parari, quia ipſi realiter † dicuntur Angeli, vt
maledictione, neque benedictione moueãtur,
vt ait Alber. de Roſat. in ſuo dictionario, verbo
Rex, fol. meo 295. ex 2. Reg. cap. 14. ſed totum
hoc remicto iudicio Sanctæ Romanæ Eccle-
12 ſiæ. ¶ Immo plus dico eos vocari † Deum in
terris & eius Vicarios, in temporalibus lo-
quor, vt ponam inferius hic, num. 14. per ta-
cta à Bouadill. in ſua politica, lib. 2. capit. 19.
num. 15. tit. de las leyes, &c. tom. 1. & la-
tius lib. 3, cap. 2. num. 3. tit. de las precedencias,
tom. 2. quia adorantur genibus flexis, capite
13 inclinato † vt in multis locis habes, maximè in
pragmaticis tit. 4. de recuſat. iudic. num. 45. &
in tit. 79. de var. ordination. num. 15. tom. 1. ip-
ſarum pragmat. & infra in proœmio capitulo-
rum Domini noſtri Regis Philipp. II. in princ.
tom. 9. & per ea, quæ ponam infra in cap. 12.
ampl. 18. & eſt text. ſupra in cap. 1. ibi, in fine (*à
tua Serenitate conſtitimus genibus flexis, &c.*)
pulcher textus in l. 1. C. de Silentiar. lib. 12. vbi
gloſſ. & Io: de Platea in l. primicerium, C. de
ſacricenſib. lib. 10. Luc. de Penn. in l. euictionũ,
C. de curſu publ. d. lib. 12. & in l. 2. C. de fabric.
lib. 11. Bart. Bald. Io: de Platea, Chaſſan. Ioann.
Montaygn. Cacheran. Bald. Dec. Neuizan.
Angel. Anchar. Carol. de Graſſaliin. Decian.
Belluga, Crauett. Borrell. Auend. Burgoz de
Paz. Iul. Clar. Rhedin. Azeued. & mille iura
addu-

adducuntur per ipſum Bouadill. vbi ſupra d. n.
3.in gloſſis ſuis erudititiſſimis,& in cap. 16. eod.
lib.2.d.tom.1.nu.31. tit. de la iuriſdicion de ſen-
nores, ex Diu. Auguſt. ſuper epiſt. ad Roman.
D.Gregor. Moral. lib.12. Frater Marc.Ant.de
Chamos in microcoſm.part.2.dialog.12.fol.ſuo
142,& in cap.17.tit. de la iuriſdicion eccleſia-
14 ſtica,eod.lib.2. ſub nu. 2. vbi Reges † vocantur
Vicarii Chriſti in tēporalibus,vt tetigi ſuperius
num.12. & in d. proœm. capitulorum Regis Ia
cobi,nu.93.& 98.tom.1. ex Bal. Card.& Ferd.
Vaſqu. cap.20.poſt princip.quęſt.illuſtr.Petr.
de poteſt.Princip.cap.24.nu.88. per l. Hiſpan.
part.1.in fine,& l.7.tit.1.part.2.pulchre Petr.de
Gregor.in ſyntagmat.iuris, part.3. lib.35. cap.
3.num.1.ibi (*Reges Dei Vicarios eſſe Sacroſanctos,
&c.*) ¶ Propterea in eod.proœmio capitulo-
rum eiuſdem Regis Iacobi,num.94. ſubdidi ip-
ſoſmet Reges vocari Deum cæleſtem in terris
ex adductis ibidem poſt Pern.Anell.de Bottis,
Carauit.& alios addentes Neapolitanos, quia
15 ex motu cæleſti † mouentur, vnde eſt quod
omnis pœna in Rege eſt arbitraria, ex quo ar-
bitrium habet ex dicto motu cæleſti , vt poſt
Bald.ait Afflict.in conſtit.Regni,Dubitationē,
num.16.tit.101.de contumac.vniuerſit.lib.1.&
in d.proœmio capitulorum Regni Regis Phi-
lippi loco citato.
16 Noto tertio,ibi (*officium paternum*) † eſſe dili-
gere filios in pietate, & miſericordia , faciunt
quæ dicam infra in cap. 46. Regis Catholici
Ferdinandi,verſic.maximopere, tom.7. cum
ibi citatis ita per l. iſti quidam. §. fin. ff. quòd
met.cauſ.Speculat. de procurat §.2. verſic.ſed
quando,l.fin.in princ. C. de curat. furioſ. dixit
Cyn.in l.propter inſidias,C.qui accuſ. nō poſſ.
qui ampliauit in puncto, etiam ſi ipſi pater,&
17 & filius † eſſent adinuicem inimici (prout hic
apparere poſſet,quia inter Principem Carolū
filium primogenitum , & Inclytum Regem
Ioannem eius patrem fuerunt plura bella, vt
eſt dictum ſuperius in aliis notabilibus,) Si-
gnor. de Homod,conſ.101.Pariſ. conſ.106. nu.
49.vol.1.poſt Paul. de Caſtr. per ipſum citatū,
Soccin.Sen.conſ.59.nu.4.vol. 3.Riminal. con-
ſil.261. nu 39.vol.2. Aemil. Mar. Manoleſſi ad
Bertacchin.in littera,amor,fol.meo 108.col.4.
part.1.ita vt notauerit idem Bertacchin. ibid.
18 quòd iſte † amor inter patrem, & filium ſit
maior quàm amor erga patriam ex iure natu-
ræ,ſecundum Speculat.tit.de Aduocat.§.1.ver
ſic. quid ſi patet , vt tetigi ſupra in proœmio
ſub verſic. vnde ad propoſitum, &c. & ex ad-
ductis per nos latius infra in d. cap. 46. Regis
Catholici Ferdinandi loco citato,Bart. in l.cū
pater,§.pater pluribus,ff.delegat.ii. vbi ſubdit,
quod pater in dubio æqualiter diligit filios,
19 † per d.l.iſti quidam, & ſi ille filii eſſent ex pri-
ma vxore, quam ex ſecunda, quia par eſt affe-
ctio,amorque patris,vt multa ait Menoch. cō-
ſil.40.lib.1. non autem econuerſo,quia plus di-
liguntur filii à patre , quamècontra , ratione
quia humor deſcendit a trunco ad ramos, ſed
non redit,vt notatur in princ. Hyſtoriæ ſcho-
laſticæ,§.impoſito nomine, & in gloſſ. d. l. iſti
quidem,propterea Apoſtol.dicebat 1.Corinth.
cap.4.& 24.& quæſt 1. in princ. vt chariſſimos
filios moneo,ſic intelligunt illud pſalmi,filii ho-
minum dentes eorum,de pœnit.diſt.1. cap. pe-
riculo & ſeq. & cap. noli, ſic Dominus noſter
Ieſus Chriſtus filium prodigum reuertentem
amplectitur lætus,Luca,cap.15. de pœnit. diſt.
1.cap.importuna,& Matth.cap.3.& 17.& cap.
omnes,quos,de conſecrat. diſt. 2.

Quòd Dominus Rex veniat perſonaliter in Regnum, & in illo reſideat, vel Carolum eius filium interea temporis locumtenentem inſtituat. Cap. III.

CVM prædictum Siciliæ Regnum ſit peculiare præſidium ad exaltationem,& ſeruitia eiuſdē Sacræ Regiæ Maieſtatis, & tunc pullulat, & floret dictum Regnum , cum eadē Regia Maieſtas in illo reſidet,aut alius eidem Maieſtati natus ſimilis , & qui affectione pari in Regno detineatur, ipſumquè Regnum diligat, & amet, diminutionem, & iacturam eius abhorreat, iuſtitiam, & ęqualitatem in òmnes miniſtret, eiuſdem Regni augmentum cupiat, qui poſt Regiam Maieſtatem alius nullus reſidere in Regno poterit, qui prædicta; procuret, niſi eius inclytus primogenitus. Itaquè ſupplicat vniuerſa Reſpublica totius Regni prædicti vt, cum propter eiuſdem Maieſtatis abſentiam aliqua in Regno contingant incommoda, quòd dignetur ipſa Sacra Regia Maieſtas ipſum Regnum perſonaliter viſitare,& interea temporis,quo abſens erit Regia Maieſtas,& ad viſitandum ipſum venire tardauerit, quantulum fuerit tempus, conſtituere placeat Vicarium, & Locumtenentem generalem eiuſdem Illuſtriſſimum,& dilectiſſimum primogenitum ſuum, Principem Carolum, cum ampliſſima poteſtate, & neminem alium; Et pręterea, ſi contingeret poſt ſuum aduentum Sacram Regiam Maieſtatem Cathaloniam vel alio repetere, in quacumque Maieſtatis à Regno abſentia,primogenitum ſuum conſtituere placeat Vicarium, & Locumtenentē ſui, cum ampliſſima poteſtate,vt ſupra. Idque petit ſupplex totum Regnum, & orat, vt alium neminem prędictis temporibus in dicto Regno Viceregem inſtituat, & pręmaximè, quòd à iure prę-aſſerta petitio non deuiat,adhoc,vt ipſum Regnum in dies accipiat augmentum, & omnium indemnitate pręſentibus,& futuris cautum eſſe poſſit.

S V M M A R I V M.

Regis præſentiam deſiderant vaſſalli, num. 1.

vel eius primogeniti; num. 2. cum ſeqq.

Regi

Regi non aliter obediebant vaſcones populi, niſi præſentialiter ibi adeſſet, num. 3. ratio, nu. 4. 5.

Aqua dulcius bibitur de fonte, quàm de riuulis, num. 4. & ſeqq.

Subiri ſi petitur principalis, & non procurator, poteſt obtineri, num. 5. expenſis petentis, num. 6.

Procurator poteſt petere terminum ad certiorandum conſtituentem, quando petitur, vt ſubeat, ibidem.

Subiri quando quis petitur, poteſt peti, vt cum præſentia aduocati ſubeat, nec interim currit dilatio, ibid.

Rex non poteſt ſubſtituere eius filium in Regem, ſed in locumtenentem, vel vicarium, ſiue Viceregem, & gubernatorem, num. 7.

Vicereges pluribus nominibus vocari ſolent, & Vicarij, Præſides, Locumtenentes, num. 8. & ſeq.

Rex Petrus fuit conſtitutus Vicarius generalis in hoc regno ab eius fratre Fiderico Rege, num. 9.

Vicarius tantum eſt dicere, ac ſi Præſes Prouinciæ, ibid.

Aſſeritur, verbum, non ponitur pro vero regulariter, num. 10.

Proregis in aduentu in Regnum, obuiam eundum eſt cum timpanis, & ſonis, num. 11.

Regibus, vel filijs Regum venientibus in Regnum ſolent maximè expenſæ fieri, & itur obuiam, & quomodo, ibid. & offeruntur charitatiua ſubſidia, num. 13.

Regali ſanguine nati ſunt omnibus digniores, & præferuntur, & honorantur, ibid.

Vicereges quando veniunt in Regnum ſolent per dies tres interim morari in aliquo loco, num. 12.

Charitatiua ſubſidia ſolent offerri Regibus, & filijs Regum venientibus in Regnum, num. 13.

Reges, vel filij Regum ſi venerint, in Regnum, poſſunt aperire carceres, & gratias facere, ibid.

Rex licet non ſit præſens in loco, tamen per ſcripturam, per quam aliquid ordinat, dicitur præſens, num. 13. cum ſeqq.

Scriptura ſemper loquitur, num. 15. & ſeq.

Abſentes ſolent contrahere per litteras, num. 16.

Rex eſto abſens à Regno, quando aliquid mandat dari per ſcripturam, habetur pro dato, num. 17.

Rex habendo plures officiales, & miniſtros in Regnis, dicitur habere plures oculos, plures manus, plures linguas, num. 18.

IMpertinens ne videatur hæc Regni ſuppli-
cario circa poſtulationem præſentiæ Re-
gis hic Siciliæ eo quia naturale eſt ipſorum
1 ſubditorum, & vaſſallorum deſiderare † Regis
præſentiam, multumque de ipſo lętantur, vt
dixi iam infra in cap. 1. Regis Catholici Ferdi-
nandi, in 1. notab. tom. 7. & vide in pragmati-
cis tit. 42. num. 15. tom. 1. ipſarum pragmatica-
rum, vel in caſu, quo ipſe dominus Rex venire
non poſſet, mitteret primogenitum filium
2 † ſuum Carolum Principem, concordat cum
cap. 5. infra eodem, in quo petitur adhuc ab
illo Rege, vt inſtituat eundem primogenitum
ſuum Regis Siciliç Gubernatorem, qui huic
Regno perſonaliter prçſit, vt in d. cap. 5. infra
eod. & per ea, quç ſcripſi in pragm. vnica tit.
49. Bannitti, &c. verſic. ſecundo colligo, eod. to.
1. pragm. vbi de denominatione illa, Infantum,
vt habes ſupra in proçmio, verſic. denomina-
mus, ibique etiã poſui in d. pragmatica, quod
quando Rex dirigit pragmaticas eius filio, non
ſolet prçcipere, nec mandare, ſed hortari, hac
de cauſa dicebat Bald. in cap. 1. de maiorit. &
3 obedient. quòd Vaſcones † non aliter eorum
Regi obediebãt, niſi prçſentialiter ibi adeſſet,
quod facit pro Barchinona, dans rationem
Innoc. in cap. quapropter, de electiõn. Rol-
land. conſ 1. num. 43. & ſeq. vol. 1. & poſt eos
Bouadill. in politica, tit. 16. de la iuriſdicion,
&c. ſub num. 14. lib. 2. tom. primo quòd † dul-
cius bibitur aqua de fonte, quam, de riuulis, vt
ſubdam nunc paulo interius, & per ea, quç de
reſidentia ponam infra in cap. 10. ſub verſ. quo
vero, cum maiori quippe ſatisfactione agimus
cum principali, quàm cum eius procuratore
ex traditis ſupra in cap. 452. num. 8. Regis Al-
phonſi tom. 5. ibique cito Conſuet. Panh.
cap. 5. & 12. num. 12. & 27. vbi tractaui, an
5 poſſit pars inſiſtere † vt ſubeat principalis, &
non procurator, addo poſt Carpan. Io: Ant.
Boſell. ad Statuta Parmç lib. 2. fol. 29. Vinc. de
Ann. ſingul. 105. cum concordant. adducti. per
Octau. Glorit. in cap. ſuper litteris, de reſcript.
num. 51. quaſi quòd dulcius bibatur de fonte, vt
in ipſa Conſuet. habes, & tetigi paulo ſuperius
6 expenſis † tamen petentis, vt ibidem ſubdidi
quicquid alii velint, nam in practica ita ſerua-
tur, addo Iſern. in tit. de content. int. dom. &
fidel. num. 7. qui dicit quòd poteſt petere ter-
minum ad certiorandum, quicquid velit Afil.
in conſtit. Regni, Aduocatus, num. 8. & 9. ti.
81. de prçſtant. Sacram. lib. 1. vbi ait, expenſis
abſentis debere fieri, ibique etiam tangit quòd
poteſt reus ſubiri cum præſentia Aduocati, &
quomodo, quia in practica hoc quaſi non ſer-
uatur, præſertim in criminalibus, interimque
non currit dilatio, pulchrè Petr. Benintend. de-
ciſ. 24. Dubium erat. num. 3. ex Bald. in l. fin.
col. pen. de feriis, & in l. 1. col. 2. C. de iuram.
calumn. gloſſ. in Clement. ſçpè, de verbor.
ſignif.

Benè autem dixit rubrica, & textus, vt Rex
conſtituat Locumtenentem eius filium, quia
7 realiter non poteſt illum † ſubſtituere in Re-
gem, quoad regimen, ſed quo ad nomen, ideſt
in Vicarium, vel Viceregem, ſiue locumte-
nentem,

nentem, vt eſt dictum, & concordat cum
d.cap.5.infra eod. vbi petitur per Regnũ,
vt primogenitus Regis ſit, & præſit guber-
nator in Regno ad tradita ſupra in cap.51.
Regis Martini in 5.obſeruantia, tom.3.re-
miſſiuè ad cap.1.Regis Catholici Ferdinã-
di in 1.notab. tom. 7. prout in multis locis
habes, & ſupra in cap.1. & infra in cap.33.
& in cap.90. vbi iſte Ioannes fuit conſtitu-
tus Vicerex ab eius patre, & ſic poſui in c.
Regni 8.eiuſdẽ Reg. Martin.a num.10.11.&
ſeq.& n.17.18.d.to.3.in quibus numeris po-
8 quod Vicereges † pluribus nominibus ap-
pellari poſſunt, & inter alia, Vicarii & in
cap.66.in 1.& 2.notab. & in multis capi-
tulis hoc tomo contentis, Locumtenen-
tes, &c. ſicque Rex Petrus II. fuit
9 conſtitutus Generalis Vicarius † ab eius
patre Federico, vt ſcripſi in cap.3.eiuſdem
Regis, tom.2.quod tantum eſt dicere, ac ſi
Præſes Prouinciæ, vt per Oroſc.in rubr.ff.
de offic.præſid. num. 7. & ſeq. Corrad. in
templ.Iudic.lib.1.cap.7.de Præſide, num. 5.
fol.107.Petr.de Gregor. in ſyntagmat. iur.
2.tom.part.3.cap.10.num.6.Bouadill.in po
litica, lib.1.cap.2.tit. del'offic. del corregi-
dor.num.5.ſubditur hic in textu, quòd hęc
petitio non deuiat à iure, quia Regnum
ex huiuſmodi gubernio accipiet augmen-
tum in dies, quod tamen an ſit verum co-
gitate, nam maiores expenſæ ſunt neceſſa-
riæ in manutenendo filium Regis, quàm
in aliis ordinariis Viceregibus, vnde fallax
eſt ratio, colligitur ex verbis ibi (*præaſſerta
petitio*) etenim hoc verbum (*aſſeritur*) non
10 ponitur † pro vero, vt ſcripſi ſupra in cap.
Ritus 169. num.11. tom.4. & ibi Additio, ſi-
milem modum loquendi habes infra in
cap.7. cap.9. & in mille locis huius tomi,
6.& præſertim in capit.25.ibi (præaſſertę
celſitudini) quod peſſime erat poſitum, &
correxi, prædictæ, &c. ideoquè vbi in ad-
11 uentu cuiuslibet Domini Proregis † ex-
penditur magna quantitas, & merito, in
aduentu Regis filii erit neceſſe maxima
ſumma, & ſi eundum ſit obuiam ipſis Vi-
ceregibus, quibus ſolet dari illud Parabien,
vt poſt Vinc.Cigault.in tract.de bello Ita-
lico in 4. reguli, verſic. viuamus, & alios,
Chaſſan in Cathalog. Gloriæ mundi, part.
5.conſiderat. 24.verſi.116. vbi quod cum
tympanis, & ſonis obuiam itur, cum barba
tonſa, veſtibus pulcherrimis, & decoris, vt
per Marin. Freccia in Additione ad tract.
de ſubfeudis, nu.14. & prout ſcripſi in cap.
5.Regis Iacobi in princ.tom.1. Bouadill. in
ſua politica lib. 3. cap. 7. tit. del gouierno
del ayuntamiento, num.24. & ſeq. tom. 2.
per text.in l.ſi in aliquam, ff. de offic. Pro-
conſul. cum ſimilib. ibiquè ſubdit quòd ſo-
12 lent noui Regitores † interim per tres
dies morari in aliquo loco propè vrbem,
vt obſeruamus, & interea informari de
qualitatibus Prouincię ab eius ante ceſſo-
ribus ex Parid.de Puteo, Bald. & aliis, &
tetigi in tract.de peſte, Cauſa I. num.41. &
Delphin.Parlam.deciſ.36.& ſeq.Petr.Ant.
à Petra in tract. de poteſt. Principis, cap.
13.num.20. quanto magis in aduentu Re-
gum, & Regum filiorum, quia vltra expen-
13 ſas, dantur charitatiua † illa ſubſidia, de
quibus in cap.6.& 7.eiuſdem Regis Iacobi
ſcripſi, d. tom. 1. & addo Delphin. deciſ.
125. quem ſequitur ipſe Apetra, vbi ſupra,
in ſumma ſunt deſcendentes ex ſanguine
Regali cæteris dignioribus, vt poſt Chaſ-
ſan.in Cathalog.glor.mundi part.5. conſi-
der.32.& 43.Boer.in tract.de author. ma-
gni Cõſil.col.24.Bellug.in ſpec Princ. par.
1.ait Mart.Feccia de ſubfeudis in ead. Addi-
tion.fol.3.n.18.fol.8 & lib.1.n.22.fol.19.ad-
do quę tetigi in c.ſi aliquẽ, quod eſt 33.Reg.
Iacobi, num.111. tom. 1. niſi dicamus quòd
hoc lucrantur Vniuerſitates, & Regna,
quia ob aduentum ipſius Regis, eiuſque fi-
liorum, carceres poſſunt aperire, abolitio-
nes facere, & alias gratias, de quibus poſt
deciſ.Delphin.153. 478. 624. ait Petra lo-
co citato.

Aduerte tamen, quòd licet Rex non ſit
14 † præſens in loco, in quo deſideratur, ni-
hilominus quando per ſcripturam aliquid
mandat fieri, dicitur præſens (ita tetigi ſu-
pra in cap.1.Regis Martini, tom. 3. prope
principium) ex Affl.in conſtit. Regni, Au-
thoritatem, ſub num. 6. & 7. tit. 85. de lo-
15 cat. demanii, lib. 1. quia ſcriptura † dicit
ipſe, ſemper loquitur, ex gloſſ. in l. inter
claras, C.de ſumm.trinit.& fid. cathol.in
verb.loquũtur, cũ ſimilib. quæ ſolẽt citari,
ſicuti inter abſentes iam contrahitur per
16 litteras † l.lucius, ff.de fideiuſſor. l. nuda,
& l. abſenti, ff. de donat. l.qui abſenti, ff.de
acquir.poſſeſſ. Bart.in l.fin. ff.de conſtitut.
Princip. ſubdens in propoſito, quòd Rex
17 abſẽs à Regno ſi eſt † illud, quod per ſcrip-
turam mãdat dari, habetur pro dato, l.fin.
C.de annon.ciuil.lib.xi.quoque dicit ſe da-
turum, pro dato habetur, cap. in nouò diſt.
21. Luc.de Penn. in l. fin. C. de locat. præ-
dior. ciuil.lib.10. tum quia id, quod exequi
iubet per officiales ſuos, dicitur facere per
eius præſentiam, & habendo multos mini-
18 ſtros † dicitur iam vbique eſſe, manus plu-
res, & longas habere, & oculos ex adductis
per me in dec.81.n.35.cũ ibi citatis ad con-
ſuet. Panhor. ex Dom. Quintan. Duenn.
Leonard. & cæteris, & ſupra in cap. 433.
Regis Alph.num.7.tom.5.

Quo vero ad viſitationem Regni facien
dam per Regem, vt hic ibi (*& ad viſitan-
dum ipſum venire tardauerit*) vide ſupra in
cap. 362. Regis Alph. tom. 5. & infra in
cap.10.

De prouiſione domus Principis Caroli. *Cap.* IIII.

ITEM totius Regni vniuerſitas ſacræ celſitudini Regii culminis ſupplicat, vt dignetur ſta-
tuere competentem prouiſionem pro ſubſtentatione domus, & familiæ ſuæ præaſſerto

Illuſtriſſimo Principi, & ſuæ conditioni conformem de ſuæ Maieſtatis proprio patrimonio, cum naturalia,& ciuilia iura id etiam expoſtulant.

De hac prouiſione domus Regiæ vide conſimilia capitularia Regni ſupra in cap. 9. Regis Martini vbi cito concordantia, tom.3.

Quòd Regis primogenitus præſſet perſonaliter in Regno Gubernator lege generali. Cap. V.

ITEM, cum nihil vtilius, nec Reipublicæ Regni commodius excogitari poſſit circa Regni adminiſtrationem, quam illum gubernationi præeſſe, qui futurus Rex iure eſſe debet, ſupplicat ob id totius Regni vniuerſitas, eo magis, vt de cætero huiuſmodi petitionem facere euitet, quòd lege generali nunc, & in poſterum inſtituat primogenitum Regis Siciliæ Gubernatorem Regni Siciliæ præeſſe debere perſonaliter, eritquè quidem hoc munus cæteris incolis Regni gratiſſimum, atque vtile.

Dixi ſupra in cap.3, ſub verſic.Bene autem, ibi habes omnia fol.8.nec eſt neceſſe repilogare.

De iuramento ligio, & fidelitatis præſtando Regi, & Carolo Principi. Cap. VI.

ITEM, cum, & diuino iure, & Pontificio cautum reperiatur, quòd in dignitatibus quibuſcumque Regis primogenitus ſucceſſurus ſit, ſupplicat totius Regni vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd dignetur iuramentum ligium,& fidelitatis homagium præſtandum per Legatos totius Regni Siciliæ apud ſuam Sacram Regiam Maieſtatem admictere, quòd præſtetur ſibi, & Illuſtriſſimo Principi Carolo, veluti eius primogenito digniſſimo, idquè munus erit Siculis immortale, atque incomparabile.

Videas de hac materia infra in cap. 12. per totum, & præſertim ampl. 13. vbi tango de hoc textu, in verſic. ſubamplia.

De collectis non inducendis in Regno, niſi ordinariјs. Cap. VII.

ITEM, cum maxima ſint beneficia eiuſdem Regiæ Maieſtatis, & infunduntur à ſuper cæleſti prouidentia, quæ ſolet conſolationem omnibus impendere ſitque Regnum præaſſertum tot annorum luſtris enormiſſimis collectarum exactionibus, & quidem illicitis,& quæſitis coloribus procuratis, & ob cauſam, quæ minimè ſequuta extitit, exactis, ad ferè totalem calamitatem, & interitum reductum, adeo quòd vix maritimæ quoque Ciuitates,& Oppida, atque mediterraneę reſiſtere poſſent quantumcunquè paruulæ claſſi, ſupplicat eadem vniuerſitas totius Regni vt præfata excelſa Serenitas ipſum Regnũ pacatum, & tranquillum efficiat, & ſuo nouo lumine tollantur collectæ ſub quocumque nomine, etiam ſi donatiua nuncupentur: fuere etenim nonnulli, quos iura vocant deuoratores potius, quæ Reipublicæ Regni amatores, animaduertentes collectas in Regno paſſim exigi non debere, quibuſdam quæſitis coloribus procuratis, ipſas imponentes, honeſtiori nomine donatiui nuncupauerunt, & baptizarunt. Si ergo reſidua aliqua exigenda ſunt ex ipſis collectis, ſiue donatiuis, quanta ſunt, ſuo ſacro affatu iubeat ipſa Sacra Regia Maieſtas, non debere vlterius exigi, etiamſi promiſſa forent, vel apparerent debita ſub titulo donationis, ſeu conuentionis cuiuſcumque, etiam iuramento vallatæ, & maximè in Parlamento, finito anno quartædecimæ, & quintædecimæ indictionum, proximè præteritarum; ob quod tranquillitatem magnam, & quietem Regnum ipſum accipiet, & nihil affuturum melius, & commodius, & tanto præcelſa eius gloria memorabitur, quanto ſuo beneficio dictum Regnum reſpirabit ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd collectæ non inducantur in Regno, niſi ordinariæ, & omnia reſidua exigenda ex dictis collectis, & donatiuis gratioſè remictit, & relaxat, exceptis, ac deductis quinquaginta vno mille quingentis octuaginta ſex florenis, tarenis duobus, & granis quatuor, monetæ Siciliæ, quæ ſolui habeant hoc modo, ſcilicèt xxvi. mille in Menſe Septembris anni nonæ indictionis, & in menſe Septembris anni decimæ indictionis, medietas reſtantis quantitatis, & reliqua medietas in menſe Septembris vndecimæ indictionis.

Latiſſi.

Latiſſimè dictam eſt ſupra in cap.54. Regis Martini, vbi adduco concordantes contextus, tom.3. vtinam practicarent Domini Parlamentarii hoc capitulum,& videbimus ſuo loco infra in capit.xi. ampl.2.cum ibi citatis.

De confirmatione Capituli quondam Sereniſſimi Regis Alphonſi, quoad officia; & beneficia concedenda. Cap. *VIII.*

ITEM, cum celebratiſſimum munus diuinæ Iuſtitiæ exigat, eos eſſe adminiſtratores officiorum,& beneficiorum in eodem Regno, qui notiſſimi ſunt, & cogniti & oriundi, & incolæ eiuſdem, qui in eodem Regno familiam, & domus habuerunt, ibique habitauerunt, potius quàm incogniti, & exteri, qui ab illo neque originem habent, neque mores, neque genus; pro tanto ſupplicat totum præſatum Regnum apud manſuetudinem tanti Regii culminis, vt prouiſiones, & capitula diuæ recordationis Sereniſſimi Regis Alphonſi eidem Regno circa præaſſertam officiorum,& beneficiorum adminiſtrationem edita, & conceſſa, in ſuo vigore confirmentur,& obſeruentur, vt infra, & deinceps nullus exterus, etiam ſi ſit de officiis exceptuatis in dictis Regiis capitulis, exceptuata ſola perſona Domini Viceregis reperientis ſe ad præſens in officio, ad officia, & beneficia in dicto Regno exercenda, quæcumquè ſint, & quocumquè nomine nuncupata, aliquo modo, ſeu aliquo colore habilitetur, etiam in parlamento generali, nec admictatur, quinimmo poſt confectionem prædictorum capitulorum aliàs habilitati ad officia, & beneficia, etiam & admiſſi poſt habilitationem remoueantur, & Siculis benemeritis concedantur,& propter hoc nullum præiudicium generetur habilitatis, qui propter habilitationem ſuſceperunt officia, & exinde duxerunt vxorem Siculam ¶ Placet Regię Maieſtati, quòd, quo ad officia ſeruetur capitulum quondam Sereniſſimi Regis Alphonſi editum olim die xxiii. menſis Octobris, decimę indictionis, anno, à Natiuitate Domini 1446. Apud Mazonũ Roſarum prope hoſpitalettũ.

SVMMARIVM.

Officia non ſunt danda exteris, ſed Siculis benemeritis notiſſimis, oriundis & incolis domum, & familiam habentibus, num.1.& ſeq. amplia, nu.4. 6.8. limita, num.9.10.11.12.16.19.20.29.

Ciues naturales in concurſu præferuntur ciuibus priuilegiatis, num.2.

Rex, ſi eſſet poſſibile deberet eſſe ciuis eiuſdem Regni, vt bene gubernetur, num.3.

Rex dicitur ciuis omnium locorum, & Regnorum eius, ibid.

Exteri non poſſunt habere officia in Regno, nec habilitari per tria bracchia, eſto eſſemus in filio Proregis, num 4. & ſeq.

Parlamentum non poteſt habilitare exteros ad concurrendum ad officia in Regno, eſto eſſet filius Viceregis, ibid.

Officia non ſunt danda parentibus, & conſanguineis, ne per affectum offendatur Creator, num.5.

Officia ſi dantur exteris à Regno, poſſit fieri conſultatio cum Rege, num.6.

Conſultatio fit cum Principe quando creauit officiales exteros à Regno. ibid.

Statuta loquentia de officijs tenaciter ſunt ſeruanda, num.7.

Officia ſi tentaretur dari exteris, conceſſio erit ipſo iure nulla, num.8.

Officiales exteri tenentur antequam capiãt poſſeſſionem, præſtare fideiuſſionem de ſtando ſyndicatui finito officio, num.9.

Officia licet non poſſint conferri exteris, intelligitur de fauorabilibus, non dannoſis num.10.

Officium Magiſtri curſoris poteſt conferri exteris, num.11.

Curſoris Magiſtri officium tamquam nouum non comprehenditur ſub ſtatutis loquentibus de officialibus regnicolis, ibid.

Prouiſor ſiue Reuiſor Caſtrorum poteſt eſſe de officialibus exteris à Regno; num. 12.13.

Exceptio firmat regulam, in alijs, ibid.

Belli tempore aliquoties non confiditur ſolum de incolis, num. 13. & ad expenſas regis cuſtodiuntur caſtella, & fortilitia, num.ſeq.

Caſtra, & Fortilitia regulariter cuſtodiuntur ad expenſas Regis, & non ſubditorum, num.14.

Reuiſoris, ſiue prouiſoris Caſtrorum in manu ſunt penitus caſtra, num.15.

Commenda dari poſſunt officia etiam exteris, num.16 contrarium, num.17.

Commenda non facit quem officialem, ibid.

Commenda dari an poſſint beneficia, vel officia exteris per S.Pontif. & Magiſtrũ Rhodi, & quomodo exequãtur. n.17.18.

Exequutoria requiruntur per Viceregeſ in Regno quando per Magiſtrum Rhodi, vel S. Pontificem conceduntur beneficia, vel officia in commenda, ibid.

Papa ſi concedit beneficia, vel officia in Regno Sicilia requiruntur exequutoria Regia, & quare, ibid.

Magnus Magiſter Praeceptor Hyeroſolimitanus ſi concedit beneficia, vel officia in Regno, debent expedire exequutoria, ibid.

Cancellaria Romæ habet ſuos officiales expeditores literarum Apoſtolicarum, & caput eſt Vicecancellarius, quod poteſt reijcere ſignaturam Papæ, ſi non eſt expedibilis, num. 18.

Signatura Papæ ſicut impeditur, & recognoſcitur Romæ per Vicecancellariũ, ſic in Regno per Regium Patrimonium, ibid.

Extero ſingularis meriti poſſunt cõcedi officia, & beneficia, num. 19.

Officia, & beneficia debent concedi perſonis benemeritis, num. 20. cum ſeqq etiam officia titulatorum, num. 21.

Titulatorum officia, & honores debent cõferri perſonis benemeritis, num. 21.

Officia, & beneficia conceduntur benemerentibus, non ambientibus, num. 22.

Couarr. inuitabat ad cœnam perſonas, quas, ſi reperiebat benemeritas, conferebat eis officia, ibid.

Imperator Traianus confecerat quandam liſtam perſonarum virtuoſarum, & eis conferebat officia, num. 23.

Rex Ferdinandus Catholicus habebat liſtam benemeritarum perſonarum, quibus conferebat officia, ibid.

Officia, & beneficia non ſunt conferenda parentibus conſanguineis, niſi ſint etiam benemeriti, num. 24.

Officia, & beneficia non concedantur pretio, ſed gratioſè, num. 25. 26.

Officia neceſſitas emendi, inducit neceſſitatem vendendi, num. 26.

Officia ementes incurrunt omnis mali præſumptionem, num. 27.

Officiales ementes officia dicuntur lupi comedentes agnos, & tamquam oneroſi populis eijciendi ſunt, num. 28.

Delegati officiales poſſunt eſſe exteri in Regno, num. 29.

Exteri officiales, arbitri, arbitratores, Notarij, & delegati poſſunt eſſe, ibid.

Officia, & beneficia conferre ad Regem ſpectat, ibid.

Beneficia Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuũ, & ſimilium ad quos ſpectet in Regno, conferre, ibid.

Epiſcopi electio olim ſpectabat ad Canonicos, vel ad Cappellanos, clericos Capitulum, &c. nu. 31. mox ad S. Pontificem, & ad Regem, num. ſeq.

Epiſcopo mortuo ad quos ſuccedat iuriſdictio, & adminiſtratio, ibid.

Epiſcopus debet eſſe electiuus, non datiuus, num. 32.

Epiſcopus non dicitur in quaſi poſſeſſione conferendi beneficia ſpectantia ad collationem aliorum, vel præſentationem, illis ignorantibus, num. 33.

CОnfirmatum capitulum, quod eſt Regis Sereniſſimi Alph. habemus ſupr. c. 386. tom. 1. & cõcordat cum cap. proximè ſubſequenti, & de qua materia latiſſimè diſcuſſi in cap. 7. Regis Martini, verſic. de ſecundo per totum, tom. 3. quæ etiam concordant cum cap. 132. & 166. Regis, & Imperat. Caroli V. tom. 8. in ſumma, h. d. quod nullus exterus habilitetur ad officia, & be-
1 neficia † ſed ſiculis benemeritis, notiſſimis, cognitis, oriundis, & Incolis domũ, & familiam habentibus diſtribuantur. addo in materia Dom. Licẽtiatum Carolum Barduccho Doctorem Hyſpanum in cauſa, & allegatione pro Io: Paulo Durante ſecretario huius Regni contra alios Conſecretarios, quæ cauſa pendebat coram nobis in M. R. C. ann. 1617. & coram Spect. Collegis meis colendiſſimis de Fimia, & Riitano, vbi dicit, quòd ex hoc textu cum ſimilibus aliis capitularibus damnificantur alii originarii ex concurſu priuilegiatorum ad hæc officia Regia, poſtquam in concurſu natu-
2 rales ciues præferuntur † ciuibus priuilegiatis, & per ductionem vxoris, ſiue ſiculum habentibus coniugatam, & prout de ea dixi in deciſ. 121. addo etiam Boniorn. in d. cap. 386. Vinc. de Franch. deciſ. 479. In deciſionibus, part. 3. vbi realiter loquitur de illis Officialibus Clericis, vel militibus de S. Ioanne, quibus non ſunt danda officia ob forum, vt ſuo loco dixi, ſed in puncto ita videas poſt Cæphal. Caſtrenſ. Tiraq. Surd. & alios, quos pono infra in c. 22. verſ. declaro primo, propè medium.
3 In tantum, vt D. Thom. † part. 2. quæſt. 105. in reſponſione ad ſecundum argumentum ſcripſerit, vt hinc poſſet eſſe, quòd Rex deberet eſſe eiuſdem Regni, vt benè gubernetur Regnum, eſt verum quod iã dicitur ciuis eo modo, quo recordor ſcripſiſſe in conſuet. Panh. cap. xi. num. 4. 11. 26. 27. 28. & ſeqq.

Extendas primo intantum procedere,
4 † vt non poſſit vllo tempore per Parlamẽtum, & per tria bracchia Regni habilitari ad officia, nec beneficia aliqua perſona extera, eſto eſſet filius Viceregis, aut alius conſanguineus, vel quiſquis eſſet & conſequenter videmus hic omnem affectum paren-
5 telę, & cõſanguinitatis eſſe excluſum † obſeruando verba Gregorii in libr. 1. Regum cap. 2. ibi (*& quod meritis debetur, propinquitati*

tati tribuem) & in epiſtol. 128. dum dicitur,
(multa nos facere cogit affectus, & eum propinquitatem reſpicimus, & corporum, corporis, & animæ offendimus creatorem)
dicitque Bouadill.in politic.lib.1.cap.3. nu.
19.& 20.quòd Sol,ex quo dedit gubernium
Phaetonti eius filio,fuit inſufficiens,vt & de
Nerua Imperatore ſcripſit Dion Caſſius in
eius vita, quod nulla intercedebat cogna-
tio in prouiſione munerum, immo vero
propinquos, & cognatos quamplurimos
habebat,publicæ tamen vtilitati, atque ſa-
luti ſocietatem ſanguinis poſtpoſuit, aliàs
habilitationes intelligantur nullæ,& factæ
per metum, nec poſſit diſpenſari,vt habe-
tur hic,& in d.cap.132.& 166.Regis Caroli
& tangam infra in cap.xi. ampl.2. vbi, niſi
omnes parlamentarii hoc proponentes,
eſſent perſonaliter præſentes, & non per
procuratorem,aliàs nil concludi poſſit, &
ita de d. cap.166.faciendo mentionem ait
Dom. Maſtrill.in tract.de Magiſtratibus
tit. de Deputatis Regni cap.15.lib.5. part.
2.num.19.& latè in materia ſcripſit in cap.
7.lib.2.cap.7.part.1.

Extendas ſecundo, vt aliter ſi eſſent ele-
cti,& creati exteri, poſſit fieri conſultatio
6 † cum ipſo Rege, vel eius Prorege, vide pul
chre eūdē Maſtrill.deciſ. 241.p tot.lib 3.ſe-
cūdum gloſſ.in l.ſolent §.legatos, ff.de off.
Proconſul.§.fin.in Auth.de mandat. Prin-
cip.Alex.& alii in rubr.ff.de offic.eius,Ma-
rant.de ordin.iudic.part.4.diſtinct.5.num.
4.& latè ſcripſi in cap.6.Regis Alphonſi, n.
2.& ibi Adnotaui in litera D.tom.4. & in
cap.540.Regis eiuſdem,num.110.tom.5. &
propterea dixit ibidem in d. c. 386. Regis
Alph.Ferdin. Boniorn. quòd ſtatuta loquē-
7 tia † de officiis tenaciter ſunt ſeruanda ex
Bald.in l.P. §.1. & 2. ff. quod cuiuſque vni-
uerſ.nomin.

Extendas tertio ex mente d.cap.386.Re-
8 gis Alph.vt † qui præſumeret tentare con
trarium contra formam horum capitulo-
rum, conceſſio ſit ipſo iure nulla, vt per
Petr.de Gregor. ibid. & colligitur etiam
ex verbis prædicti cap. 166. Regis Caroli
ibi*(irrito, & nullo)* ſubdens idem de Grego-
rio, quòd aliud eſt impetrare, aliud eligi,
vel per ſuperiorem promoueri,ex Barbat.
in cap. ſiſcitatus, col. 4. num. 81. de re-
ſcript.

Intelligas primo, vt in caſibus,in quibus
fortaſſe officia aliqua in Regno concede-
rentur exteris,teneantur ipſi exteri, ante-
quàm iurent in principio officii, vt moris
eſt.& ſuis locis diſpoſui,præſtare fideiuſſio-
9 nem † de ſtando ſyndicatui finito officio,
ita habent aliquæ Ciuitates ex priuilegio,
& vidi in Ciuitate Salem, vt Capitanei ex-
teri præſtent fideiuſſionem vnc.200. ad lit-
teras excellentiæ Illuſtriſſimi D. Proregis,
itaquè ait in puncto Bouadill. in ſua politi-
ca,lib.3.cap.7.tit.del gouierno dell'ayunta
miento,num.24. tom.2. vbi quòd infra 30.
dies debeant hanc præſtare fideiuſſionem,
& eſſe legem Hyſpaniæ 13.tit.5.& l.23.tit.
7.lib.3.recopilat.Auendann.in cap.20.Præ-
tor.num.15. verſic.quòd ſi non dederit,Paz
in pract.1.tom.8. partis cap.vnico, num. 3.
fol.128.

10 Intelligas ſecundo † vt, in quantum hæc
Regni capitula loquuntur, ne poſſint con-
ferri beneficia,& officia prędicta, niſi Sicu-
lis,aut Siculam habentibus vxorē,procede-
re de fauorabilibus, non autem de damno-
ſis,ita ſentit idem Boniorn.in eod.cap.386.
Regis Alph. ex Bald. in l.ſi quis ſolutum, ff.
de hæredib. inſtit.

11 Intelligas tertio ſecus eſſe in officio † ma
giſtri curſorum, quia nouum, & propte-
rea non comprehenditur ſub his ſtatutis,
& ita fuit obtemptum, vt ait idem Bonior.
vbi ſupra,per Clement.fin. extr.de reſcrip.
& ex his,quæ poſui in l.iuxta legatum, ff.
de aur. & argent.legat.& per Barbat.conſ.
59.& in cap.quia,de priuileg.in fine, Iaſon
conſ.570.col.fin.lib.2.

Intelligas quarto aliud eſſe in officio
12 † prouiſoris Caſtrorum,vt tangitur per eū-
dem Boniorn. in d. cap. 386. Regis Alph.
qui dicit, quòd licet non ſit exceptum, &
quamuis etiam exceptio firmat regulam
in aliis, l. nam quod liquidè, ff. de pæn. le-
gat.& per ea, quæ recordor tetigiſſe in
conſuet. Panhor.cap.xvi. num.4. l.quęſitū,
§.denique,vbi Bar. ff.de fund.inſtr.l.legata
inutiliter, ibique adhuc Bart. ff.de legat.1.
& in l.in his,ff.de legib.& in l.1.ff.de regul.
iur.Abb.in cap.quoniam frequenter, extr.
vt lit.non conteſt.Alex.conſ.26.& conſ.59.
vol.1.Dec.in l.1.num.27.de regul.iur. & in
cap.eum dilecta.col.2.de confirm.vtili,vel
inutili,& conſ.552.num.2.& conſ. 604. nu.
7.Syluan.conſ.74. num.13 vol.1.& conſ.52.
num.17.vol.1.cū ſimilib.per Io: Bertacchin.
in ſuo repertor.in verbo,exceptio, vbi Ae-
mil.Maria Manoleſſi.par.2.fol.225.etſi vo-
luiſſet excipere,facile erat dicere, l.vnica,
§.ſin autem ad deficientis,C.de caduc. tol-
lend.attamen cū toto hoc, ſubdit ipſe Bon-
iorn.in contrarium facit ex vnica ratione
13 † quæ reddi poteſt propter importantiam
ſtatuti,& tale poſſet eſſe conſequens guer-
ræ,ſiue belli, vt Rex non confideret de in-
colis,& per ea, quæ in materia prouiſorū
dixi ſupra in c.49. Regis Feder. n.16. & 17.
& in pragm. vnica tit.50. de condemnatis
ad triremes,num.2.tom.1. pragmaticarum,
& in tit.33.de offic.Prouiſor.Caſtror. tom.
2.pragmaticarum,& per ea, quæ ſcripſi in
c.40.& 41. Regis Iacobi col.2.to. 1.ex quo
totū quaſi intereſſe eſt ipſius Regis, ad cu-
14 ius expenſas † collodiuntur Caſtra regula-
riter,& fortilitia,& non ſubditorum Inco-
larum,vt ibidem dixi, & addo Guid. Pap.
quæſt.pen.Iacob.Rebuff.in l. nemo poſſeſ-
ſorum,C.de annon.& tribut. Iacobin. Ber-
trand.Angel. Cottam, Marin. Freccia, &
alios per Surd.conſ.289.lib.2.nu.5. pulchrè
per Bouadill.in ſua politica,lib.4.cap.1.nu.
24.tom.2.ex l.Hyſpan.1.tit.18.part.2. & l.
21.tit.21.& l.20.tit.32.part.3. cum cōcord.
Bald.conſ.158.col.1.vol.3.Loazes Gregor.
Auiles, Auendan. Azeued. Menoch Io:
Garſia locis per eum citatis,idem Bald. in
l.ſi

l. ſi aliquid, ff. de off. Proconſul. Io: Socrat. ſuper Conſuet. Cathaloniæ, Cremenſ. Boer. Grammat. Cæpoll. Gregor. Lopez, & cæteri, immo in reuolutionibus popularibus hæc ratio, quæ militat in Caſtellano, vt vidimus in d. cap. Regni 7. Regis Martini, nu.
15 85. militat etiam in Reuiſore † in manu cuius ſunt penitus caſtra quando reuidet, vt eſt colligere in ſua materia reuiſionis caſtrorum, arg. notatorum in d. pragmat. vnica, num. 5. & niſi expreſſiſſet, comprehenderetur, ex Alex. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bertacchin. in verbo, officium, Abb. in cap. poſt ceſſionem, de probation.

Intelligo quinto aliter eſſe in officiis in
16 commendam † datis, ex traditis in cap. regni 40. Regis Alph. ſupr. d. tom. 4. vbi ſcripſi quòd commenda non facit quem officialē ex latè traditis infra in cap. 3. Regis Catholici Ferdinandi verſic. quantum igitur, vbi eſt ſua materia, tom. 7. & quicquid ſit nec
17 etiam † poſſunt beneficia ſiue officia in commendam dari exteris maximè per S. Pontificem, & Magiſtrum Rhodi iuxta ea, quæ habentur infra in cap. 9. & de quo tetigi ſupra in d. cap. 7. Regis Martini, num. 81. & ſeq. & quod plus eſt vt dicitur in d. cap. 9. vt non exequantur, niſi cum executoria Regis, vel eius Vicarii in Regno, ex latè in hoc propoſito adductis in cap. 22. eiuſdē Regis Martini d. tom. 3. vſque ad num. 14. ſic in puncto videmus quòd Cancellaria
18 Romæ † habet ſuos officiales expeditores litterarum Apoſtolicarū, & caput eſt Vicecancellarius, qui poteſt reiicere ſignaturam Papæ, ſi non expedibilis eſt, ideoque ipſa ſignatura Papæ habet tacitam conditionē, prout Vicecancellarius, & Officiales regulabunt, vt per Aegid. Bellamera cōſil. 34. num. 15. Cardinal. Tuſch. verbo Cancellariæ, concluſ. 29. nu. 5. tom. 1. in ſuis practicis concluſionibus iuris, & per ea, quæ ſentit Io: Bapt. Marcheſan. in tract. commiſſion. part. 2. cap. 2. nu. 122. fol. 29. quamuis, vt verum fatear, multum confuſi videntur illi tractatus quo ad me pace tanti viri.
19 Intelligas ſexto ſecus eſſe † quando ex cauſa alicuius ſingularis meriti, quia tunc poſſunt officia & beneficia extero concedi, vt ſentiebat Fimia in d. c. 386. ex Bal. cōſ. 53. & ſeq. lib. 2. ſed nō puto hoc verū, quia repugnat hęc iis, quæ vidimus ſuperius in prima extēſione, erat. n. hoc de iure cōmuni, quod receſſit ab aulo quantū, ad hæc, vt latè per Maſtrill. d. c. 7. c. 2. per totum, par. 1.

Intelligas ſeptimo, vt, id, quod hic eſt dictum de collatione officiorum, & beneficiorum in Siculos ſubaudiatur de beneme-
20 ritis † vt in illo textu legitur, & ſimilibus, ibi (*& Siculis benemeritis concedantur*) de quo particulari latiſſimè recordor ſcripſiſſe in d. cap. 7. Regis Martini, verſic. & de primo d. tom. 3. cum ibi citatis, & concordat capit. 17. & 18. infra & cum cap. 41. addo quæ ſcripſit Io: Franc. de Ponte in tract. de poteſtat. Proregis tit. de elect. official. §. 8. a num. 19. vſque ad finem, vbi loquendo
21 de quibuſcumque officiis † etiam titulatis, ait ad illos honores non debere aſſumi, niſi perſonas ex meritis virtutum ex Salycet. in l. fin. C. vbi Senator. vel Clariſſ. Ann. ſingul. 166. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 6. Bald. Chaſſan. & alii, D. Gregor. in d. lib. 4. Regum, cap. 2. ibi (*meritis debetur*) Rip. in tract. de peſte tit. de remed. ad conſeru. vbert. num. 166. cum ſeqq. Ideoque non ambitione, vt in ſua materia late dico infra cap. 45. verſic. quantum vero, & inferius
22 hic num. 25. † ſed labore vnumquemquè conuenit deuenire, l. contra publicam, C. de re milit. lib. x. vbi Luc. de Penna, Andr. de Barulo, Io. de Platea, & Odoffredd. in l. ſuper creandis, C. de iure fiſci, eod. lib. x. & latè Bouadill. in ſua politica, lib. 1. cap. 3. quaſi per totum, tom. 1. vbi inter alia refert de inſigni illo Epiſcopo Couarr. qui fuit etiam Præſidens in ſupremo concilio, qui, vt prouidere optime potuiſſet officia, ad cænam inuitabat aliquos probos, & nobiles viros, quos in fine mēſæ, aptos ſi cognoſcebat, ad illa promouebat num. 18. & nu.
23 17. vbi refert de Imperatore Traiano † qui in ſua vita conſecerat quodam memoriale omnium virtute præditorum, idem Bouadill. lib. 3. cap. 7. tit. del gouierno del ayuntamiento, num. 32. tom. 2. in gloſſ. littera I, ex Eccleſiaſt. cap. 37. ibi (*ne conſultes, &c.*) & recordor alibi tetigiſſe quòd ſic faciebat Rex noſter Catholicus Ferdinandus, vt poſui ſupr. in c. 30. Regis Mart. n. 13. tom. 3. ¶ Conſequenter non habeatur reſpectus ad parentes niſi & ipſi ſimiliter habeant
24 merita † vt per Bouadill. in d. tit. del'eleccion del corregidor num. 20. ex Plat. in l. exagentibus, C. de Princ. agent. in reb. lib. 12. Auil. in cap. 4. Prætor. gloſſ. parientes, num. 8. Rip. loco citato, num. 170. gloſſ. & DD. in cap. vnico, in verbo, carnalitatē, vt Eccleſiaſt. benefic. Couarr. lib. 1. var. c. 5. n. 4. ¶ Subſequutiuè etiam ſi non ad ſunt, merita, recedat pecuniarum oblatio, procul ſit auri ſacra fames, frigeſcat profanus auaritiæ ardor, & nemo audeat officiorum, nec beneficiorum gradus pretii venalitate
25 † mercari, vt pulchre recordor ſcripſiſſe in pragm. tit. 34. de ambitu quaſi per tot. tom. 1. ipſarum pragmat. & per hoc tangitur in infra eod. in d. cap. 17. huius Regis quod gratiosè conſueuerunt dari per Suam Maieſtatem, l. ſi quemquam C. de epiſc. & cleric. Salycet. in rubr. C. ad l. iul. de ambit. Boſſius tit. de ambitioſ. in princ. Belluga in Specul. Princip. rubr. 26. §. princeps nu. 2. vbi Additio, Alberic. Decian. & alii per eundem Bouadill. num. 22. ex Menchaca, de ſucceſſ. creation. part. 1. lib. 3. §. 30. num. 331. quia hæc cupiditas emendi officia
26 † inducit neceſſitatem vendendi, & eſt vnū de inconuenientibus, vt poſt Ezecchiel. Eſaiam, Puteum, Angel. & ſimiles dixit idē Bouadill. eod. lib. 1. cap. 14. num. 14. d. tom. 1. vnde inferūt in hoc propoſito DD. quòd licet contra officiales numquam præſumatur delictum, per ea, quæ videbimus infra in d. cap. 45. verſic. ſed quomodo, attamen contra hos omne malum præſumitur

vt poſt

Digitized by Google

27 † vt poſt Maſcard. in tract. de probat. cō-
cluſ. 1132. nu. 39. & ſeq. tetigit Cardin. Tuſ.
in eius pract. concluſ. iuris, verbo, officiales,
concluſ. 96. tom. 5. & concluſ. 98. vbi ait non
eſſe hos tales Officiales ponendos per Prin-
28 cipem, tamquam † oneroſos populis, & ſi-
cut lupi comedunt agnos, ideoquè omni-
no eſſe tollendos, ex Feder. de Senis conſil.
185. num. 2. Io: Andr. in cap. 1. de offic. or-
din. in 6. Maſcard. latiſſime vbi ſupra, quo-
ties enim in prouinciis Præfecti fuere mo-
derati, atque iuſti, ſubditi quoque tranquil-
lam egerūt vitam, cum vero iniuſti, & aua-
ri præfecti eſſent ii, & ſubditos vexabant,
& pacem labefactabant, vt per Cedren. in
ſuo compend. hyſtoriarum.

Intelligo octauo aliter eſſe in Delegatis
29 † arbitris, arbitratoribus, & Notariis, &
ita remiſſiuè tetigit Boniorn. in d. cap. Re-
gni 386. Regis Alphonſi, ex Abb. in cap. vno
delegatorū, de offic. delegat. Alber. Brunus,
in verbo, Officialis.

His dictis pono concluſionem, quòd ad
30 Regem † ſpectat collatio officiorum, & be-
neficiorum præſentatio, vt hic, & in d. cap.
386. Regis Alph. cum ſit de regaliis, vt vidi-
mus ſupra in cap. 456. eiuſdem Regis verſ.
& quia §. 7. tom. 5. etiā beneficia epiſcopa-
tuum, Archiepiſcopatuum, vt ibidem, quæ
ſunt in arbitrio Catholicæ Maieſtatis illa,
quibus voluerit, conſerendi, intelligendo
ſemper de habilibus, vt in d. cap. 7. Regis
Martini, num. 3. & 5. & hoc eſt derogato-
rium iuris communis Canonici, quia de
eius diſpoſitione olim electio Epiſcopi ſpe-
31 ctabat ad Canonicos † vel ſaltim ad Cap-
pellanos ſimul, & ſemel, ſiue Clericos Ec-
cleſiarum, vel ad Capitulum, arg. eorum,
quæ dixi ſupra in cap. 21. num. 6. & in cap.
66. eiuſdem Regis Martini, nu. 61. vbi quòd
ſic eo mortuo ſuccedat ad iuriſdictionem,
& adminiſtrationem, & colligitur ex tex-
tu cap. cū Eccleſia Surrina, vbi Rip. nu. 5. de
cauſ. poſſ. & propr. & c. 1. vbi Abb. de iuram.
calumn. c. in geneſi, c. humana, c. cōgregato,
extr. de electìon. cū concordant. infr. in d.
cap. xiin 1. *Bracchio eccleſiaſtico*, verſ. po-
nauius, & ex adductis per Rip. qui ſimiliter
dicit, quòd olim electio cuiuslibet prælati
ſpectabat ad capitulum illius Eccleſiæ, per
cap. cū dilectus, vbi Abb. de cōſuet. cap. bo-
næ, de poſtulat. Prælat. vnde ſubdit ipſe,
quòd Bald. dicebat in l. quicumque, C. de
32 bon. quæ liber. quòd Epiſcopus † debet eſſe
electiuus non datiuus, poſtea vero illhæc
electio pertinuit ad S. Pontiſ. cap. 1. 22.
quæſt. 1. gloſſ. in cap. quamquam, de elect.
in 6. & nouiſſimè ſtante iure patronatus,
quod habent Reges noſtri, ad eos ſpectat
præſentatio, ſiue collatio prædicta, vt latè
poſui in d. cap. 21. Regis Martini, ſacio illa-
33 tionē ex hoc, & dico, quòd Epiſcopus † non
dicitur in quaſi poſſeſſione conſerendi be-
neficia ſpectantia ad collationem alterius,
vel ad præſentationem patronorum, quā-
do contulit, illis ignorantibus, Innoc. in
cap. 2. de in integr. reſtit. Ripa loco cita-
to, num. 64.

De Prælatijs, & Commendis. Cap. IX.

CVM Regna quæque, & amplificentur, & ditentur permaximè, quando pecunia non æſportantur, ſintque in Regno præafferto plura opulenta beneficia, & officia, atquæ Prælatiæ magni reditus, & prouentus, quæ Summus Pontiſex in commendam degentibus in Curia concedit, & quidem exteris, & non Siculis; Pro tanto ſupplicat eidem Maieſtati dictum Regnum, quòd dignetur præafferta Celſitudo interponere partes ſuas apud Summum Pontificem, etiam & Magiſtrum Rhodi, quòd de cætero nō conſerat, nec conſerri prouideat de beneficiis, atque Prælatiis in Regno ſuo Siciliæ exiſtentibus in commendam, ſed intitulum, & quatenus aliqua pro præterito fuerint conceſſa incommendam per Summum Pontificem, reuocentur, & Siculis dignis, & benemeritis concedantur, nec de beneficiis conceſſis per Summum Pontificem, aut Magiſtrum Rhodi expectetur executoria Regia, non obſtante quauis pragmatica incontrarium dictante, ſed ſufficiat ſolius Viceregis, ſeu Vicarii executoria, petitque vniuerſitas prædicta totius Regni, quòd dicta Sacra Maieſtas concedat licentiam ſingulis vniuerſitatibus eiuſdem Regni, quod poſſint mictere Legatos ſuos pro præmiſſis adimplendis apud Summum Pontificem, & Magiſtrum Rhodi ¶ Dominus Rex, ſuper contentis in dicto Capitulo, mandabit prouiſiones opportunas.

Dictum eſt de hoc ſupra in cap. præcedenti in quinto intellectu, ibi videas latiſſimè.

De viſitatione Regni per Magnam Regiam Curiam, ſemel in anno, facienda. Cap. X.

ITEM attenta conditione loci clariſſimæ Ciuitatis Cathaniæ, & eius ſertilitate & aeris temperie, ac etiam quòd priſcis temporibus Magna Regia Curia ibi reſidentiam facere conſueuerat, placeat Inclytæ Maieſtati ſuæ, inſtituere, & ordinare atque mandare, quòd Magna Regia Curia formata reſidentiam ordinariam faciat in Ciuitate Cathaniæ, & ſemel in anno debeat viſitare totum Regnum, iuxta formam capitulorum Regni, & erit id quidem valdè vtile Regiæ Curiæ, quoniam propter conditiones dictæ

Ciuita-

Ciuitatis Cathaniæ,plures gentes confluent ad Iuſtitiam petendam & etiam totum Regnum commodum ſentiet ¶ Dominus Rex prouidet, & mandat, quòd Magna Regia Curia formata quolibet anno ſemel viſitet Regnum,reliquum vero temporis anni reſideat in Ciuitate Cathaniæ, niſi neceſſitas vrgeret.

S V M M A R I V M.

Magna Regia Curia fermata debebat viſitare Regnum quilibet anno, nu.1.cum ſeqq.hodie eſt arbitrarium,& ad ciuitates illuſtriores, num. 11.

Vicerex debet viſitare Regnum cum M.R.C.ibid.

Viſitari Regnum debet per Reges, & Imperatores, ibid.

Magiſter Iuſtitiarius olim debebat cum Curia formata viſitare Regnum, nu.2.

Iudices debent ſtare in loco,non circuire prouinciam, niſi ex cauſa. ibid.

Vicerex,& Princeps debet huc,& illuc diſcurrere,& habere pedes plumeos,non plumbeos,num.3.

Papa debet habere pedes plumbeos, non plumeos,ibid.& num.ſeq.

Roma eſt ſedes Apoſtolica, nec poteſt ſine cauſa illinc aliò transferri, num. 4. & ſeq.

Roma ibi eſſe dicitur,vbi Papa eſt, nu.5.

Pontes, & via debent refici præſertim, quando Vicerex,& M.R.C.viſitat Regnum, num 6.

Poſata debent dari Viceregi, & officialibus tranſeuntibus cum M.R.C.per Regnum,num.7.& ſeq.

Poſata quando dantur militibus, caueant à latrocinijs,& alijs, num.8.9.

Milites accipiendo poſatas debent ſe caſtè, & modeſtiſſimè gerere nec quicquam accipere coactè,num.9. & ſeq.

Milites latrones non gaudent priuilegio militum, num.10.

Magna Regia Curia Panhormi ordinariè reſidere ſolet, num.12.

Cicada numquam recedit de eius terra, in qua orta fuit, num.13.

Vaſſalli Regij non debent pergere extra Regnum pro exquirendo eorum Rege in occaſionibus, num. 14.

Officiales Regni debent in eorum officijs ſtabilitis reſidere, num.15. nec reſidere foras abſque venia, num.15.maximè de nocte, etiam pro cauſa recreationis, nu. 16 & poſt tempus licentia redeuntes recuſari poſſunt,num.17.& licentia debet eſſe iuſta,non ficta, num. 18.19.

Conſiliarij reſideant in eorum officijs ſtabilitis, nec recedant abſque venia etiã pro cauſa recreationis, ibid. aliàs poſt tempus licentiæ redeuntes poſſunt recuſari,num 17.& licentia debet eſſe iuſta, non ficta,aliàs perdunt ſalarium, num. 18. & quid tempore neceſſitatis, nu.25. cum ſeqq vel de conſuetudine,num. 29.

Officiales obtinentes licentiam recedendi, & eundi foras,ſi licentia non eſt iuſta, & ſimulata perdunt ſalaria, nu.18.19.

Licentia conceſſa officiali,vel alij ſi non eſt iuſta,ſed ficta non excuſat à pœna,n.19.

Prælati debent reſidentiam facere in eorũ beneficijs perſonaliter,nu.20. cum ſeqq. eſto beneficia eſſent minima,maximè curata, num.22. & an ſit de iure diuino, num.23.etiam quoad Cardinales,num. 24.

Prælati habentur ac ſi coniuges cum eorũ beneficijs,& numquam recedere,nu 21.

Reſidentiam facere prælati in eorum Beclefiis an ſit de iure diuino, vel poſitiuo, num. 23.

Papa Leo IIII. priuauit per quinquenniũ Cardinalem S.Marcelli,eo quod non reſederat in ſua parrocchia,num.24.

Cardinalis S. Marcelli eo quòd non reſidebat in ſua Parrocchia fuit priuatus per Papam Leonem IIII. ibid.

Reſidentiam facere officiales in locis non tenentur tempore neceſſitatis, num.25. cum ſeqq. vel tempore peſtis, num. 27. cum ſeq.vel de conſuetudine, num.29.

Maritus ſi faciat pactum de commorando cum ſua vxore in tali loco, non aſtringitur tempore neceſſitatis, & impedimenti,& ex cauſis,num.26. cum ſeqq.

Peſtis tempus excuſat à reſidentia, num. 27. fallit in ſuperiore ciuitatis, qui non debeat eam ſolam deſerere, num.28.

Belli tempore non poteſt ſuperior, & Rector Ciuitatis deſerere ſolam Ciuitatem, ibid.

Reſidentiam facere non tenentur prælati, ſi ita eſſet conſuetudo, vel obſeruantia, num.29.

PVlcherrima eſt materia, quæ hic tractatur, & Viſitationis, & reſidentiæ,
1 & quoad primam dicitur hic quòd † M.
R.C.debebat formata viſitare Regnum quolibet anno, idemque intelligitur conſequenter de Prorege,cuius eſt pediſſequa, recordor de hoc ſcripſiſſe in cap.361. Reg. Alphonſi,

Digitized by Google

Alphonſi tom.5. & memini etiam ſupra, in
cap.3.verſic.quo vero ad viſitationem, in
vtriſque adduxi concordantia, refertur.n.
de Imperatore Traiano, de Rege Ariper-
to Rege Longobardorum quòd ſic viſita-
bant totum Imperium, ſic de Rege Don
Alonſo XI. ſic de Imperatore Carolo V.
qui in hoc condidit legem 5.tit.2.lib.reco-
pilat.de quib.per Bouadill. in ſua politica,
tit.de la iuriſdicion de Sennores, cap.16.lib.
2.num.14.tom.1.per hæc verba ſatis ad no-
ſtrum propoſitum concordantia (*conuien
al Rey que ande por todas ſus tierras, y Senno-
rios, vſando de iuſticia, y à quella adminiſtran-
do, y que ande con el Conſeio, y Alcaldes, y los
otros officiales, con la menos gente, que pudie-
re, para ſaber el eſtado de los hechos de las Ciu-
dades, y villas, y lugares, y para punir, y ca-
ſtigar los delinquentes, y malhechores, y procu-
rar como el Reyno viua en paz, y ſoſsiego*) idem
Bouadilla cap. 9. tit. que ausencia, col.2.
eod.lib.2.tom.1.vbi num.12. in puncto lo-
quitur de hac viſitatione per annū faciēda
per loca Regni ex alia l. Hyſpaniç 6.tit.16.
lib.3.recopilat.cum ſimilib.remiſsiuè, cap.
procurationes, & cap. ſopitæ, de cenſib.
Burgoz de Paz in l.Tauri, nu. 455. & ſeq.
& ita pertranſit hic Boniorn. per Conſtit.
Regni Capitaneorum, tit.41.de offic. Capi-
taneorum, lib.1.vbi Afflin l.notab. num.6.
2 qui dicit quòd ad officium Magiſtri † Iu-
ſtitiarii, & Iudicum Magnæ Curiæ ſpectat
circuire per Regnum, nec continue ſtare
in Ciuitate aliqua ordinariè, arg. Auth. vt
nulli Iudicum in princ.vbi quòd licet nulli
Iudicum permittatur circuire Prouinciā,
ex cauſa tamen ſic.Ita ſubdit ipſe Boniorn.
3 Imperator † & Princeps debent huc, &
illuc diſcurrere, & etiā habere pedes plu-
meos, Papa vero pedes plumbeos, & ſtare
debet (*ſtabiliſque manens dat cuncta moue-
ri*) ex Alex.conſ.52.col.2. vol.6. quem ad-
huc nō inueni, ſed ſunt verba Boetii de con
ſolat.Phil.metro. 9. lib.3. vt ait de Noſtra-
tib. Io. Montaigne in tract. de Parlament.
& collation. parlamentor. verſ. ſecundo
facit ſtabilitas, tom.16.tractat.fol.meo 274.
col. 2. ex Io. Andr. in Nouella ſuper data
Sexti libri, col.2. Io. Anan.in cap.in genera
li de regul.iur.eod.in 6. & eorum, quæ di-
cam in cap. ſequenti, vbi tracto de parla-
mento num.9.faciunt adducta per Abbatē
in cap.per venerabilem, qui filii ſint legit.
4 num.18.tom.7. qui dicit † quòd ex quo Se-
des Apoſtolica eſt diuinitus collocata
apud vrbem Romanam, non poteſt Papa
ſine cauſa inde transferre ſedem, Io.Andr.
in cap.fundamenta, de election.& in cap.
ego, col.3.ibiquè idē Abb.de iureiur.vbi etiā
Fælin. Innoc. in cap. expoſuit, de dilatio-
nibus, & merito eſt dictū, ſine cauſa, quia
cum cauſa, poſſet, & tunc ibi dicetur Ro-
ma. & Romana Curia vbi eſſet Romanus
5 Pontifex † cap.vbi periculum, de election.
& in Clemen.auditor, de reſcript.cap.2.de
priuil. 9.idem Innoc.in d.cap.ego N.de iu-
reiur.vbi Fælin. & in cap. quod de his, de
ſent.excommunic. Bald. in l.conſenſiſſe, §.
legans de iudic.Subdens ipſe Boniorn.hic,
6 quòd tunc omnes terræ † & Ciuitates, per
quas tranſitur occaſione huius viſitationis
per D.Proregem, & M. R. C. debent pon-
tes, & vias reficere per textum, & ibi Bal.
in tit.de pace Conſtant.col.fin.verſ. nobis
intrantibus, & latius ſuo loco in ſua mate-
ria ſcripſi infra in cap.69. Regis Ferdinan-
di tit.quòd pontes conſtruantur &c. ver-
ſiq; multo magis, tom.7.imo plus dari de-
7 bent poſitæ † vt ſubiungunt Noſtrates, &
ipſemet Boniorn.hic remiſsiuè, & poſui in
cap.19.nu.3.cum ſeqq. Regis Iacobi, tom.
1.poſt Parid.de Put. ibi citatum cum ſimi-
lib.vbi nedum ipſi Regi, vel Principi tran-
ſeunti, ſed etiam omni eius Comitiuç, Offi-
cialibus, miniſtris, & militibus, vt ibi ſubdidi
n.4.5.6.7.cū ſeqq.Maſtrill.in trac.de Magi-
ſtrat.lib.3.c.x. à n.178.cū ſeqq.par.1.& pul
chrè addo Bouadill. in ſua polit.lib.4.c.1.n.
xi. tom. 2.vbi ex multis demonſtrat, quo-
8 modo ſe debeāt apportare, † ex Plutarch.
in vita Galliç, Lactant. Firman.de falſa re-
ligione, cap. 3. & de Iuſtit. lib. 5. Petr. de
Gregor. Tholoſan. in 2. tomo ſyntaxicon
artis mirabilis, lib.25.cap.16.& per ipſum
Bouadill. num.12.& 13. ex Bieſſio, de Re-
publ. lib.4.cap.7.Valer. Maxim. lib.9. cap.
1. Ribadeyner. de Princip.Chriſtian.lib.2.
cap.21.Fratr. Ant. de Camos in microcoſ-
mia, part.1.Dialog.15.& aliis, ibi (*multi, re-
lictis aliis ſuis officiis, ad temporarium bellum
accinguntur, tantum ſtudio latrocinandi, &c.*)
Simancas de Republ. lib. 9. cap. 7. Ioann.
Ign. in l.1. §.ſi conditioni, num.10.ff.ad ſyl-
lan.Redin. de Maieſt.Princip. verbo, non
armis ſolum num. 78. cum ſeqq. pulchrè
Paul.Iouius, tom.3.lib.37.vbi inuehit. con-
9 tra Hyſpanos milites immaniſſimos † la-
trones effectos, nec ego dico ſed ipſe Bo-
uadilla hoc me docuit, Albenſ. de re mili-
tar. fol.79. Palaz Ruuios, Rolland. Auen-
dan.Platæa, Natt.Mandell. Puteus, Vege-
tius. Luc.de Penna, Chaſſaneus, Onoſan-
der, & alii, de quib. per eundem Bouadill.
ſub d.num.15.& ibi gloſſç, & nu.14.vbi quòd
iſti tales non gaudeant priuilegio militum
10 † & num. 15. qui poſt Flauium Opiſcum in
vita Auelanii Imperatoris ait quòd hic Im
perator Militibus ita timori fuit, vt ſub eo
poſtea quàm ſemel cum ingenti ſeueritate
caſtrenſia peccata correxit, nemo pecca-
uit, ſolus denique omnium militem, qui a-
dulterium cum hoſpitis vxore commiſe-
rat, ita puniuit, vt duarum arborum capita
inflecteret, quas ad pedes militis deligaret,
eaſdemque ſubito dimitterent, vt ſciſſus
ille vtrinque penderet, quæ res ingentem
timorem omnibus effecit, qua ſimili ſeue-
ritate puniendi olim vſus fuit Princeps Pa
ternionis in quendam famoſiſſimum latro-
nem, exiſtens ipſe Vicarius vallis Nemorū
& per epiſtolam quandam militarem fa-
ctam per ipſum Imperatorem ad eius Vi-
carium miſſam legebātur hęc verba, (*ſi vis
tribunus eſſe, imò ſi vis viuere, manus mili-
tum contine, nemo pullum alienum rapiat
ouem nemo contingat, vuam nullus auſe-*

rat , ſegetem nemo deterat , oleum , ſal , li-
gnum , nemo exigat , annona ſua conten-
tus ſit , de prædis hoſtis , non de lacbrymis
Prouincialium habeat ,) & prout ex ipſo Bo
uadill.& ne capiant poſatas ipſas per vim,
maximè à perſonis priuilegiatis , quamuis
ab aliis poſſint, etiam frangendo portas, vt
poſt Luc.de Penna in l.fin. C. de profeſſor.
& Medicis,lib.10.Auiles in cap. 8. Prætor.
gloſſ.dineros, num.5. idem Bouadill. lib.3.
cap.1.num.21.eod. tom. 2. & faciunt addu-
cta per Don Io. Franc.del Caſtillo in deciſ.
158.præſertim, nu.6.& 7.vbi pulchrè ¶ Ad-
uertendum eſt tamen, quòd non ob id non
11 coarctatur † ipſa M.R.C.ſiue Curia forma-
ta cum Prorege in iſto tempore viſitatio-
nis per Regnum faciendæ quolibet anno,
vt olim erat , permanere tanto tempore ,
quinimmo eſt redactum hoc etiam ad ar-
bitrium ipſorum Proregum , & ſecun-
dum quod tempora ſuggerunt , & ne-
ceſſitas,nec minus aſtringuntur ire ad om-
nia loca,terras,Ciuitates, oppida , &c. ſed
tantum ad Ciuitates principaliores l. 1. C.
vt omnes Iudices, tam ciuiles, quam crimi-
nales per illa verba,ibi (*in Ciuitatibus admi-*
niſtratæ Diæceſeos illuſtrioribus) & ſic , per
Regnũ occupatio fieri poſſet per tres mẽ-
ſes , plus,vel minus,vt in dies practicamus,
quando hinc recedit ipſa M. R. C. for-
mata.

Quo vero ad reſidentiam,habebatur hic
quædam petitio Regni,vt ipſa M.R.C.for-
12 mata † reſideret in Ciuitate Cathaniæ, eſt
verum,quòd ſubſequitur ſtatim quædam
cauda (*niſi neceſſitas vrgeret*) & prout vi-
debimus infrà aliquos caſus in quib. non
eſt neceſſaria reſidentia,in verſic. licèt, &
propterea iam videmus quod ordinariè re
ſidet hic Panhormi,& rariſſimè hinc rece-
dit,vt diximus in commentar.Conſuet.Pa-
nhor. cap.3. num. 54. & eſt in Regno hoc
pragmat.1.tit.2.de offic. Magiſtr.rational.
vbi ſcripſi, tom. 2. ipſarum pragmaticarũ,
& adducunt Doctores noſtri quoddam
13 egregium Hieroglificum de Cicada † quã
Athenienſes omnes geſtabant de aratam
in capite pilei, quæ ſecundum naturales
numquam recedit de eius terra,in qua or-
ta fuit, nec ad alias diuertitur partes, vt ait
Pierius in eius Hieroglificis, lib. 6. de litter.
Aegyptior.tit.de Cicada,& per Alciat.em-
blem.136. tit.Nobiles , & generoſi , & ibi
Franc. Sanctius in Additionibus,& per tra
dita à Bouadill.in ſua politica, lib.2. cap.9.
que el corregidor reſida, col.2. & cap. 16.
tit.de la iuriſdicion de Sennores de Vaſſal-
los,num.14. tom. primo, & per tradita ab
Andr. de Iſern. tit. de prohib. feud, alien.
per Federic.col.6.verſic. ſatis videtur,Did.
Perez in l.1.tit.1. col.323. lib. 2. ordinam.
14 qui dixerunt † quòd ſubditi vaſſalli nõn de
bent pergere extra Regnum pro perqui-
rendo eorum Regem in occaſionibus, quę
ſibi ipſis offeruntur, ſed cum facilitate poſ-
ſint cum illo alloqui, & ad eum ire abſque
diſpendiis,& per ea,quæ dixi ſupra in cap.
3.poſt principium, vbi quòd hac de cauſa
eſt ibi petitum,vt Reges, & filius primoge-
nitus ſaltim , perſonaliter in Regno reſi-
deant .

Iſto modo dixi eſſe ſtabilitas leges, &
15 ſanctiones pragmaticales , vt adhuc † offi-
ciales Regni, maximè Conſiliarii reſideant
in eorum officiis ſtabilitis , vt eſt videre,
per ea,quę ſcripſi in d. prag.d.tit.2.de offic.
magiſtr. rational.tom.2.pragmaticarum
ita vt recordor ſcripſiſſe in commentariis
Conſuet.Panh.cap.68.nu.81. quòd nec poſ-
16 ſint recedere de Ciuitatibus † & locis , eo-
rumque territoriis, niſi cum licentia, alias
illicentiatis non liceat ipſis diſcedere,addo
conſtit. Regni, ſtatuimus , vbi Andr. de
Yſernia tit. de offic. Magiſtr. Iuſtit. Io.
de Platea in l. ſi quis decurio , la prima,
num.3.C.de decur.lib.x.niſi ex cauſa,vt di-
xit Ripa in tract. de peſte in 3.parte , num.
143.cap.cum venerabilis,de conſuet. Bart.
in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum , ff. de ac-
quir.hæredit.Ioann.Andr.in cap.ſi abbatẽ
de elect.in 6.Lapus alleg. 86.Galli aul.in l.
1.nu.72.de verb. ſignificat Barbat. conſ.12.
num.3.vol.1.Rolland.conſ.67.num.66. vol.
3.Auendann.in declar.l.4.& ſeq. tit. de las
exempciones lib.3.ordinat. num.39. idem
de Platea in l.iubemus in fine,C.de dignit.
eod. lib. 12. & in l. euictionem , C. decurſ.
publ. d.lib.12.Bald.in l.illud ff.de offic.prę-
ſid. Paris de Put. de ſyndic. verbo licentia
16 officialis,n.1.& ſeq.& maximè † de nocte,
prę ſertim ſi officialis iret pro cauſa recrea
tionis,ſuę,& voluptatis l.illud,ff.de off.prę-
ſid.vbi quòd nõ niſi pro voto diſcedere po-
teſt,& ne pernoctet Conr ad. in templ. iu-
dic.lib.1. cap. 7. num.18. in fine Amed. de
ſynd.num.105.Martin. Laudenſ. in tract.
de official. domin. quæſt.55.Cicer.lib.3.de
legib.Ioann. Montaygn. in tract. de auth.
conſilior. verſ.5.num.1. in ſumma ſic fuiſſe
ſtatutum per Regem Franciæ, vt nullus
Conſiliarius Parlamenti abſque licentia
foris pernoctaret , ex Budæo in Annota-
tion.ad tit. ff.de offic.præſ.prætor.fol.299.
Bouadill.num.30.& pono infra in cap.ſub-
ſequenti verſic. declara octauo. vnde dixit
idem Bouadill.in ſua polit.d.cap.9.lib.2.d.
17 num.7.vt poſt tempus † eis cum licentia
datum redeuntes,iuſta de cauſa poſſint re-
cuſari in ipſorum officiorum adminiſtra-
tione ex l.Hyſpaniæ per eum citata, Bald.
in l. liberti,num.15.C.de oper.libert.& per
notata in l.ſi pecunia,ff.de condit.ob cauſ.
& in l.1.C.de re milit. lib.12.Bart.in l. triti-
cum ff. de verbor.oblig. Azeued. Paris de
Puteo , & alii per eum citati ¶ Item, &
quòd ſit iuſta ex cauſa,& non ficta,vtputa
18 infirmitatis,aut aliter dicta licẽtia † intan-
tũ vt ſi v.g. conceſſa fuiſſet,& nõ eſſet cau-
ſa iuſta , amictitur ſalarium , non obſtante
tali licentia,Bouadill.d.cap.9.n.19. & ſeqq.
ex Luc.de Penn.in l.hac lege , col. pen. C.
de proxim.ſacror. ſcrin.lib.12.l. qui mictũ-
tur,ff.ex quib.cauſ. maior.l.1.cum ſeqq.de
re milit. l.meuia,ff.de ann. legat. Gregor.
Lopez in l.16. gloſſ. 1.tit.16.part.1.Azeued.
in l.6.tit.5.d.lib.3.recopil.num.5. Martin.
Laudenſ.

Digitized by Google

Laudenſ. in tract.de official.domini.queſt.
30.Couarr.lib.2.variar.reſol. cap.16. num.
9.qui,loquitur de cauſa ſicta per l. non om-
ne ff.de ſtat.liber.& l.penult.ff.de iur.dot.
Azeued.loco citato,num.7.& conſequen-
19 ter ſi licentia † eſt iniuſta,vel inualida,non
excuſat à pęna,vt per ipſum Bouadill.n.23.
Fælin.in cap.cum cauſa, nu.6. de offic. de-
leg.Bart.in l.iuſte poſſidet,num.4.ff.de ac-
quir.poſſ. & in l.creditores num. 26. C. de
pignor. Gozadin. Grat. Paris de Puteo,
Auilez,Azeuedo, & ſimiles.

20 Sic videmus oportere Prælatos † reſi-
dentiam facere in eorum officiis,ſiue bene-
ficiis, præſentialiter, vt cognoſcant vultũ
pecudum ſuorum,illoſque conſiderent, vt
habetur in prouerbiis Salomonis, cap. 27.
Ezech. cap.34. cum ſimilibus adductis per
Bouadill.in ſua politica d.lib.2. eod. cap.9.
(*que el corregidor reſida*) in princ. tom.
1.eſt text.in cap.quamuis,extr.de regul.iu-
ris,in 6. l.15.tit.8. part. 5. vbi Montalu. &
21 Gregor. tamquam † maritos cum eorum
cõiugibus,arg.eorũ,quę pono inſr.in c.101.
poſt principiũ c.inter corporalia, de trãſ-
lat.prælator.Abb.in cap.bonæ,il primo,de
poſtulat.prælator.in 3.notab.Mandoſ. in
regul.7.quæſt.3. num.3. tot. tit. de Cleric.
non reſid. & eſt textus in cap. Regni 92.
Regis Catholici Ferdinandi,tom.7.cap.ad-
hoc de præb. præſertim in iis,qui curam
animarum habent,vt in d.cap.92. ibi(*egl'a-
nime de Regnicoli*) Farinaz.deciſ.12.eſto ver
ſemur in beneficiis quãtumcumque mini-
22 mis † Oldr. conſ.140.,In eccleſia Calaguri-
ten.num.3.Rebuff. in prax. tit. de diſpenſ.
de non reſidendo, num.7. Anchar. conſil.
233.num.3.Dec.in cap.peruenit,in princ.
de appell.Fælin.in cap. dilectus, col.1. de
reſcript.qui ponit quãdo ſic ſpecialiter de
iure eſſet inductum, aliter ſi eſſet in con-
trarium cõſuetudo, ſecus,adeo vt dixerint
23 aliqui hanc reſidentiam Prælatorum † eſ-
ſe adhuc de iure diuino,vt per Sot. in Apo-
logia contra Catherinum, & Franc. Tor-
rent. in tract. de reſident. paſtoris cum ſi-
milib. Ferrett. conſ.32.num.14.& ſeq. qui
ait eſſe de iure naturali, & diuino, & de-
monſtrat ex multis ſcripturis PP. & ex
Conciliis,& eſt Concil. Tridentin. ſeſſ. 25.
cap. 1.de reform.Cardin. Tuſchus, verbo,
reſidentia,concluſ.247,tom.6.cum ſeqq.li-
* cet in contrarium ſit com. * opinio,vt nem
pe ſit de iure canonico poſitiuo, ratione
quia ſit d.ſpenſatio,vt per eundem Cathe-
rinum in ſua Apologia contraria contra
eundem Sotum,per cap.de multa,de pręb.
extrauag. execrabilis, quæ eſt Ioannis
24 XXII.,immo legitur quòd † Leo IIII.S.Põ-
tiſ. priuauit Cardinalem Sancti Marcelli,
quia non reſederat per quinquennium in
ſua parrocchia, vt ſcripſit Rebuff. in con-
cord.Franc. tit.de collat.§.1. verſic. reſide-
re,nec interim faciunt fructus ſuos tales nõ
reſidentes Anchar.conſ.233.num.3.& ſeq.
cum illis monitionib. tamen, de quib. per
eundem Cardin. Tuſch. vbi ſupra in con-
cluſionibus ibi ſubſequentibus.

Licet non negamus eſſe aliquos caſus,in
quibus non eſt obligatus officialis facere
25 reſidentiam, † & illud eſt, quod eſt dictũ
ſuperius in verſic. quo vero per textum
hic, ibi (*niſi neceſsitas vrgeret*) exemplifi-
cant DD. v.g. in caſu impoſſibilitatis per
§.impoſſibilis, inſtit. de hæredib. inſtit. §.
impoſſibilis, inſtit.de inutilib.ſtipulat,regu-
la,impoſſibilium,ff.de regul.iur. cum con-
cordantib.per ipſum Bouadill.d.cap.9.nu.
11.& per tradita à Calderin.cõſ.238. aliàs
17.de præbend. Bald. conſ. 357. lib. 2. Re-
buff.in prax.eod.tit.de diſpenſ. de non re-
ſid.num.31. & poteſt etiam exemplificari
in illis conuentionibus, & pactis, quæ fa-
26 ciunt coniuges inter ſe † de commorando
nempe viro cum vxore ſua in tali loco,
quia licet iſtud pactum valeat, vt dixi in
conſuet. Panhorm. cap.18.num.44.& in
cap.regni 72.Regis Alphonſi, num.11.ſu-
pra,tom.4.& ibi addidi Bart.in l mutianæ
cautionis,num.3. ff. de condit. & demon-
ſtrat.vbi dicit quod hæc conditio affirma-
tiua habet negatiuam, implicitam, ideſt, ſi
non receſſerit, vt per Ruyn. conſ. penult.
num.7.lib.3.& hoc propter implementum
conditionis,quod fuit inuentum, & intro-
ductum per Mutianam cautionem,tamen
reſpectu impoſſibilitatis, & impedimenti
neceſſarii non tenet, vt in ead. Conſuet.
habes. Prout dicunt Doctores,quòd tem-
pore peſtis,(quod abſit) excuſatur omnis
27 a reſidentia † vt per Bald. Calder. Rebuff.
& alios ſuperius citatos & Tuſch. concl.
251.d.tom.6.in eodẽ verbo,reſidentia quod
quomodo procedat, latè ſcripſi in tract.
de peſte in decima cauſa verſ. quod adeo
vbi declaro illud Phiſicorum Medicorum,
Fuge,fugecito,longe,tarde, &c,verũ quòd
hoc non procedit in ſuperiore, & Recto-
re alicuius Magiſtratus,quia non debet de-
ſerere ſolam Ciuit. tem, in qua hoc flagel-
28 lum accidiſſet,vt ait idem Bouadilla d.cap.
9.num.27.& 28. qui dicit vidiſſe fuiſſe pri-
uatum quendam Conſiliarium, ſiue ſuſpẽ-
ſum ab officio, vbi idem dicit eſſe tempore
belli,aut alicuius inuaſionis, vel metus Ti-
ranni,& ſimilium ex Patrit. de republ. lib.
9.tit.1.ſol.198.Alaua de re milit. lib. 1.fol.
38.Don Bernardin. de Mendoza,de theo-
rica,& practica belli,ſol.29. & Machab. 1.
cap.7.& lib.2.Regum cap.18. & 2.Regum
cap. 21.ibi, (*quia tu vnus pro decem millibus
computaris, melius eſt, vt ſis nobis in vrbe præſi-
dio*) idem Patrit. vbi ſupra, qui dicit quòd
copiæ in pace habendæ ſunt, quibus fines
noſtros ab incurſionibus ac latrociniis tue-
ri valeamus.

Vel de conſuetudine, aut obſeruantia
29 † vt eſt adhuc in dictis Prælatis qui de ge-
nerali conſuetudine non faciunt reſiden-
tiam in beneficiis ſimplicibus,vt per ipſum
Farin.loco citato,ex Abb.in cap.extirpan-
di,§.qui vero num.31.de præb. Mandoſ. in
regul.1.quæſt.13.nu.8.Carol. de Graff. de-
ciſ.4.num.3.de præb. Aegid. deciſ.676.Re-
buff. in ſua prax. ſub tit. ſecularia benefic.
quotuplex,nu.xi.Staphil.de litter. gratiæ;

Digitized by Google

part.2.tit.de qualit.& ſtat.benefic.& ita fuiſſe deciſum teſtatur ipſe Farinat.qui ſubdit,quòd ſi aliud ex conſuetudine, priuilegio,vel ſtatuto diſponeretur,tũc etiam procedit in ſimplici beneficio, ex Innoc. in cap. Clericis,de cleric. non reſid.

De Parlamento celebrando in loco fertili, & ſalubri. Cap. XI.

ITEM placeat Regiæ Maieſtati concedere Vniuerſitatibus Regni Siciliæ, quòd quando contingerit Parlamentum fieri in dicto Regno, ſeu Synodum, & generalem conuocationem, fieri debeat in aliquo fertili loco, boni, & ſalubris aëris ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd Parlamentum celebretur in loco fertili, & ſalubri, ad arbitrium Viceregis, ſeu Vicarii, aut Præſidentis pro tempore exiſtentis.

SVMMARIVM.

Parlamentum vocatur Comitia generalia,nu.1.vel concilium,Sinodus, congregatio,cœtus centum virale,Curia,n.11.

Parlamentum dicitur à parlando, vel parium lamentum, ibid.

Parlamentum conſiſtit ex conuocatione trium bracchiorum, num.2.

Bracchia tria, ſpirituale, militare, & regale,ſeu demaniale aſſiſtunt in parlamento, ibid.

Parlamenta Regum Hiſpaniæ ſunt inſtituta antiquiora quàm Parlamenta Regum Franciæ,ibid.

Bracchium temporale ſolet quandoque implorare aliud bracchium,etiam ſpirituale,et econuerſo, num.3.

Bracchia tria in Regno denotant fortitudinem ipſius,num.4.

Briaræus habebat centum bracchia tãquam fortis,& robuſtus,ibid.

Parlamentum debet fieri in loco ameno,& fertili, & cum aeris ſalubritate, num. 5. & ſeq.vbi Proregi placuerit, num.7. 8.9.10.

Frugifer locus dicitur ex ſola amenitate ipſius num. 6.

Parlamentum eſt actus iudicialis factus authoritate Principis, num.8.

Parlamentum quando fit, debet haberi conſideratio, ne vaſſalli in expenſis, & itineribus vexentur, num. 10.

Vaſſalli non debent vocari ad loca nimis diſtantia, ibid.

Parlamenta debent eſſe ſtabilia non motoria, num. 9.

Concilium tantum eſt, ac ſi Parlamentũ, num.11.

Curia,& parlamentum,eſt idem,& eſt verbum æquiuocum,ibid.

Parlamentum ſolet fieri de triennio in triennium, ordinariè, & poteſt eſſe extraordinarium, Neapoli in biennium, quandoque ſingulo anno, num.12.

Parlamentum quando fit, debent omnes parlamentarij conuocati venire, nu.13. & caſtigari ſub pœna ſi non veniunt, & quando,num. 14.15.

Parlamento non venientes vocati dicuntur contumaces, num.15. & ſeq. & eorum voces reſidebunt penes alios, num. 18.

Panhormi vrbs Regni dicitur prima ſedes, num.16.

Parlamento vocati ſi noluerunt congregari,eorum voces ſuſpenduntur, & priuantur, num.17.18.

Rector ſtudij ſi conuocauit ſtudentes, & duæ partes noluerunt congregari, priuare poteſt contumaces, & eorum voces erunt penes alios, num.18.

Parlamento vocatis liceat præponere eorũ petitiones pro vtilitate Regni, & pro ſeruitijs Regis & rerum demanialium, num.19 gratias, num.21. relaxationes iurium præteritarum collectarum, nu. 22.donatiua, num.23. cum ſeqq.diſpenſationes ad capitula Regni, nu.55. prorogare ea,quæ fuerunt appuntata in alio parlamento,num.56. & alia facere, num.57.58.59.60.

Parlamentum quando fit primo proponit Dominus Vicerex,num.20.ideſt ſubuentiones,donatiua, diſtributiones alicuius oneris,&c. num.23.

Bracchia tria Regni in parlamento ſolent proponere gratias obtinendas pro Regno,num.21.& plura alia vſque ad nu. 60.

Donatiua ſiue adiutoria ſolent offerri Regi in parlamentis,num.23.cum ſeqq.

Parlamẽtarij poſſunt vel contradicere, vel concurrere in ijs, quæ fiunt in parlamento,ibid.

Adobamenta adiutoria, & ſeruitia ſolent offerri Regi in parlamento, ibid.

Collecta donatiua vocantur honeſtiori modo,ibid.

Donatiua quando offeruntur Regi in parlamentis

Digitized by Google

lamentis per tria bracchia, ſolent apponi aliqua pacta cum ipſo Rege, & qua, num. 24. cum ſeqq. & num. 38. 39. vſque ad num. 60.

Bracchia tria Regni ſolent inire aliqua pacta cum Regibus in oblationib. donatiuorum, ibid.

Deputati Regni omnes ſolent facere taxas in Regno, & quomodo, num 25. & 58.

Donatiua, & collecta vnum, & idem ſunt ibid.

Bracchium Eccleſiaſticum ſolet concurrere in donatiuis habita licentia S. Pontificis, num. 26. & ſeq.

Donatiua in parlamentis ſolent offerri per omnia tria bracchia nemine exempto, nec exceptuato, num. 27. cum ſeqq.

Bracchia tria Regni ſolent offerre Regibus in Parlamentis donatiua, & quid propter paupertatẽ, & deficientiam, & quomodo, ibid.

Donatiua ſi non poſſunt ſolui per omnes vniuerſitates ob paupertatem, aut indeficiẽtiam, an reliquis accreſcat hoc onus, vel in diſcarricum aliorum, vel diuidi inter eos qui in meliori ſtatu ſunt, nu. 28. 29. 30. 31. & an debeant eſſe riſico fiſci, num. 37.

Vniuerſitates Regni ſi sũt aliquæ pauperes, & inexigiles, an alia ditiores teneantur pro omnibus donatiuis Regi *factis in parlamento, num. 31. cum ſeqq. plurib.*

Numeratio animarum regiſtra, & reuela bonorum fiunt, vt commoda, & incommoda vaſſallorum ſciantur, num. 32.

Reuela bonorum fiunt, vt ſciantur facultates hominum, ibid.

Vniuerſitates, & terræ Regni non valentes ſoluere Regia *donatiua, & reſiduæ depopulatæ remanent, & deſeruntur, num. 33.*

Regis *ornamentum conſiſtit in vaſſallis conſeruatis, ibid. cum ſeqq.*

Rex habens vaſſallos ditiores, & plures in numero copioſo, eò maior eſt, nu. 34. & econuerſo Regem habere diuitem & nõ pauperem ſed potentem, gloria eſt vaſſallorum, num ſeq.

Rex non debet ſolum eſſe Rex vaſſallorum mendicorum, & pauperum, num. 34.

Vaſſallis Regijs intereſt habere Regem diuitem, potentem, & glorioſum, num. 35.

Donatiuum factum vni Regi, an tranſeat ad eius ſucceſſorem filium, vel ſit perſonale, num 38. cum ſeqq.

Donatio quando ſit, poſſunt apponi quæuis pacta, ibid.

Donatio facta patri, & filijs an intelligatur ſucceſſiua, vel cumulatiua, nu. 40.

Donatiuum à donando tamen ſimulatè dicitur, ſed eſt ſeruitium, & coactio, nu. 41. maxime pro conſeruanda pace, & remouendo bellum, num 42. & adhoc, vt Rex adimpleat Regias *ordinarias obligationes, num. 43.*

Belli finis, & exercitus, eſt pro conſeruanda pace, & quiete, num. 42.

Rex, vt adimpleat ſuas ordinarias obligationes Regias, expedit prouiſione, & donatiuis, num. 43. & poteſt noua ſeruitia, tributa, & impoſita ponere, num. ſeq.

Nouum impoſitum poteſt imponi ex cauſis legitimis, ſi non ſufficiunt antiqua, nu. 44. etiam ſi eſſent inſueta, num. 47.

Vectigalia, & gabellæ noua ex cauſis iuſtis, ac pro bono publico imponi poſſunt, ibid.

Regis omnia noſtra ſunt quo ad protectionem, & quandoque quoad omnia, num. 45.

Vtilitas publica præfertur priuatæ, & derogat quãdoque iuri naturali, & æquitati, num. 46.

Vectigalia, & noua impoſita eſto inſueta poſſunt imponi per Regem pro conſeruatione ſtatus, dignitatis, & vt hoſtibus obuietur, num. 47.

Rex antequam mictat manus ad bona vaſſallorum, debet prius ſuum ærarium excutere, num. 49.

Rex non debet nimium ſuos onerare vaſſallos, ſed ſe habere vt pater, vt tutor, vt paſtor, num. 49.

Vaſſalli non debent nimis onerari, emungi, nec euelli, ibid.

R*ex rogans, & ſuadens dicitur iubere, num. 50.*

Donatiua conferre non eſt ſolum onus plebeiorum, ſed Baronum, num. 51. cum ſeqq.

Barones conuocati per litteras Viceregi tranſmiſſas per Regem in parlamento conferunt, & offerunt donatiua etiam pro popularibus, ibid.

Collectatio, & capitatio ſi eſt impoſita ruſticis, an ad alia onera teneantur, ibid.

Donatiua ſufferunt ruſtici, & populares cum Baronibus, & feudatarijs, ex quo ſoli non poſſunt hoc onus ſufferre, num. 52.

Donatiua inter plures diuiſa tollerabilia, & minus grauia ſunt, ibid.

Barones nobiles an participare debeant in contributionibus, & oneribus plebeorũ, & popularium, num. 53.

Grauatus in vno in alio releuari debet, & quid in donatiuis, ibid.

Dona-

Digitized by Google

Donatiua quãdo offerũtur in parlamentis intellige de regijs, non viceregijs, nec alijs, quæ ſunt probibita, num. 54.

Capitulis Regni an poſſit diſpenſari in parlamentis, num. 55.

Parlamentarij poſſunt prorogare ea, quæ fuerunt appuntata in alio parlamento, num 56.

Regnicolam facere exterum an poſſint parlamentarij, & quomodo, num. 57.

Parlamentum poteſt creare deputatos, num. 58.

Parlamentum & ſic tria Bracchia poteſt facere totum id, quod poteſt totus populus Siculus, & totum Regnum, & habet poteſtatem iurandi, num. 59. & ſeq.

Parlamento finito debet Vicerex certiorare per litteras Regi de omnibus ibi appuntatis maxime de gratijs, ibid.

Parlamentarij ſi ſe non poſſunt accordare, debet informari Prorex & facere, vt ſe accordent, ibid.

Bracchia tria ſi ſe obligant in parlamento, eorum obligationes ligant omnes perſonas Regni, num. 60.

Donatiua exigere ſpectat ad Deputatos Regni, ibid.

Parlamento conuocati poſſunt conſtituere eorum procuratores, num. 61. maximè in prælatis, num. 62. cum ſeqq. & an Vicerex poſſit ordinare, vt veniant perſonaliter, num. 65.

Procuratores ſolent deſtinari per feudatarios, & conuocatos ad colloquium, ſiue parlamentum ibid. & an plures voces poſſint habere, num. 66.

Concilium Sacroſanctum Tridentinum quando fuit conuocatum, S. Pont. permiſit, vt conuocati poſſent deſtinare eorum procuratores, num. 63.

Vicerex an ſi vellet, poſſit ordinare, vt omnes Parlamentary accederent perſonaliter, num. 65.

Procuratores Parlamentarij an vltra vnam vocem poſſint acceptare, & quomodo, num. 66.

Procurator licet poſſit babere ſub ſe plures procuras ad comparendum, fallit in parlamento, ibid.

Procuratores Parlamentarij non præferuntur parlamentarijs perſonaliter venientibus in colloquio, num. 67. cum ſeqq. ſed inter ſe præferuntur, & habent locum, & ſeſſionem, num. 70.

Parlamentary Barones, & feudatarij perſonaliter venientes ad colloquium præferuntur procuratoribus conſtitutis ab alijs feudatarijs conuocatis, ibid.

Venetiarum Dux præcedit Ducem Subaudiæ ſi præſentialiter adeſſet, ſecus ſi per procuratorem, & Legatos, num. 67.

Præcedentiæ, & ſeſſionis locus eſt bonorificus, nec poteſt alij cedi, nec renuntiari, per officialem, aliàs poſſet priuari, & condemnari, num. 68.

Subrogatum licet ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, fallit in procuratore comparente in parlamento pro ſuo Barone, & quomodo, num. 69.

Parlamentum quando fit, quicquid in eo agitur, non indiget teſtibus, num. 71.

Teſtes non requiruntur in ijs actibus, quæ fiunt in parlamento, ibid.

Parlamentum poteſt ex cauſa prorogari, num. 72.

Parlamento durante gaudent conuocati ijſdem priuilegijs, quibus feudatarij ad ſeruitium militare, ibid.

Parlamentarij Barones, et aliæ perſonæ ſolent per monitiones, ſiue cartellas ſcriptas, conuocari ad colloquium, vt veniãt infra tot tempora, nu. 73. et ſolent prorogari, num. 74. aliter actus facti in colloquio ſunt nulli, et quomodo, num. 75. eum ſeqq.

Paslamentarij vocati lapſis diebus conuocatorijs non expectantur amplius, et quando, num. 76.

Parlamentum congregari, et conuocari nõ poteſt, niſi de ordine D. Proregis, num. 77. cum ſeqq.

Vicerex eſt caput in Regno, et procurator Regis, ibid.

Parlamentum babere non cuilibet Principi licet, ſed tantum ſuperiorem non babentibus, num. 78. et ſeq.

Parlamentum eſt de regalijs, num. 79.

Ipiſcopus eſt caput Clericorum, ibid

Vaſſalli non poſſunt ſe congregare pro faciendo concilio, niſi cum licentia Baronis, vel Proregis, ibid.

Papa poteſt ſolus præcipere, vt congregetur concilium generale, num. 81.

Parlamentum non poteſt congregari niſi cum præſentia Principis, num. 82.

Parlamentarij debent ſecrete tenere ea, quæ tractantur in parlamentis, num. 83.

Parlamentarij omni die ad ſonitum campanæ ſe debent congregare, num 84. cum ſeqq.

Campanæ ſonitu non pulſato circa conuocationem ad colloquium, quicquid fieret nullum eſt, et quando, num. 85. 86.

Parlamento non poſſunt adeſſe nec in illuc introire, niſi conuocati, num. 87.

Parlamentarij digniores, et antiquiores præce-

præcedere debent, num. 88.

Præcedentiarum, & ſeſſionum in materia eſt obſeruare antiquitatem, ibid. et num. ſeq. et attenditur conſuetudo, nu. 91. 92. *et late vide præcedentiæ materiam, num. ſeqq.*

Baro, vel comes habens plures vaſſallos nõ ex hoc præfertur antiquiori havẽti pauciorem numerum, et quomodo, num 89.

Vaſſallos plures habens non præfertur antiquiori habenti minorem vaſſallorum numerum, ibid.

Antiquitas maior obſeruari debet in præcedentijs, num. 90. *fallit, num.* 97. *cum ſeqq.*

Officialis, eſto iunior primo receptus ad officium, præfertur poſteriori recepto, ibid.

Seſſionum et præcedentiarum in materia, attenditur conſuetudo, et obſeruantia, num 91. *et num* 92.

Obſeruantia antiqua ſeruari debet, nec dicitur noua quæſtio, quæ antiquitus per conſuetudinem eſt finita, ibid.

Antiquitati, an vero conſuetudini ſtetur in materia præcedentiæ, et ſeſſionis, num. 92.

Conſuetudo an attendatur in præcedentijs, an vero antiquitas, ibid.

Præcedentia attendi debet et ſeſſio inter ciuitates, et vniuerſitates, num. 93. *cum ſeqq.*

Ciuitas antiquior præfertur in præcedentijs poſteriori, num. 94. *et Metropolis, et regalis, num* 95.

Collegij antiquior poteſt conuocare ipſum collegium, num. 96.

Dignitatem maiorem habens eſto ſit poſterior præfertur antiquiori, num. 97.

Titulatus intrans hodie in conſilium præfertur alteri de conſilio non titulato, eſto antiquiori, num. 98.

Officiales de ſeptem officijs Neapoli præcedunt titulatos, num 99.

Regentes Regiam Cancellariam Neapolis eſto nouiter aſſumpti præcedent alios anteriores, non tamen titulũ habentes, & dignitatem, num. 100.

Dignitates, et tituli quando ſunt æquales, attenditur prioritas temporis, nu 101.

Prælati, et perſonæ eccleſiaſticæ vocãtur ad parlamentum, num. 102. *cum ſeq. et præferuntur alijs, num.* 103. *et* 104.

Bracchium eccleſiaſticum concurrit, et conuocatur ad parlamentum, ibid.

Rex non ſolum habet conſiliarios, ſed etiã clericos, qui alijs præferuntur, nu. 103.

Conſiliarij eccleſiaſtici Regij præferuntur conſiliarijs laicis Regijs, ibid.

Epiſcopi intrant in parlamentum cum conſiliarijs, ibid et num. ſeq.

Epiſcopi Abbates, et alij prælati præferuntur ſecularibus titulatis, num. 104.

Bracchium ſpirituale, ideo conuocatur ad parlamentum, quia tractatur de imponendis oneribus etiam eccleſiaſticis perſonis, num. 105.

Eccleſiaſticæ perſonæ indignitate exiſtentes vocantur ad parlamentum, et quare, num. 106.

Vota parlamentariorum à dignioribus incipiunt dari, num. 107 *cum ſeqq.*

Vota ſunt danda, et incipienda per maiorẽ, vel antiquiorẽ de manu dextra, et poſtea incipit alius de manu ſiniſtra, nu. 108. *cum ſeqq. in aliquibus partibus à iunioribus incheatur, num.* 110. *et ſeq. et particulares prius votabant, num.* 112. *limita, num.* 113. 114.

Votandi prius vrget ambitio, et cauſat inuidiam, num. 109.

Vota in aliquibus partibus incipiunt dari in cauſis à iunioribus, num 110. *et ſeq.*

Doctores iuniores ſunt aptiores ad laborẽ, et ſtudium, num. 111. *et an prius ab eis incipiendum ſit ad uotandum, num. ſeq.*

Iudices iuniores circa votationem cauſarum debent tenere reſpectum quo ad antianos, nec eos interrumpere in loquendo, num. 113.

Vota quando dantur in cauſis quandoque ſolet incipi ab eo, cui per [illegible], vel ſuperiorem ordinatur, num. 114.

Præcedere debet is, qui habet duplicatam dignitatem, num. 115. *et ſeq.*

Doctor licentiatus prius poſtea doctoratus præfertur interim doctorato, ibid.

Dignitatem magnam habens, reſpectu alicuius actus, qui ſit, non attenditur, nec præcedit, num. 116. *cum ſeqq.*

Epiſcopus, idemque Canonicus, ſedebit in collegio, vt canonicus, num. 117.

Vicarius idemq. canonicus ſedebit in collegio, vt canonicus, ibid.

Doctores quando ſedent collegiati, debet præcedere qui gradum prius aſſumpſit, num. 118.

Dignitatem minorem acquirens non perdit maiorem, ſed mutatur, num. 119. *et quando, num. ſeq.*

Tituli, et dignitates quando ſunt æquales, attenditur prioritas temporis, nu. 120.

Dignitate de maiori ſi quis eſt aſſumptus ad minorem an retineat priuilegia primæ dignitatis, et quomodo, num. 121. *et ſeq.*

Regentis officium ſi deſcendat in Præſidentem aliquem de tribunalibus tribus Siciliæ,

cilia, retinet primam dignitatem ſi habet literas Regis cum praecedentia, ibidem.

Bracchium eccleſiaſticum quo ordine ſedeat in parlamento, num. 123.

Capitulum ſede vacante an habeat eandem ſeſſionem, & praecedẽtiã ſicut Pralati mortui, num. 124. & ſeqq.

Capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdicionem, & quomodo, ibid. & quid in iuriſdicione feudali, num. 126.

Capitulum ſede vacante non ſuccedit in omnibus actibus pralati mortui, num. 125.

Praecedentia ſunt indulta perſona, nec eam excedunt; ibid.

Capitulum ſede vacante conſiſtit in pluribus vocibus, & Decanus habet primam vocem, num. 126.

Decanus capitulo ſede vacante habet primam vocem in edendo, ſubſcribendo, &c. ibid.

Bracchium militare in parlamento eſt ſecundum in ordine, num. 127.

Milites, & capitanei melius praſtant Regi conſilium in rebus bellicis, num. 128. & ſeq.

Bellicis in rebus Capitanei, & milites in ſcietia militari, ſunt alijs praſtantiores, & meliora praſtant auxilia, & pracedunt, ibid.

Conſiliarij ſtatus habent plures dignitates, & praecedentiam, num. 129.

Feudatarij Barones Comites, &c ſemper ſunt prompti in rebus bellicis cum eorum perſonis, & portant pondus dies, & aſtus, num. 130 & ſeq.

Barones Comites, Marchiones, &c. comparent in parlamentis, & faciunt eorum oblationes, num. 131.

Bracchium militare quomodo ſedeat in Parlamentis, num. 132.

Vicecomites olim in Regno erant duo, hodie vnus, cuius dignitas eſt maior Barone, & minor comite, & alibi locorum adſunt plures, num. 133.

Principatus dignitas maior eſt quàm Ducatus, num. 134. & ſeq.

Principes quaſi primum locum capientes, num. 135.

Pracedentia & prarogatiua an debeat obſeruari inter Barones poſſidentes feuda cum pacto de retrouendendo, nu. 136.

Pactum de retrouendendo etiam in feudalibus habet in ſe tacitam conditionem poteſtatiuã, ſi voluerit venditor venire, vel ſui, & transfert etiam praecedentiam, & prarogatiuam, ibid.

Aequites aurei velleris, vt dicitur, del toſone feudatarij quomodo ſedeant in parlamento, num. 137. & ſeq.

Dignitas, qua non conuenit actui, qui geritur; eſto perſona adhareat, non eſt in conſideratione, num. 138.

Frater ex vtroque latere non excludit illum qui ex vno latere eſt, & coniungitur ad feudum, num. 139.

Syndici, & Ambaſciatores comparent pro Ciuitatibus demanialibus in parlamentis, num. 140. & 141.

Vniuerſitates demaniales ſolent conſtituere eorum ſyndicum, & procuratorem ad comparendum in parlamentis, ibid.

Bracchium demaniale quomodo ſedeat in parlamento, num. 142.

Feudatarij vocati videntur in parlamento, non alij non habentes feuda, num. 143. cum ſeqq. vſque ad num. 183.

Feudum dicitur homo mutus, cuius nomine loquitur feudatarius, num. 144.

Subfeudatarij non conuocantur ad parlamentum, neque habent vocem, nec ſeſſionem, num. 145. cum plurib. ſeqq.

Verba debent intelligi in potiori, & nobiliori ſignificatu, num. 146.

Subfeudatarij habent vtile dominium inferius, & ſubalternum, num. 147.

Vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus, & quomodo, num. 148. & quid in Rege, num. 149.

Subfeudatarij ſubſunt ſub iuriſdicione Baronis feudatarij, non Regis, ibid.

Manus iniectionem habet Rex in vaſſallos ſuos, num. 150.

Clauſula, iuribus Regia Curia, & alterius ſemper ſaluis, operatur, vt ſubfeudatario non intelligatur praiudicium generatum à ſuo feudatario, num. 151. & ſeq.

Parlamento non poſſunt adeſſe ſubfeudatarij, eſto incidenter tangatur de eorum intereſſe, num. 152. cum ſeqq.

Subfeudatarij non poſſunt contradicere in donatiuis, qua offeruntur in parlamentis eſto ipſi non contribuant, num. 153. cum ſeqq.

Subfeudatarij ſiue valuaſores non ſunt verè nobiles, & tantum eſt dicere, ac ſi retrofeudatarij, num. 154. & ſeq.

Valuaſores, & feudatarij quandoque ſunt vnum, & idem, num. 155.

Subfeudatarij praiudicantur, & obligantur ex donatiuis factis per feudatarios in parlamentis, & quare, num. 156.

Subfeudatarij, & feudatarij vna vox eſſe cenſetur, non dua voces in parlamento, num. 157.

Subfeudatarij intrare in parlamentum ſolummo-

Digitized by Google

ſolummodo eſt licitum, vt procuratores, & tunc non poſſunt eſſe niſi vnius voti, num. 158.

Subſeudatarij ideo non intrant in parlamentum, quia intereſſe eorum cõſideratur ſecundario, non principaliter, num. 159.

Parlamentarij debent videre ſi ea, quæ fuerunt tractata in alio præcedenti parlamento fuerunt exequuta, num. 160.

Parlamẽtarij nõ debent ſtatim concludere id, quod proponitur in parlamento, ſed in ſequentem ſeſſionem, num. 161. niſi in rebus facilibus, num. 164.

Conſpiratio, & tractatus ambo peſſimè ſunt, num. 162.

Veritas res præclara eſt, amanda, & colenda, nec facile perſuaderi poteſt, num. 163.

Deliberatio non ita ſenſatè requiritur in rebus facilibus ſicuti in grauibus, num. 164.

Conſiliarij conſentientes tacendo malè geſtis in conſilio, ſi non contradicunt expreſſe peccant, num. 165. & ſeqq.

Parlamentarij peccant conſentiendo tacitè geſtis male in parlamento, ſi non contradicunt expreſsè, ibid.

Principes ideo in multis eorum actibus ſe male gerunt non ex ſe, ſed ex malo conſilio, num. 166. & ſeq

Conſiliarij peſſimè faciunt alludẽtes Principi non dicendo veritatem, num. 167.

Officiales debent principi, & viceregi dicere veritatem in omnibus nec adulari, ibid.

Rex Alphonſus ſapiens chariſſimos eos reputabat, qui eum non magis timerent quàm Deum, ibid.

Fidericus II. Imperator habuit malos conſiliarios fuit depoſitus ab imperio, & an fuerit partus ſuppoſitus, ibid.

Conſtantia Imperatrix cuius fuit filia, & monialis ſacrata educta de Monaſterio nuptui tradita Henrico VI. & quo tempore peperit Fidericum, vel fuerit partus ſuppoſitus, ibid.

Femina quinquagenaria efficitur ſterilis, & an poſſit parere, ibid.

Homo poteſt generare cſto ſit 60. annorum, ibid.

Parlamento durante non poſſunt parlamẽtarij abſque licentia foris pernoctare, num. 168. nec inde exire, num. 169.

Parlamentarij poſtquam ſunt congregati, inſimul ibi debent deliberare, non autem alij hodie, alij cras, num. 170.

Parlamentarij id, quod faciunt ex maiori parte eorũ alijs præiudicãt, n. 171. & ſeq.

Bracchia tria in parlamento, ſiue maior pars præſentium de quolibet Bracchio, alijs minoribus præiudicant, num. 172.

Minores 14. annis feudatarij non poſſunt introire in parlamentum, niſi ex diſpenſatione, & de conſenſu colloquij, num. 173. aliter intrant Balij, num. ſeq.

Balij feudatariorum minorum 14. annorum intrant in parlamentis pro eis, nu. 174.

Conſiliarij Regij *non habentes feuda non intrant in parlamentum, ſed ſolum aſſociant Proregem, & ſuo ordine recipiuntur, num. 175. cum ſeqq.*

Porterij cameræ, ſiue Regiæ aulæ Palatij dicuntur, vſcerij, Hoſtiarij, Nomenculatores, Archiatri, & quomodo, ibidem.

Sacrum concilium conſiſtens in viginti ſeptem conſiliarijs an habeat locum in parlamento, & quando, & quomodo, num. 176.

Conſilarij ſolent aſſiſtere in ſolio Proregis cum capite coperto, & quomodo, ibid. cum ſeqq. & dicitur hoc magnus honor, num. 182.

Vicerex ſolet ſedere in ſollo & throno ſiue talamo cum conſiliarijs, & quibus, num. 177.

Conſiliarij Regij dicuntur pars corporis Principis, & ei inhærent ſicut ſtella in firmamento, & radij ſolis, num. 178.

Præſidentes tres, & Conſultor licet ſedeant in ſedijs, coram vicerege, an habeant locũ in parlamento, & quomodo, nu 1.79.

Conſultor Domini Viceregis, ſedere ſolet in ſedia coram eo, & quid in parlamento, & quomodo, ibid.

Titulati ſedent in ſedijs coram vicerege, & quomodo, num. 180. & dicuntur Conſiliarij, & præcedunt Præſides, num. 181.

Parlamento nullus poteſt aſſiſtere, & introire, niſi ſit feudatarius, & de tribus bracchijs, num. 183.

Vicerex ſi intrat in Achademiam tamquam academicus, an Magiſter ipſius Academiæ ſit ei inferior, num. 185.

Academiam ſi intrat Princeps vt academicus efficitur inferior, ibid.

Rex quilibet eſt in domo ſua, num. 186.

PARLAMENTI Regii materiam diffuſius tractabo in hoc capit. quod
1 & Comitia † generalia vocant Romani, vt poſuit Surgẽt. de Neapoli illuſtrat. cap. xi. num. 24. Guttierez de tutelis, Calixt. Cabed. Belluga, Borrellus, Nellus, Cagnol. & alii, de quib. per Dom. Maſtrill. Regium Conſiliarium, & Collegam meum eruditiſſimum

tiſſimum in ſuo pulchro tract. de Magi-
ſtrat. cap.15. de Regni Deputatis, lib. 5. par.
2. fol. 220. illuſtriſſ. Don Petrus Corſettus
Regens in ſupremo Conſilio in ſuo diſcur-
ſu ſuper vectigal. Meſſanenſi, fol. 2. lo. Roſc.
antiqu. Roman. cap. 10. lib. 6. & colligitur
ex Genealogia Capitulorum Regni ſub
Rege Iacobo. ibi) *publicis ac habitis comitiis;*
tom. 1. & per Ioann. Montaygne in tract.
de parlamentis, & collatione parlamen-
torum, tom. 16. tractatuum fol. meo 273. in
princ. Et quaſi a parlando, vel loquendo,
ſic dictum, ac ſi, Parium lamentum, quia,
vt ipſe ſubdit, num. 4. & 5. ita olim audiebant
pares Franciæ, qui querelas, & planctus
audiunt, ex Paul. de Caſtro conſ. 334. in
antiquis, Aegid. Belſamer. conſ. 1. argumen-
to illorum Parium Curiæ quos vidimus ſu-
pra in cap. 540. Regis Alphonſi, tom. 5. per
quos, ſicuti iudicabantur, & diffiniebantur
cauſæ feudales, ſic & per hos neceſſitates
Regni, & Regalia ſeruitia determinantur.
De iſto Parlamento memini in Conſuet.
Panhormi in proœm. nu. 3. vbi poſui quod
2 in eo inſtituendo † & in quod conuocan-
tur Prælati, & Eccleſiaſticæ perſonæ, Ba-
rones feudatarii, & vniuerſitates Regii
Demanii, & ſic tria Bracchia, nempe ec-
cleſiaſticum Militare, & demaniale, vt
per eundem Dom. Corſett. & alios vbi ſu-
prà, & per eundem Ioann. Montaygne in
d. tract. de Parlamentis, §. hoc præaſſum-
pto num. 1. qui dicit, quòd in hoc concur-
rit ſtatus Eccleſiaſticus, & ſecularis, & po-
nit tempus, in quo fuit inſtitutum, & in alia
Additione eiuſdem Boerii, ibi relata, quæ
ſubſequitur, vbi ab anno 1294. & ſic dein-
ceps, fuiſſe in Francia cōtinuatum ex Gugl.
Budæo, & aliis & apud nos à dicto Rege
Iacobo, anno 1287. vſque huc ſemper con-
tinuatis temporibus fuerunt ſequuta hæc
Parlamenta, vt habes in ipſa chronologia,
& in d. cap. 48. & ſic ſatis ante dicta parla-
menta Regum Franciæ; de quibus his tri-
bus bracchiis fuit cognitum, & diſpoſitum
per Imperatorem Federicum in quadam
conſtitutione antiqua, quæ non inuenitur
impreſſa in conſtitutionibus, ſed de ea me-
minit Affl. in conſtit. Regni Capitaneorũ
à nu. 7. vſque ad num. 10. tit. 41. de offic. Ca-
pitan. & ego inſero de verbo ad verbum
hic inferius ſub num. 12. in qua realiter tra-
ctando de hoc colloquio, ſunt conuocati,
Prælati, Comites, & Barones ac etiam vni-
uerſitates, vt ibi pulchrè, & ex cumulatis
infra in cap. 28. Regis Philippi II. in princ.
tom. 9. pro iuuamine Domini Regis argu-
mento illorum Bracchiorum reciprocè
3 † requiſitorum ad inuicem inter Iudices
Eccleſiaſticos, & temporales, de quibus la-
tè recordor ſcripſiſſe in cap. 1. Regis Fede-
rici à num. 8. vſque ad num. 22. tom. 2. Ang.
in l. 1. C. de Nili aggeribus rumpend. Pu-
teus de ſyndicat. verbo bracchium, Rolland.
conſ. 37. num. 19. lib. 1. Bouacili. in politica
cap. 13. num. 77. lib. 2. part. 1. eo quod con-
uocati eſſent Aequites, & nobiles, vt ibi per
eum. Nec monſtruoſum nobis videatur
4 de his tribus † bracchiis, quia denotatur
ex hoc fortitudo Regni, arg. illius Briaræi
Gigantis fortis, & robuſti, qui ſecundum
Poetas dicebatur filius Cæli, & terræ fin-
gente illum habuiſſe centum bracchia ex
Homero 1. Iliad. Virgil. 6. Aeneyd. conſi-
deratur etiam loci fertilitas, & amenitas,
5 & aëris conſeruatio ex Affl. in conſtit. lib.
2. fol. 160. & per ea, quę tetigi ſupra in cap.
136. Regis Federici verſic. vndecimum, d.
tom. 2. quia ex hoc ſolo dicitur locus frugi-
6 fer ex ſola illius amenitate † ſecundum
Boccacc. in tract. de cenſib. part. 2. num. 27.
& 100. l. ſi vſufructus, §. vſufructuarius, & l.
ſi fundi, ff. de vſufr. l. competit, ff. quod vi,
aut clam, pulchre Cencius in tract. de cen-
ſibus, art. 1. part. 1. cap. 3. quæſt. 2. num. 16. &
17. fol. 65. & per ea, quæ ſcripſi ſuper Bulla,
& Regia pragmat. fallentia xi. tom. 5. & in
ſumma in quo loco Dominis Proregibus
7 videbitur † poſſunt illud inſtituere, ſicuti
etiam videri poteſt ex prolatis à S. Pontifi-
ce in Bulla Sacroſancti Concilii Tridenti-
ni, vt diſponitur ſic inſtitutio loci, & ele-
ctio circa illud ſacroſanctum, & ęcumeni-
cum Parlamentum. Quemadmodum
etiam alibi viſum eſt quod Ludouicus Rex
Franciæ parlamentum voluit fieri in Ciui-
tate Grationopolitana vbi ipſe exiſtebat,
& de quo teſtatur Guid. Papæ deciſ. 43.
De anno Domini, qui ſubdit quòd nō cui-
libet Principi licitū eſt habere Parlamen-
tū, ſed tantūmodo ſuperiorē nō habētibus,
vt demōſtro inferius in verſ. declaro igi-
8 tur primo, quaſi ac Parlamentū † ſit actus
iudicialis quodammodo factus authoritate
ipſius Principis, vt videbimus infra, nu. 77.
cum aſſiſtentia ſui Proregis, vel Vicarii,
ſiue Legati, ac Nuciis à latere, & Procerū,
quia eſt cętus virorū generoſorū, & nobi-
lium, vt poſt Bellugam in ſpeculo Princi-
pum, fol. 4. per text. in cap. imperialem
cum ſimilibus citatis per Marin. Freccia
in tract. de ſubfeudis verſic. ſiue §. fuit du-
bitatum num. 19. fol. 14. col. 2. Ioann. Mon-
taygne in eod. tract. de parlamentis, num.
4. Sic ob hac cauſam videmus alias, & plu-
9 ries † & quaſi ordinariè poſtea facta hæc
Parlamenta in hac fælici vrbe Panhormi,
vt habes ſupra in proęmio Capitulorū Re-
gni eiuſdem Regis Iacobi, & in c. 48. tom. 1.
& in cap. 356. Regis Alphonſi, & cap. 408.
451. tom. 5. Maſtrill. vbi ſupra num. 8. qui fa-
cit mentionem de hoc capitulo, ſic videbi-
mus infra ſub Regibus Ferdinando, Caro-
lo, & Philippo II. tom. 7. 8. & 9. qui ſimiliter
hic Panhormi generales comitias, & col-
loquia, ſiue parlamenta celebrarunt, ideo-
que dixi, quaſi ordinariè, quia parlamenta
realiter debent eſſe ſtabilia, & non motó-
ria, vt dixit idem Ioann. Montaygne in d.
tract. de parlamentis verſic. ſecundo facit
ſtabilitas, à ſimili eorum, quæ de S. Pontif.
ſcripſi ſupra in cap. præcedenti, num. 3. Sic
quandoque in Vrbe Meſſanę, vt in cap. 86.
Regis Federici, tom. 2. Cataniæ, poſt capit.
31. Regis Martini, tom. 3. Syracuſis, vt in
cap. 251. Regis Alphonſi, verſic. item Ca-
ſtellani,

Digitized by Google

ſtellani. ibi (*in generali parlamento Syracuſa-*
no) d.tom.5. in Ciuitate Placiæ, vt in cap.
36.eiuſdē Regis Federici eod. tom.2. & ita
de hac Ciuitate Placię, vt in ea ſactū ſit col-
loquium, meminit Affl. in conſtit. Regni,
Capitaneorum, ſub num. 7. tit. 41. de offic.
Capitaneorum, *lib.*1. vbi etiam facit men-
tionem de Lentino in quib. locis dicit ip-
ſe Affl. erat decretum per Imperatorem
Fidericum, vt fierent colloquia in hoc Re-
gno & ita ait Ferdinād. Boniorn. hic anti-
quus Gloſſator non obſtante quòd dicat
non inueniſſe in libro ſuo dictam conſtitu-
tionem, & meritò, quia ipſe allegat conſtit.
Capitaneum, quæ nec eſt in libro meo, ſed
Capitaneorum, ſic, & in Ciuitate, ſiue olim
terra Caſtri Ioannis prout ſupra in cap. 1.
hoc tom. 6. Nec mirandum eſt, quòd in his
aliis Ciuitatibus ſit celebratum, ac detem-
10 ptum dictum parlamentum † quia ſic Illu-
ſtriſſimis Viceregibus viſum fuit, vt tetigi
ſupra, num. 7. & fortaſſis cum maxima con-
ſideratione ſecundum varietatem, & di-
ſpoſitionem temporum, ne ſcilicet vexarē-
tur vaſſalli in expenſis, & in itineribus, pro
illis vicibus, vt enim ait Affl. in conſtit. Re-
gni, Iuſtitiarii, nu 6. tit. qualiter Iuſtitiarii,
&c. lib. 1. quando aguntur cauſæ inter ſub-
ditos Regis, debent officiales, quantò mi-
nus poſſunt ipſos vaſſallos damnificare, ne
vocentur ad loca nimis diſtantia, vt de ſer-
uitio militari recordor ſcripſiſſe in cap. 29.
eiuſdem Regis Federici, verſic. declara ſe-
cundo, d. tom. 2. ita iſto caſu.

Hoc autem verbum, Parlamentum, vl-
tra, ea, quæ de comitiis, & aliis vidimus ſu-
11 pra num. 1. tantum ſonat † ac ſi concilium,
ex his, quæ dicam infra in cap. 64. ita de pri
mo ad ſecundum fecit tranſitum Rex ipſe
Franciſco quia nomen dicti concilii mu-
tauit in parlamentum, vt teſtatur idem-
met Guid. Papæ deciſ. 554. In camera, an-
tea. n. alii Reges concilium ſemper voca-
uerunt, & inſtituerunt, prout fecit Hum-
bertus, latè idem Ioann. Montaygne in
eod. tract. de parlamentis, & collatione
parlamentorum, in princ. d. tom. 16. vbi
ſic apud vltramontanos congregationem,
parlamentum vocant, cap. decet domum
verſic. ceſſent, vbi gloſſ. in verbo, parla-
menta, de immun. eccleſ. lib. 6. Io. de Platea
in l. ſi quid ordinariū, C. de leg. lib. 10. quia,
vbi ſuper aliquo oportet prouideri pro vti-
litate totius Prouinciæ, Prorex facit con-
gregare generale concilium. ſynodum, vt
hic, ſiue parlamentum, vt dictum eſt, (quā-
uis quoad ſynodum ſit circa ſpiritualia, vt
in ſua materia habetis infr. in c. x. Reg. Phi-
lippi II. tom. 9.) & ſuper dubiis præpoſitis,
ſanum & vtile concilium exhibetur, vt ex
Marian. Soccin. conſ. 12. quæſt. 4. vol. 1. vel
cætus ſecundum morem Romanorum,
tempore enim, quo agebantur cauſæ, con-
ueniebant in vnum, & communi intentio-
ne tractabant, vt ait idem Montaygne, d.
num. 2. ſiue colloquium, argumento illo-
rum centum viralium, quorum meminit
idem Montaygne, in verſic. adde quòd,
in quo refertur quedā Additio Nicolai Boe-
rii, per text. in l. fin. C. de petit. hæredit. vbi
gloſſ. & Cyn. & in l. qui repudiantis, & ibi
etiam alia gloſſ. & DC. ff. de inoffic. teſtam.
l. maximum vitium, vbi adhuc gloſſ. C. de-
liber. præterit. Bart. in rubr. de Senatorib.
Archidiacon. Cardin. Alexandrin. & alii,
de quibus per eundem Montaygne, ſiue
Additionem Boerii modo citatam. Et tan-
dem tantum eſt dicere Parlamentum, ac ſi
generalis Curia, vt habes ſupra in cap. 3.
Regis Federici d. tom. 2. & de quo decla-
rabo paulo infra, & ita in puncto quòd par-
lametum vocetur Curia, dixit idem Ioann.
Montaygne in d. tract. de parlamento ſiue
ſit Additio Nicolai Boerii d. num. 5. eſto
ipſa Curia ſit verbum æquiuocum & mul-
tipliciter ſumatur, vt ibi per eos, per text.
in l. penult. ff. de iuſtit. & iure, l. 2. ff. de ori-
gin. iur. Oldrad. conſ. 212. Soccin. Senior
conſ. 86. col. 2. vol. 1. Alberic. de Roſat. Hu-
golin. Laurent. Archidiac. Cardinal. Ale-
xandrin. Luc. de Penna, Abb. Fælin. & cæ-
12 teri. Quæ Parlamenta † licet ſoleant in
hoc fieri de triennio in trienium, video ta-
men poſſe, quando placuerit Illuſtriſſimis
viceregibus, facere, prout poteris videre
ſupr. in c. 450. Regis Alphonſi, tom. 5. vbi ſit
mentio de alio parlamento generali tran-
ſacto diebus proximè præteritis & appa-
ret in ſecundis capitulis per Regnum im-
petratis 8. menſis Aprilis 14. indicionis
1451. & illa alia tertia capitularia erant
impetrata in alio colloquio 12. menſis Au-
guſti xv. Indictionis 1452. & voluit Ioann.
Franc. de Ponte deciſ. 3. ſub num. 14. qui di-
cit, quòd licèt ſingulis quibuſque tribus an-
nis vocentur Parlamentarii per litteras
Regias tranſmiſſas ad ſuum Proregem, &
ſentit Maſtrill. d. cap. 15. num. 33. & 34. ta-
men in Regno Neapolis, ſubdit, quòd par-
lamentum ſit ſingulis duobus annis. Valen
zuel. conſ. 99 num. 57. Freccia, Capiblanc.
Petr. de Gregor. Siculus, Belluga, Cumian.
& Cappell. Tholoſan. de quib. per ipſum
Maſtrill. d. cap. 15. in princ. lib. 2. & argu-
mento eorum, quæ ſcripſit alter Petr. de
Gregor. Tholoſan in republ. cap. 5. num.
2. lib. 24. vbi quòd hę conuentiones. & par
lamenta frequentiores eſſe deberent habi-
to reſpectu ad illas morū reformationes,
& vitiorum Reipublicæ, ac Nobilium
quandoque ſuperbiam, qua ſubditi oppri-
muntur, & ita obſeruabatur tempore ip-
ſius Regis Federici, vt habes in d. cap. 3. vbi
in effectu quolibet anno in die Omnium
Sanctorum volebat Rex, vt in hoc Regno
celebraretur generalis Curia, in qua adeſ-
ſent Comites, Barones, & Syndici vniuer-
ſitatum, & alii in hoc opportuni tam pro
exaltatione Regia, quàm pro puniēdis ne-
gligentiis defectibus, ac peccatis omnium,
& iterum ſit mentio per eundem Affl. in
d. conſtit. Capitaneorum, ſub num. 7. vſque
ad num. 10. vbi refert de verbo ad verbum
quandam Conſtitutionem antiquam eiuſ-
dē Imperatoris Federici, quę vt ipſe loqui-
tur Affl. refert, dicit quòd nō fuit impreſſa

D 2 tunc

tunc in modernis conſtitutionibus, & miratur, ac conqueritur valde de hoc, quod non fuit tam bonus ordo ſeruatus, ſed ipſe tamquam vtilem inſerit, & ego quoque ponam de verbo ad verbum eius tenorem. (Imperator Federicus. Et ſi generalis cura nos aduocet circa multorum regimina populorum, qui Romani ſceptra Imperii, aliorumque regnorum, diſpenſante domino, moderamur, ad diſpenſationem tamen tranquilli ſtatus hæreditarii regni noſtri Siciliæ, culmen noſtrum præcipua ſolicitudo conuertit, vt qui præſentes vbique locorum eſſe non poſſumus, noſtrorum prouiſuri quieto ſtatui ſubiectorum, conuocatis fidelibus noſtris Siciliæ, in ſollemni colloquio apud Leatinum neceſſariò vidimus ſtatuendum, de corrigendis, & compeſcēdis exceſſibus, qui per Officiales noſtros, vel ob eorum fauorem, abſentiæ noſtræ occaſione attentata, quodammodo licitè, ac liberè committantur, vt per hoc aſpera conuertantur in plana, & populis, qui diuerſis motibus hactenus vagabantur, amodo circa deuotionis, ac debitæ fidei cōſtantiam recto tramite dirigantur. Ideoque ſollemnes Curias indiximus per ſingulas prouincias regni noſtri de cætero annuatim, prout in ſequenti diſtinctè, & perfectè legeris, celebrandas. bis in anno debet Curia congregari per diuerſas partes Regni, videlicet in Sicilia apud Placiam, in Calabria terra Giordanis, & vallis Crathis apud Coſentiam, in Apulia Capitanata, Baſilicata, apud Grauinam, in principatu terræ laboris, & in Comitatu Moliſii vſque ad Soram, apud Salernum, in iuſtitiatu Aprutii apud Sulmonam. Tempus autem quando Curiæ ſunt celebrandæ, eſt in Calendis Maii, & in Calendis Nouembris. De qualibet magna Ciuitate debent eſſe in eiſdē pro parte vniuerſitatis, quatuor viri de melioribus terræ, bonæ fidei, & bonę opinionis, & qui non ſint de parte. De aliis vero non magnis, & Caſtellis, debent duo etiam in hac Curia intereſſe Prælati, niſi certam excuſationem habeant quòd intereſſe non poſſunt, & hanc excuſationem mittent per honorabiles perſonas, & de maioribus, & melioribus Eccleſiarum ſuarum, qui intererunt loco ſui. Comites etiā, & Barones locorum debent huic Curiæ intereſſe, & durabit Curia per duos dies, vel ſi nō poterunt intra dies ipſos expediri negotia, prorogabitur vſque ad quindecim. In hac Curia liberum erit cuilibet tam Clerico, quàm laico proponere grauamina, quæ ſubſtinuerunt, tam à Iuſtitiario prouinciæ, quam ab omnibus aliis officialibus: liberum etiam erit cuicumque conqueri de damnis, & iniuriis, & quocumque alio exceſſu in perſona, & bonis ſuis commiſſis. In hac Curia erit nuntius ſpecialiter de latere noſtro tranſmiſſus, cum iuſtitiario locorum, iſte nūtius ſcribat omnes clamores propoſitos contra magiſtros iuſtitiarios, ſecretos magiſtros Cameræ, & cæteros officiales, ſuper quibus aſſumptis ſibi duobus Prælatis, ſi ibi ſunt vel loco eorum, duobus viris ſecularibus, quos ad hoc viderit magis idoneos, inquiſitionē faciet diligēnter, & mictet eam ad Curiam noſtram, tam ſuo, quam prædictorum quattuor ſigillis ſigillatam, & noſtræ præſentabitur maieſtati. Clamores autem factos contra alios officiales decidat iuſtitiarius. Prælati vero, vel viri eccleſiaſtici, qui loco Prælatorum interuenerint, denunciabunt in hac curia, ſi qui ſunt in eorum prouinciis pactareni, vel aliqui de hæretica prauitate ſuſpecti, vt eos debita ſeueritas, vel puniat, vel caſtiget. Præſenti igitur noſtræ conſtitutionis edicto vniuerſis tam officialibus, quàm cæteris de Regno noſtro damus firmiter in mandatis, ſub obtentu gratiæ noſtræ, firmiter ſingulis iniungentes, quatenus magiſtri iuſtitiarii, magiſtri cameræ, baiuli, & alii officiales noſtri. Prælati, Comites, & Barones, ciues, & aliorum locorum habitantes, quilibet in Prouincia ſua tēpore, & loco præfixo iuxta tenorem ſcripturæ conſtitutionis noſtræ conueniant, in præſentia Legati noſtri, qui ſpecialiter ex noſtro tranſmiſſus latere loco, & vice noſtri in eadem Curia reſidebit, ſuper vniuerſis, & ſingulis quæ conſtitutio noſtra continet proceſſurus, vt nec in officialibus negligentia nec in aliquibus poſſit inobedientia reprehendi, maximè cum in ſingulis huiuſmodi animaduerſione puniri debitè ſancimus,) hęc ille, quamuis tamen realiter hodie non eſt ſic, quia in parlamentis ſolum de gratiis agitur, vt infra videbimus, & ſapit potius de viſita generali, & de d. ſynodo ſpectante quoad peccata ad Eccleſiaſticos, & ſatis eſt nobis de prędicto triennio, & ita mos eſt, ob multa incommoda, quæ oriri poſſent, eſt verum quòd quoties Rex vellet, vt parlamentum extraordinarium congregaretur; poſſet, vt habes in pragm. vnica, tit. 8. Officiales Regii ne poſtulent, to. 1. dictarum pragmaticarum.

AMPLIO primo, vt omnes Parlamentarii cōuocati ad hoc generale colloquiū
13 venire teneantur † vt per Plateam in l. vnica, nu. 12 C. de conduct. & procur. &c. lib. 10. Belluga in Specul. Princip. rubr. 4. Seſſe Aragoni. de inhibit. iuſtit. capit. 5. §. 4 & per d. conſtit. Imperatoris non impreſſam de qua vidimus inſertum tenorem ſupra num. 12. Maſtrill. d. capit. 4. de Regni Deputatis, num. 35. loco citato cum ſeqq. ita vt ex iſta conuocatione facta ad generale prædictum colloquium, poſſint conuocati non venien-
14 tes mulctari † & caſtigari, tamquam non obedientes iuſſioni Principis, loquor præter Prælatos, vt infra ampl. 3. quia fruſtra eſſet vocatio, prout Iam eſt de vſu, vt fiat, vt videbimus infra, in verſic. declaro igitur, primo, & non venire, ſecundū Bald. in l. 1. C. de alb. ſcribend. DD. in l. 2. C. de Decurion. lib. 10. l. 1. C. de Conſulib. lib. 12. Innoc. in cap, 1, de maior. & obedient. Bart. in repet. l. omnes populi, num. 16. vbi Oroſcius, col, 58. ff. de iuſtit. & iur. Abb. in cap. in cau-

in cauſæ,de election.Piſa, Gemma, Gam-
ma,Azeued.Auil.Gregorius,Cuchus,Con-
rad.de quibus per Bouadill.in politica, lib.
3.cap.7.tit.del gouierno del ayuntamiento
ſub num. 11. vbi dicit, quod tunc non poſ-
ſunt mulctari non venientes, quando offi-
cialis antiquior, deficiente Regitore, con-
uocaret, & non venirent, & propterea
15 qui ſunt vocati, & non veniunt † dicun-
tur contumaces, prout ſentit hoc idem
Illuſtriſs. Regens D. Petr.Corſett. in d. ſuo
diſcurſu,ſuper vectigalibus Vrbis Meſſanę,
fol.4.vbi loquitur de ea,quæ prætendebat
primum locum in Parlamento iuxta for-
mam ipſius Meſſanæ priuilegiorum, quia
prætendit eſſe primam Sedem Regni, ſed
eſt prætenſio,ex quo legimus,quòd prima
16 Sedes,& Regni caput eſt Vrbs hæc † Pa-
normi,Fazellus decad.1.lib.8.& alii de reb.
Siculis, quę ob id mētio apud latinos ſtatio
vocatur vt in ordine ſeſſionis apparet, &
in pręcedētiis,vt infr.ex his,quę vidimus in
Cōmentar.Conſuet.cap.xi.nu.5. & in cap.
8.Regis Martini,num.7.tom.3. iam.n. Sy-
racuſarum Ciuitas hoc modo dicebatur
caput Regni Siciliæ, vt videbimus infra in
cap.84.ſub verſ.quo vero & facit id, quod
ait Cæpoll. cautel. 29. vbi quòd in vocibus
habet locum ius electionis, ſiue morte pri
uatione,& ſuſpēſione,ideoque inſert, quòd
17 qui noluerunt congregari † poſſunt eorū
voces ſuſpendi,& priuari, & ſic non erunt
de numero electorum, ſi ſint ſuſpenſi, v.g.
ob dictam contumaciam, per cap. ex litte-
ris,de conſtit.l.ſi legatario, §.1. ff. de fidei-
commiſſar. libert. vnde ſubdit ipſe poteſt
facere Rector ſcholarium, vt ſi duæ partes
nolunt congregari, priuet contumaces,
18 † & tunc voces eorum erunt penes alios
vt poſui in reformat.ſtudiorum Clariſſimę
Ciuitatis Cathaniæ,tit.de iuriſdicione Re-
ctoris,quia iſta eſt priuatio,non translatio,
& conſequenter Rector ipſe facta vniuer-
ſitatis expediet,ex Bald.in l. vnica, quæſt.
vlt.C.quando non petent part.& per ea,
quæ poſt Montanar. in d. pragmat. 2. Re-
gni Neapolis,tit.de admin.vniuerſit. num.
190.dicam infra in d.cap. 64. in 8. declara-
tione,vbi quòd ſi vocati non veniunt, po-
teſt parlamentum concludi per alios in
parlamento exiſtentes, qui non fuerunt
contumaces in veniendo.

AMPLIO ſecundo, vt poſtquam ſint
cōuocati, ac collegialiter coadunati iuxta
textum Regni ſupra in cap. 418. Regis Al-
phonſi,tom.5.liceat Dominis Parlamenta-
19 riis † præponere petitiones pro vtilitate
ipſius Regni iuxta ea,quæ videbimus infra
in cap.28.Regis Philippi II. tom.9. in illis
verſiculis ibi notatis à verſ. & quoniam
& pro ſeruitio Regiæ Maieſtatis, nempe
quia tractari poſſunt ea, quę reſpiciūt alie-
nationes rerum Demanialium, vt exem-
plificaui ſupra in cap. 9. Regis Iacobi, ſub
verſ.tamē tom. 1. per illa tria bracchia, de
quib. ibidem in eod. cap.28.Regis Philippi,
& per ea,quæ ſcripſit Marin. Freccia in
d.tract.de ſubſeudis,verſic. fuit dubitatum,
num.17.vbi inter alia dicit fuiſſe factum
Parlamentum, vt feudatarii honorentur à
Rege,& ſciant quæ Rex intendit tractare,
20 & proponere nā † proponit primo Dom.
Prorex, & poſtea inſequentib. diebus re-
ſpondent conuocati vt ſentit etiam Ma-
ſtrill.d.cap.15. d.num. 8. & ſeqq. & ſi quid
fortè proponitur, tractatur, & diſcutitur
quoad ipſorum intereſſe, vel damnum verti-
tur,opponant,contradicant.proteſtentur,
ac diſſentiant, & ex traditis infra in ſepti-
ma declaratione,vbi non indignatur Prin-
ceps audire eum,qui verum dicat, ¶ Item
21 quia poſſunt eadem tria bracchia † ſuppli-
cationem porrigere Regi,quo adea, quæ
adhuc pro vtilitate,& ſeruitio eiuſdem Re
gni naſcuntur,etiam pro gratiis obtinendis
vt dixi in d.cap.28.verſic.ſecundo exempli
ficatur,& diſponitur ſupra in cap.484 dicti
Reg.Alphonſ. eod.10.5 vbi petitur relaxa-
22 tio † iurium præteritarum pecuniarum
non exactarum, nec inburſatarum, vt ha-
bemus etiam ſupra in cap.7. etiam ſi talia
iura eſſent pro iuribus coronationum,
maritagii, & ſimilium Regalium, tam vi-
gore pragmaticarum & aliarum conſtitu-
tionum Regni quàm etiam pro collectis
impoſitis nō exactis,nec penes collectores
peruentis, & ſic ibi eſt pulcher caſus,quod
Rex non facit gratiam, nec relaxat pecu-
nias iam exactas,ſed exigendas ſic, argum.
eorum, quæ dixi de indulto in d. tom. 9.
cap.7. verſ. declara,vt quo ad remiſſiones.
¶ Sicuti etiam poſſunt tractare de donati-
uis,ſiue collectis,quæ idem ſunt vt dicam
23 inferius ſub num.25. † vt in d.cap.8. & 28.
Regis Philippi II. poſui verſic. tertio, &c.
& in cap. 401. Regis Alphonſi, ſub verſic.
tertio cum ibi concordantib.citatis,& pul-
chre per Marin.Freccia in d.tract. de ſub-
feudis lib.1. in eod. §.ſeu verſ.Fuit dubitatu
fol.15.num.20. & 21. qui dicit quòd cùm
in parlamentis tractetur de donis faciendis
Regi, vel ſubuentione ſibi præſtanda ex
aliqua cauſa,vel diſtributione alicuius one-
ris pecuniarii, hac de cauſa ſubdit ipſe
fit hęc cōuocatio illorum trium bracchio-
rū & debent adeſſe, quia de eorū intereſſe
tractatur,& ſic aut conſentiant,aut cōtra-
dicant, vt pono infra in ead. ſeptima de-
claratione,vel vt ipſi non ſoluant, quia di-
cerent non teneri, vel vt minus ſoluant,
vel,vt citeriori tempore ſoluant, aut alii,
qui dicunt ſe exemptos,contribuant in to-
to,vel in parte, & prout infra pono num.
26.per text. in l. in concedendo, ff.de aqu.
plu.arc.& ibi gloſſ.& in cap.fin. de maior.
& obedient. Innoc. Io. Andr. Bartholo-
mæus Conſalinus, & alii,de quib. per ipsū
Frecciam concludentes, quòd quando ali-
quod charitatiuum ſubſidium eſt facien-
dum,omnes debent vocari, quia de omniū
intereſſe agitur, vt ſuis locis dixi ſupr.to.1.
c.1.vſque ad c.8.ex DD.qui cōcludut quòd
adiutoria,& ſeruitia omnia, quæ præſtan-
tur a vaſſallis Domino, appellantur ado-
hamenta,& fiunt in parlamentis, vt ibi per
eos. In qua materia donatiuorum obla-
torum

24 torum † per dicta tria bracchia totum Re-
gnum rappreſentantia, & obligantia om-
nes perſonas de Regno, vt ſubdam inferius
ibi, in ſumma, &c. nu. 59. ſolent quandoque
per Regnum fieri aliqua pacta cum ipſis
Regibus, quibus oblatio fit, qui, vel conce-
dunt, vel denegant multoties, quando præ-
ſertim petitiones aliquæ quandoque ſunt
impertinentes, & aliquoties iuſtæ, ac ra-
tionabiles, hinc legimus, quòd cum alias
in cap. Regni 536. eiuſdem Regis Alphonſi
eſſet facta ſupplicatio Regi, vt in taxis, col-
lectis, & donatiuis cõcernẽtibus prędictũ
bracchium eccleſiaſticum, taxæ ipſæ de-
berent fieri per ipſum Bracchium Eccle-
ſiaſticum, & non per alias perſonas, nec
per alios Deputatos, decretatio fuit ſequu-
tæ, vt ſeruetur, prout hactenus, quaſi quòd
non; quia iam vidimus in d. cap. Regni 54.
Regis Martini, num. 97. quòd hoc eſt offi-
25 cium ipſorum Deputatorum omniũ † qui
ſunt duodecim vt in multis locis ſcripſi, &
ſerio ponam infra in cap. 101. præciſè in
verſic. ſecundo, omneſque debent facere
taxam cum Illuſtriſſ. D. Prorege, & Ma-
giſtris Rationalibus, vt in cap. 513. eiuſdem
Regis Alph. Sicuti nec fuit condeſcens illa
alia petitio facta per iddem Regnum in
alio cap. 537. eiuſdem Regis Alph. de ſu-
perſedendo in aliis exactionibus donatiuo-
rum, & collectarum, iam enim vnum, &
idem ſunt vide ſupra in cap. 7. in textu pro
pe medium ibi (*baptizarunt*) durante
donatiuo nouiter facto, quoad prędictum
Bracchium Eccleſiaſticum, & ob id Rex
ipſe adhuc decretauit, quòd non conuenit,
& non procedit, ſi voluiſſet Rex, potuiſſet
ſiquidem concedere, nedum ſuperſeſſoriã,
ſed etiam remiſſoriam, vt in d. cap. 54. Re-
gis Martini vidimus num. 94. cum ibi cita-
tis, non faciendo aliquam perſonarum ex-
ceptionem in hoc, prout in d. num. 97. vbi
Rex vult, vt omnes ſoluant, tam Eccleſia-
ſticum quoties volens ab initio concurre-
ret, habita licentia S. Pontif. iuxta formam
infraſcriptorum Regni Capitulorum, &
ſentit expreſsè Maſtrill. in d. cap. 15. num.
38. ex Ferald. de iuribus Franciæ, num. 14.
Vlcur. de regimin. mundi quæſt. 2. princ.
26 num. 88. † quam militare, & Demaniale
bracchium, nemine exempto, neque ex-
ceptuato, prout tetigi ſuperius, ſub nu. 23.
& vbi, & quoties vult, dicit expreſsè.
27 † Et licet prima facie quantitas deficiens,
puta ob paupertatem, vel ſoluendi impo-
tentiam videretur, vt non poſſit reliquis
28 onerari † vt in puncto videtur tenere ipſe
Valenzuel. d. conſ. 99. num. 40. per l. pen. C.
de ann. & tribut. lib. x. l. legatorum, ff. de
legat. 3. l. fin. C. depoſiti cum multis aliis
pulchris textib. ad propoſitum per eum
adductis poſt Feſtaſ. Thob. Nonium, Ruyn.
Caſſiodor. Aluarot. & alios & eſt text. ni
fallor Regni 508. Reg. Alphonſ. eod. tom. 5.
qui licet videatur totum cõtrarium deter-
minare, dum ibi petebatur, vt deduceretur
29 de portione † aliorum Bracchiorum, ibi
(*in diſcarrico dell'altri doi bracchy*) & Sacra
Sua Maieſtas noluit, ſtante quòd oblatio il-
lorum ducatorum tunc oblatorum ad ſe-
xaginta millia erat liberè facta per totum
Regnum, & ſic ſenſerit, quòd defectus, &
deficientia minus ideoneorum poſſit one-
30 rari, & diuidi inter eos † qui in meliori
ſtatu, & ſufficientia reperiuntur, vt poſt
text. in l. 1. C. de omni agr. deſert. lib. xi. l.
omne territorium, C. de cenſib. & cenſitor.
eod. lib. Luc. de Penna, Ant. Capic. Io. Frãc.
de Ponte, Aegid. Thomat. Thob. Nonius,
cum aliis apportatis per ipſum Valenzuel.
num. 41. & 42. qui concludit, quòd vbi agi-
tur de publico debito cõuento inter Prin-
cipem, & ſubditos pro certis prædiis, vel
generaliter pro toto territorio, tunc por-
tio deficientium grauat alios, & ſi aliqui
deſunt, diuiditur onus ſuper toto territo-
31 rio, idemque eſt, quando aliquæ † vni-
uerſitates eſſent pauperes, & inexigibiles,
nam aliæ ditiores pro eis conueniuntur, ex
gl. ſſ. Bart. & cæteris in l. 2. C. de apoch. pu-
blic. lib. x. & ita poſt eundem Luc. de Pẽn.
& Dom. de S. Georgio Maſtrill. in d. cap.
15. de Regni deputatis d. lib. 5. part. 2. num.
10. 11. 12. vbi facit mentionem de d. cap. Re-
gis Alph. ſuperius citato, licet non citet ex-
preſsè. Et quamuis idem Dom. Valenzuela
num. 43. cum ſeqq. videatur determinare
contrarium, vbi quòd ad hunc effectum
fiunt illa cataſta, reuela, & deſcriptio, ap-
32 pretia † numeratio, & regiſtra bonorum,
de quibus latè loquor infra in cap. 67. pro-
pè medium cu ibi citatis ad d. cap. 8. Regis
Philippi II. tom. 9. ad effectum, vt ſciantur
commoda, & incommoda vaſſallorum
& ne grauentur vaſſalli, ſed fiant dedu-
ctiones, iuxta etiam tradita infra in cap.
71. verſic. quid autem, vbi pulchrè omnino
in propoſito multa apporto, ſubdit .n. ipſe
Valenzuel. num. 48. quòd non conuenit
Regis ſeruitio, neque publico bono Regni,
vt neceſſitas illud efficiat, vt vniuerſitates
oppida, & loca Regni impotentes, & at-
tenuatæ, quæ non valent reſidua ſoluere,
33 † deſerantur, & totaliter depopulatæ re-
maneant, vt vulnus ſit inſanabile, per l. 3. §.
præſens, ff. de muner. & honorib. orna-
mentum enim Principis eſt ob ciues ſerua-
tos, ex Vinc. de Franchis deciſ. 2. Plutarch.
tom. 1. moraliũ, in quæſt. Roman. 92. Gell.
lib. 5. Noct. Atticar. cap. 6. Claudian. Aſin.
Alex. ab Alexandr. Petrin. Bellin. Anton.
Auguſtin. Iuſto, Lypſio, Roman. Camill. Bor
relli. Barbat. Azeued. & ſimilibus; Carrocc.
de locat. & conduct. part. 3. tit. de remiſſ.
merced. nu. 26. Io. Bapt. Coſta, de portion.
34 rat. quæſt. x. num. 7. quia † quanto ditiores
& locupletes vaſſallos, & in numero co-
pioſo habet Rex, eo magis maior eſt, vt ex
Aſſl. & Luc. de Penna, ſcripſi in proœm.
Capitulorum Regni Regis Federici, num.
40. 41. cum ſeqq. tom. 2. & in d. cap. 54. Re-
gis Martini, num. 25. tom. 3. Capoblanc. in
pragmat. 3. de Baronib. num. 47. Conſtant.
Clorus, Ceuallos Xenophon, Marin. Frec-
cia, Marc. Ant. Surgent. Matthienz. Deciã.
Hyeron. Fracchett. & poſt aliquas leges
Hyſpa-

Digitized by Google

Hyſpaniæ, & iura communia ſic ſubiun-
xit ipſe Valenzuel.d.conſ.99. num.49. vbi
35 alioquin,ſubdit, Rex mendicorum † poſ-
ſet appellari, & vaſſalli ſe pauperes,& im-
potentes ſentientes,in quiete non viuerēt,
& aliqua machinari poſſent, exemplo
Roboam 3. Regum cap. 12. Mambri in. Roſ-
ſell. Plutarch. & ſimilib. per ipſum Valen-
36 zuel. Sicuti † ecōuerſo intereſt ipſis vaſſal-
lis,& lętantur habere Regem locupletem,
& potētem, vt ſuis locis dixi & per Caſſio-
dor. lib. 1. variar. Epiſt. Epiſtol. 19. qui dicit
quòd periculoſa res eſt in imperante te-
nuitas, Archidiac. Afſl. a Valle, Tacit. &
Lipſius,de quib. per ipſum Valenzuel. nu.
23. 24. 25. 26. cum toto hoc ipſemet paulo
infra videtur concludere, vt deficientia
37 aliorum,licet debeat eſſe riſico fiſci † & nō
aliorum, tamen pro neceſſitate Regii Pa-
trimonii augeatur, & accreſcat aliis vni-
uerſitatibus auctis, & facultoſis, & num.
50. & ſeq. vbi quicquid ſit, dicit quòd non
debeat conſiderari intereſſe, quod patitur
ſua Maieſtas, ob non ſolutionem reſiduo-
rum, quia hoc non eſt in obligatione aliarū
terrarum,& vniuerſitatum, in hoc dico, vt
vtinam Parlamentarii regerētur ſecundū
dictū c. 7. ſupra, & ob id nu. 70. cum ſeqq.
cōcludit debere cadere in damnum ipſius
Fiſci Regii per gloſſ. fin. in l. omnes, C. de
annon. & tribut. lib. 10. l. vnica §. inopes, ff.
de munerib. & honor. c. conqueſtus, de cē-
ſib. Sicuti in alio cap. 539. eiuſdemmet Re-
38 gis Alphonſi fecit pactum † & oblationem
acceptauit, cum hoc, vt illud donatiuum
exigi debuiſſet poſt omnes collectas impo-
ſitas finitas. Prout etiam iniuit pactum
39 † per aliud cap. 538. ipſiusmet Regis, vt il-
lius donatiui oblatio intelligeretur perſo-
nalis, & non tranſitoria ad hæredes, vt, ſi
v. g. Rex deceſſiſſet, illud donatiuum non
tranſiret ad eius ſucceſſores, realiter illud
fuit rigoroſum pactum, quia licet in do-
natione poſſint quæuis pacta apponi, vt
vidimus in deciſ. 57. nu. 27. & etiam dona-
tio facta patri, & filiis, eiuſque hæredibus
40 intelligatur ſucceſſiua † ita vt prius habue-
rit eff. ctum in perſona patris, & mox in
perſonas filiorum; ex adductis poſt Bald.
Dec. & Paul. de Caſtro in cap. ſi aliquem,
quod eſt cap. Regni 33. Regis Iacobi, vbi
ſcripſi num. 201. tom. 1. ſub verſic. quoniam,
tamen non ob id intelligere intendo, vt ſi
non habuerit fortaſſe effectum in perſona
patris, quod ceſſet in perſonis filiorum,
nequaquam, ſed hoc nego, & donatio erit
etiam acquiſita ſuo tempore filiis, do ratio-
nem nam verum eſt, quòd eſt ſucceſſiua
donatio, vt ibidem, & addo eundem Dec.
conſ. 239. num. 4. per l. liberum, ff. de verb.
ſignif. l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de iniuſ. voc.
l. liberos ſenatorum, ff. de ſenator. l. fin. C.
de verbor. ſignif. l. cum ita, §. in fideicom-
miſſo, ff. delegat. ii. Angel. conſ. 39. & ſeq.
Aret. in l. gallus, §. quidam rectè, ff. deliber.
& poſth. Alex. Bartol. Anchar. Corn. &
alii per eundem Decium, tamen ipſe ſub-
dit quod quoties inſtrumentum v. g. ipſius
donationis copulatiue loquitur, quia tunc,
adueniente tempore, quo venit locus in
perſonas filiorum, v. g. illo mortuo, verifi-
catur in illis donatio, maximè ſi qualitates
adimplerent, vt quia eſſent hæredes, ſic
ſubdit ipſe Dec. d. conſ. 239. ſub d. num. 4. ex
Bart. in l. iuſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. li-
bert. Alex. Iacob. de Aluarott. Andr. de
Iſern. & alii, & licet realiter reprobetur
ibidem Dec. tamen ideo eſt, quia ipſe te-
nuit in fortiori caſu, vt nempe admittatur
filii, etiam viuente patre, & ſit eis ius acqui-
ſitum, arg. l. quoties C. de donat. quæ ſub
modo vbi de noſtratibus Io. Franc. Prouin
zalis, Guid. Pap. quæſt. 512. Corn. conſ. 1-3.
lib. 2. littera S. Bertrand. conſ. 276. lib. 1. Ri-
pa in l. fin. quæſt. 37. C. de reuoc. donat. Al-
ciat. in l. traditionibus, C. de pact. Tiraquel.
in tract. de conſtit. poſſeſſ. part. 2. Alex. cō-
ſil. 9. lib. 1. Tanto magis quia illud dicere,
quod donatiuum factum Regi, non intelli-
gatur factum eius ſucceſſori, non videtur
ſic abſolutè procedere argumentum, ete-
41 nim licet donatiuum † dicatur à donando,
tamen vaſſalli coguntur illo modo donare
pro adiutorio prædicto, vt poſui ſupra in
d. cap. 401. num. 9. Regis eiuſdem Alphonſi,
Franc. de Pont. Bald. Afſl. Io. Andr. & Frec
cia, de quib. per ipſum Maſtrill. d. cap. 15. a
num. 30. cum ſeqq. vbi ſimulatè dicitur do-
natiuum, ex quo de neceſſitate ſingulis ter-
ris annis fiet, vt vidimus in princ. ideoque
impoſitio dici dederet ex Petr. de Gregor.
Bolognett. Camill. Borrell. Apont. Surgen-
tes vterque Frater Mutius, Tholoſa. de
quib. per eum num. 34. maximè in his, quæ
42 occurrunt pro Regni defenſione † & pro
conſeruando pace, & publica quiete, ad
hunc enim finem eſt finis belli, & exerci-
tus, vt per l. milites, C. de re militar. l. mi-
lites, C. de locat. & conduct. cum ſimilib.
adductis poſt Oldrad. conſ. 98. Valenzuel.
d. conſ. 99. num. 69. ad hoc vt Catholicus
Rex adimpleat ordinarias obligationes
43 † Regias, ad quas tenetur anno quolibet,
eſto quòd ſemper non ſit bellum, nec exer
citus, quia expedit prouiſione, vt cum lo-
cus fuerit in Aerario Regio ſit pecunia, ex
qua ipſis militibus ſatisfiat, vt ait idem Ol-
drad. vbi ſupra, Petr. Rebuff. in l. ager, §.
ſtipendium, ff. de verbor. ſign. Briſſon. lib.
17. eod. tit. de verbor. ſign. verbo, ſtiper, l.
ſtipendia, C. de exec. rei iudic. Marin. Frec-
cia lib. 1. ſubſeud. tit. de orig. feudor. num.
27. cum ſimilib. per eundem Valenzuel.
ſub num. 3. & ſeq. & prout tetigi in Regiis
pragmaticis, tit. 18. de nouo impoſito to. 2.
ipſarū pragmat. vbi omnino videas, nā dixi
quod etſi regulariter Reſpublicæ, & vni-
44 uerſitates non debeant nouis tributis † nec
impoſitis, neque ſeruitiis grauari, ex Petr.
de Gregor. de Republ. part. 1. cap. 12. Si-
manc. de Republ. cap. 24. lib. 9. Theſaur.
polyticor. diſcurſ. cap. 10. tamen, ſi non
ſufficiunt antiqua poteſt ipſe Rex vel illa
augere, aut de nouo tributa, & vectigalia
imponere, ex cauſa iuſta, & pro bono pu-
blico, & pro dicto adimplemento Regiarū
obli-

Digitized by Google

obligationum,& tempore neceſſitatis,Diuus Thom. lib. 3. de regim. Princip. cap. xi. Dioniſ. Caſſ. Aegid. Thomat. Petr. Antibul. Oldrad. Affl. Molin. Auendann. Simanc. Ceuallos.& Additio ad Guid.Papę, de quib. ipſe Valenzuel. d. conſ.99. num. 2.& num.19. Archid. Luc. de Penn. Ioann. Gerſon Cyn. Soto Affl. Theſaur. Giurba, & alii per eum, & conſequenter tempore prædicto neceſſitatis, vbi prius Principis,
45 & Regis omnia noſtra eius ſunt † ſaltim quoad protectionem, ex his, quæ tradidi in Conſuet. Panhor. in proœmio num. 27. & in cap. xi.num.30. & in cap.17. ſub num. 7. & in proœmio cap. Regni Regis Federici,num.54.tom.2.& in cap.39. Regis Iacobi,num.88.tom.1.illo tempore neceſſitatis poteſt totum eſſe ſuum, vt poſt eundem D. Thom.opuſcul. 22. gloſſ. in l.neminem, C. de Sacroſ. Eccleſ. Ioann. Gerſon. Ioann. Driedon. Luc.de Penn. Archid. Capic. Lanar. Lel. Zecch.& reliquos ſubdit ipſe Valenzuel. num. 5. & 6. ea ratione, quia
46 † non conſideratur hoc caſu vtilitas priuatorum, ſed vtilitas publica, quæ priuatæ præponenda eſt, vt dico infra in d. capit. 71. ſub verſic. durante cum ibi concordantibus citatis, derogatur enim naturali iuri ob dictam publicam vtilitatem, vt multa ipſe Valenzuel. congerit num. 14.15. & ſeq. & contra naturalem æquitatem ſtatuitur interdum, ex Raynald. Loffred. Anchar. & cæteris, num. 35. dum melius eſt aliquos remanere damnificatos, quam perdere Regnum cum vaſſallis, Cornel. Tacit. lib. 14. Annal. Duaren. lib. 7. de ſacris eccleſ. miniſter. cap. 9. Arniſæus, lib.7. de Republ. cap.2. ſection.9. num.16. & conſequenter nil mirum ſi Rex aufert aliquib. res alienas, aut pecunias, quando tamquam defenſor Reipubl. illis rebus ſe præualere poſſit, ac iuuare, ac ſi eſſent propriæ, vbi promptius eas inuenerit, etiam ſi eſſent
47 inſueta † quę permittuntur fieri per Principem pro conſeruatione honoris ſtatus, & dignitatis, & vt hoſtibus, & inimicis reſiſtatur, ſicuti poſt Cyn. Petr. Alberic. Alciat. Petrin. Bellin. Gabriel. Vincen. de Franch. Lucan. & Marian. Soccin. ait idē Valenzuel. n. 8. 9. cū ſeqq. poſt eundē Diu. Thom. Simanc. & Oſaſch vſque ad num. 16. quia iam ſubminiſtratum eſt remediū, vt iis, qui damnificati ſint ex ipſius Principis neceſſitate, ſubueniri poſſit per contributionem aliorum, vt ipſe ſubdit num. 11. poſt Franc. de Ponte, & Capyc. arg. l.2. C. ad l. Cornel. de iactu. Et cum toto hoc antequam Rex hoc faciat mittēdo manus
48 ad burſam, & bona ſubditorum † debeat proprium excutere ærarium, & conſideretur ſi reditus eius ſufficiunt, etſi eiſdem abutatur vt plura cumulaui in cap. 40. Regis Iacobi, num.17. d. tom.1. itaque poſt Aegid. Thom. Petrin. Bellin. Ceuallos, Guid. Pap. Auendan. Iſern. Cyn. Luc. de Penn. Vinc. de Ann. Loazes, Io. Franc. de Ponte, Fracchett. Petr. de Gregor.& cæteros tradit ipſe Valenzuel. d. conſ. 99. num. 20. 22. & num.61. & tetigi in pragmat. d. tit. 18. de nouo impoſito, verſic. tamen prius d. tom.2. pragmaticarum, non etenim debet
49 Rex nimium onerare vaſſallos ſuos † ſed eorum miſereri, nec imponere tot tributa, vt ſoluere non valeant, vt in materia donatiuorum iſtorum ſubiunxit idem Valenzuel. num. 49. vbi ex Plutarch. refert, quòd Alexander odio habebat quendam Hortulanum, qui olera vltra radicitus euelleret, & Principem, qui pennas ita inciderat, vt renaſci nequirent, in prouerb. quippe cap. 30. dicitur, quòd qui nimis emungit, ſanguinem elicit, etenim ſic ſe habere debet Rex, & Princeps in eius vaſſallos, ſicut tutor ad pupillos, pater in filios, ſicuti paſtor ad oues vt ibidem more ſuo latiſſimè per vnā columnam, & num.70. cum ſeqq. poſt Hieron. Vida lib.2. de Republ. dignit. Simanc. lib. 3. de Republ cap.4. num.2. Plato. dialog. 11. de legib. Seneca cap.4. lib. 1. de clementia, Gugliel. Rouill. Ariſtotel. Io. Petr. Cermenat. And. de Yſern. D. Thom. Franc. Top. Paris de Puteo Hieron. Gigant. Apōte, & alios, & tetigi in d. proæm. capitulorum Regis Iacobi, num.113. cum ſeq. & in cap 42. nu. 2. d. tom. 1. Ideoque ſi coguntur vaſſalli, vt prædictum eſt, ad dicta donatiua, vt ſubdā in verſ. ſecundum Bracchium, ad quid illas ſuaſiones, & media ſuauia in Barones inducta, de quibus ſubdit paulo infra ibidem Dom. Valenzuela ſub num. 63.& 64. niſi dicamus quòd ipſe ſentiat de illis rogaminibus fieri ſolitis per Reges
50 † & Principes, quæ in effectu ſunt ſpecies quædam iubendi, vt in d. cap. 401. Regis Alph. dixi num.9. non quòd aliter ipſe dixerit quod ad hæc donatiua conferenda ſit onus plebæiorum, & popularium perſo-
51 narum, quinimmo eſſe onera quædā † ad quę per dictas literas particulares per Regem tranſmiſſas eius Viceregi conuocantur, & populi, & Barones, vt in d. cap. 401. ſcripſi ſub nu.10.& videbimus infra, nu. 131. & hac de cauſa ipſe Dom. Valenzuel. num.64.65. & 66. ſubiungit quòd Barones in hoc concurrere debent, ex quo illis conſtet dictos Populares ſolos onus hoc tam graue non poſſe ſubferre, ex Bald. conſil. 452. num. 3. lib. 3. Luc. de Penna in l. fin. nu. 12. C. de fund. limitroph. lib. xi. & in l. 1. C. de Collation. donat. lib. x. & in l.1. quæſt.2. C. ne ruſtic. ad illum obſequi deuoc. num. 46. Soccin. conſ.49. num. 21. lib.1. vbi dixit quòd licet ruſtici, quibus capitatio, & collectatio regulariter imponitur per l. vnicā C. de capitat. ciui. cenſib. eximend. lib. xi. ad nullum aliud onus teneantur vt per d.
52 l.1. C. ne ruſtican. tamen in Regno † ſufferunt hæc donatiua ſimiliter cum ipſis Baronibus, Io. de Amicis, conſ. 8. num. 62. ex Bald. in cap. 1. §. 1. verſic. nota quòd feudum, tit. per quos fiat inueſtit.& conſequēter hoc onus donatiuorum tam graue, mediante iſta contributione inter plures diuiſum, tollerabilius, & minus graue, exiſtet, vt per ipſum Valenzuel. num.64. ex Feſtus. in tract. de æſtimo part.4. cap.4. num. 47.

Ideo-

Ideoque licet verum ſit quòd de rigore iu-
ris Nobiles Barones non debeant partici-
53 pare in contributionibus † & oneribus ip-
ſorum plebeiorum,& popularium(ne dup
plici onere pergrauentur, vt pono infra
in d. cap. 71. verſic. illud verum eſt) & vo-
luit Auendan.in cap. 10. Prætor. num.22.
part.2. Mexia ad l. Tolet.,de los terminos,
part.9.fundam.2.num.66.cum ſeqq.Franc.
Clapper.in cauſa Fiſcal.50.quæſt.2.num.2.
Cæpoll.de Imperat.milit.diligent num.39.
Otalora in tract.de Nobilitate Hyſpaniæ,
part.2.cap.6.num.8.Molina,in tract.de iu-
ſtit.& iure,tit. de tribut. diſput. 661. num.
10.tamen in hac materia donatiuorum
participant, & poteſt grauatus in vno in
alio etiam grauari,contra regulam de qua
infr. pono in eod. c. 71. verſ.illud verũ eſſe
&c. vbi licet feudatarius non poſſit teneri
ad collectam tamen in caſibus ſecus eſt,vt
ibidem ¶ Illud aduertimus, vt circa dona-
54 tiua intelligamus quo ad Regia † vt prędi-
ctum eſt, nam offerre donatiua etiam Illu-
ſtriſſimis Dominis Proregibus,& alteri eſt
prohibitum per cap.regni 165. Regis, &
Imparatoris Caroli V. tom. 8. & ita
cum litteris Regiis ſic diſponentibus xx.
Octobris ann.1612.teſtatur idem Maſtrill.
in d.cap.15.num.27. ¶ Rurſus quia, vt ibi-
dem in d.cap.28.Regis Philip.dixi in verſ.
55 quarto,poſſunt fieri diſpenſationes † circa
prædicta capitula Regni, vt latè vidimus
in cap.418.eiuſdem Regis Alph. d. tom.5.
ex V.I.D. Don Mario de Gregorio in
conſilib impreſſo pro Illuſtriſſ. Marchione
Elcis, num.145. & poſui ſupra in proæm.
Capitulorum Regis Iacobi,num.53. tom.1.
Surd.conſ.276.num.26.& ſeq.lib. 2. ¶ Poſ-
56 ſunt etiam prorogare † ea quæ fuerunt de
terminata in alio præcedenti parlamento
ad aliud tantundem tempus plus, vel mi-
nus,ſecundum quod videbitur pro vtilita-
te dicti Regni, vtpura ſi gabellæ fuerunt
poſitæ per decem annos, prorogare ad a-
lios decem annos, ex his, quæ ſcripſi in
pragmaticis d.tit.18. de nouo impoſito, to.
2. ipſarum pragmat. ex Dom. Don Petro
Corſetto in d. ſuo diſcurſu Impreſſo ſuper
vectigali Meſſanenſis portus fol. 2. quem
ibidem citaui, vbi duæ gabellæ erant olim
ibidem impoſitæ per vnum parlamentum
inter alias ann.1565.per annos decem pro-
rogatas mox ad totidem tempus,ann.1575.
quod quomodo faciant Domini Parlamẽ
tarii videant hodie noſtris temporibus ex-
hauſto ſic Regno habeant Deum præ ocu-
lis,ibi me extendo, & argum. eorum,quæ
dicam infra,num.72. ¶ Ac etiam liceat ſi-
57 militer † præponere dictis Parlamentariis
de faciendo aliquem regnicolam,vel de fa
ciendo aliquam gratiam,vel concedere
priuilegia,vt voluit Cancer. lib.3.variar. re-
ſol.cap.3.nu.329. cum ſeqq.Boſſ.de Princi-
pe & eius priuil.num.87.Oliban.de iure fi-
ſci,cap.4.num.58.vt dicam inferius ſub nu.
59.dummodo tamen omnes præponentes
ſint perſonaliter ibi,& non per procurato-
rem,vt habetur infra in cap.regni 166. Re-
gis, & Imper. Caroli V. tom. 8. & de quo
ſcripſi ſupra in cap. 8. extenſione 1. & eſt
ca ius ſpecialis in illo caſu, vt dicam in ſe-
quenti ampliatione. ¶ Inſuper creat De-
58 putatos Regni † datque eis poteſtatem
collectandi,& taxandi vniuerſitates, vt po-
ſui infra in cap.69.Regis Catholici Ferdin.
tom.7.& de quo particulari tango infra
hic in d. cap. 101. vbi eſt ſua materia circa
deputatos,ipſos verſic.ſecundo. ¶ In ſum-
59 ma poteſt facere totum id † quod poteſt
populus Siculus, & totum Regnum, quod
dedit ſibi poteſtatem iurandi, ſicut muni-
cipes,qui poſſunt iurare per eos, qui regũt
ipſum municipium,Bart.in l. municipibus,
ff.de condit. & demonſtr. & in l. aut facta,
§.fin. ff.de pæn.vbi Alex.facit cap.fin.extr.
de iuram. calumn. cap. licet, de teſtib. &
60 conſequenter † eorum trium bracchiorũ
obligationes ligant omnes perſonas Regni
vt tetigi ſuperius,& ita poſt Chaſſan.Tira-
quell.& Ferron.ait Maſtrill.in d.tit.de de-
putatis Regni,d.cap.15.num.18.part.2.lib.
5.quia in effectu ſunt pacta vltro citroquè
obligatoria,quæ non niſi iterum per aliud
colloquium, & parlamentum diſſolui non
poſſunt ex adductis infr. in eod.c.101. pro-
pe princip. vbi quod ad hos deputatos ſpe-
ctat exigere talia donatiua. Eſt verum
quòd ante determinationes factas debeat
Dom.Prorex eſſe informatus, & conſulto
eo omnia expediri,vt per eũdem Maſtrill.
d cap.15.de regni deputatis num.79. maxi-
me de gratiis factis vt per eum, num. 84.
ſtantibus litteris ſuæ Catholicæ Maie-
ſtatis ſub die xi. Martii 1601. & au-
ditis partibus, ſecundum quod erit de Iu-
ſtitia,facere, vt ſe accordent, Bouadill. in
d.lib.3.d.cap.7.num.25.ex legibus Hyſpan.
quas ibi citat, ſubdens, num. 26. quòd ali-
quoties,vt negotium magis appuretur,ſo-
lent conuocari gentes de foris, ſed non in
iſtis terminis,de quibus loquor, ſed in aliis,
vt videbimus infra in d. c. 64.declarat. 13.

AD QVOD etiam Parlamentum
(& eſt tertia ampliatio) poſſunt, nedum
perſonæ vocatæ perſonaliter accedere
61 † verum etiam permictitur eis deſtinare
eorũ procuratores,ad tradita infr. nu. 146.
poſt Frecciã, quorum mandata per Spect.
Prothonotarium recognoſcuntur, vt per
Maſtrill.d.cap.15.n.52.& ex his quę ſcrip-
ſi ad Regias Pragmaticas, tit. 22. de offic.
Prothonotarii,tom.1.ipſar. pragmat. & per
ea,quæ adnotaui in prag.2.§.1.tit.2. de of-
fic.iudic.M.R.C.eod.tom.1.ipſarum prag-
mat. vbi poſui poſſe etiam conſtitui in per-
ſonas Conſiliariorum Regiorum, eſto
Maſtrill. in d. cap. 15. in fine dicat non
poſſe niſi ex licẽtia, & diſpenſatione Prin-
cipis,pragmatica hoc non vetat, quia agi-
tur de ſeruitio Regio, ibi (*eccettuando em-
però las procuras*) & tetigi poſt Chaſſan.
& Boer. in proæm.Conſuet.num.4.vbi al-
lego conſimilia, & per ea,quæ in ſimili de
iuramento fidelitatis pono infra in cap.xii.
ampl.xi.& eſt textus infr.in d.cap.166.Re-
gis Caroli,ibi (*& non per procuratori*) d.to.8.

aliàs nil concludi poſſit, & eſt caſus ſpecia-
lis ibidē, & per tacta ſuperius in 2. amplia-
tione ibi, ac etiam, & per ea, quæ pulchrè
ait Marin. Freccia in Additione ad d. tract.
de ſubfeud. Baron. num. 52. cum ſeqq. vbi
tractando de hoc quòd poſſint per feudata
rios; deſtinari procuratores, ſubdit quòd
non ex hoc habebunt illammet præceden-
tiam, & locum ſedendi, prout conſtituen-
tes, vt ſubdam hic paulo infra, maximè
62 † in prælatis, qui non poſſunt perſonali-
ter aſtringi, vt tetigi ſuperius in 1. amplia-
tione, ideoque conſtituunt ipſos procura-
tores, vt poſt Bald. de pac. conſtant. verbo,
in Ciuitate, Calic. de fiſci dub. quæſt. 8. nu.
27. Maſtrill. d. cap. 15. num. 46. ¶ Sic etiam,
quod eſt fortius, inſtituit S. Pontif. Paulus
63 III. in d. Sacroſancti † Concilii Tridenti-
ni inſtitutione, vbi in eadem Bulla, de qua
memini paulo ſuperius non aſtrinxit Præ-
latos nec perſonas venire perſonaliter, ſed
poſſe mictere procuratores, vt ibidem, &
ita eſt diſpoſitum per d. cap. 38. Regis Fer-
dinandi, infra, tom. 7. tit. vt Barones in Par-
lamento veniant perſonaliter, vbi non ob-
ſtante quòd per petitionem, ſiue ſupplica-
tionem Regni fuerit ſupplicatum contra-
rium Domino Regi, vt ſcilicet feudatarii,
Barones, Comites, &c. accederent perſo-
naliter, attamen in decretata reſpondidit,
quòd ita realiter placeret Suæ Maieſtati,
vt venirent ſic, tamen non aſtringit, nec
eis tollit facultatem conſtituendi procura-
torem, quem volunt, itaque de d. cap. 38.
mentionem fecit Maſtrill. d. cap. 15. num.
45. cum ſeqq. poſt Auendan. de exeq. mād.
lib. 2. cap. 10. num. 7. Bellug. in ſpecul. Prin-
64 cip. rubr. 7. nu. 1. maximè † habendo excu-
ſationem quòd interuenire non poſſent, vt
in d. conſtit. Imperatoris Federici, quæ nō
fuit impreſſa, & eius tenorem inſerui ſupr.
ſub num. 12. & quòd poſſint mictere procu
ratores, & ſyndicos habes ſupra etiam in
capitularibus præcedentibus, & per Ioan.
Franc. de Ponte conſ. 14. num. 53. vbi quod
feudatarii in his parlamentis conuocati vi-
dentur, vt demonſtro inferius in quinta de-
65 claratione, poſſet † ſi quidem ſi vellet Rex,
ordinare, vt omnes venirent perſonaliter
ex Bald. in l. 1. §. ne autem, C. de caducis tol
lend. Taurin. in verb. qui quidem vaſſal-
li, Freccia in eadem Additione ſuperius ci-
tata, ſed contentatur, vt dixi, vt deſtinent
66 procuratores. Beneuerum † quod circa
multitudinem vocum in perſonam vnius,
Sacra ſua Maieſtas remiſit illuſtriſſ. Vice-
regi, vt tollat in hoc abuſus in capitulis 44.
& 45. Regis Martini ibi (*ac procuratores*)
tom. 3. & ita in hoc particulari ait ipſe Ma
ſtrill. d. cap. 15. num. 47. & 48. vbi licet de
iure poſſint concurrere plures procuræ in
vno comparente, ex Abb. Alex. Raudenſ.
Molin. Bellug. & cæteris, tamen ex diſpo
ſitione d. cap. regni 38. Regis Ferdin. ſecus
eſt, quia vnam tantum vocem habere poſ-
ſunt, excepto bracchio eccleſiaſtico, & ita
ſolitum fuit per Dom. Proreges fieri actus
Viceregii, licet quandoque contrarium
ſeruatum fuerit, ¶ Immo, qui perſonali-
67 ter adſunt, præferuntur illis † qui per pro-
curatorem, vel legatos comparerent, vt ra-
ctum eſt paulo ſuperius hic, ita olim Dux
Sereniſſimus Subaudiæ fuit prælatus per
Regiam Maieſtatem Legatis Venetorū,
quia ibi aderat perſonaliter, vide Dec. in
cap. ſane, ſub num. 12. de offic. delegati, vbi
Additio in littera C. Iaſon in l. 1. col. 4. ff. de
offic. eius vbi latè Purpurat. à n. 44. cū ſeqq.
idē Dec. in c. cū venerabilis in 1. notab. de
excep. Cur. cōſ. 79. col. 2. Bologn. cōſ. 75. col.
2. Gomez. in regul. cācellar. in princip. elto
n. ipſi Procuratores emictant vocem ſub
nomine dominorum conſtituentium, &
conſequenter induceretur fortaſſis moti-
uum, vt ipſi deberent ſedere in loco domi-
norum ſuorum, cap. præcipimus diſt. 93.
Roman. ſingul. 340. Bartol. Abb. Chaſſan.
Iacob. Rebuff. & alii, de quibus tangitur
per eundem Freccia in d. additione loco ci
tato, tamen ipſe ſubdit reſolutionem, nu.
56. quòd non ob id ex hoc ipſi Procurato-
res debent ſedere in eis locis, in quibus eo-
rum domini conſtituentes aſſiderent, nec
poteſt perſona procuratoris intromicti in
68 eo loco, & ſubſellio, eo quia † hoc eſt ius
honorificum, quod cohæret perſonę, Apar
te deciſ. 15. idem Freccia, tit. de different.
feud. regāl. lib. 3. Surgent. ex Belluga, de
quib. Maſtrill. d. cap. 15. num. 60. 61. & 62.
argumēto eorū, quę videbimus infr. in pri-
mo Bracchio eccleſiaſtico, nu. 102. cū ſeqq.
nec poteſt in alium cedi ex Zaſ. Fulgoſ.
Paul. de Caſtr. Bald. & aliis, & ita dixit Bo-
uadill. in politica. tit. de las precedencias
del corregidor, lib. 3. cap. 2. num. 15. tom. 2.
tamquam de re non ſua, conſequenter alii
gratiam facere non poteſt, vbi refert fuiſſe
condemnatum in conſilio quendam cor-
regitorem ex hoc, per l. nam quod ff.
ad Trebell. Valer. Maxim. lib. 2. cap.
1. Petr. Gerard. ſingul. 33. Bald. in cap. licet
cauſam, num. 6. de prob. & in l. obſeruare, §.
antequam, ff. de offic. proconſul. Neuizan.
in Sylu. nuptiali, fol. 57. Chaſſan. in cathal.
glor. mundi, num. 8. conſil. 38. Cæphal. con-
ſil. 615. num. 92. cum ſeq. vol. 5. Pe-
rez, & Hæradia, de quib. per eum tum
quia fieret conditio deterior collegæ, ſi
alius non eiuſdem qualitatis ſecum pari-
ter ſederet, vel pręcederet, ignominioſū
videretur Duci, vel alii Principi feudata-
rio, & ſimilibus, ſi videret Notarium, vel
villicum nomine alterius Ducis à latere ſe-
dere ſecum, contentus remanſit Rex, vt de-
ſtinentur procuratores, vt eſt dictum, quia
hoc non lædit alios Barones, ſtante quòd
effectus negotii reſpiciat Regem, & Baro-
nem mictentem procuratorem, ſed quòd
ipſe procurator det primo vocem, vel ſe-
cundo ex ordine dignitatis ſui domini, aut
quòd eodem loco ſederet, & præcedat,
hoc non poteſt fieri in perniciem, & iniu-
rium aliorum, & quando alii læduntur, lo.
de Platea in l. vnicuique col. 2. C. de pro-
xim. ſacror Scrin. lib. xi. pulchre Freccia
vbi ſupra, vbi ponit limitationem ad regu-
lam,

69 lam, quòd licet ſubrogatum † ſapiat natu-
ram eius, in cuius locum ſubrogatur per
l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio-
nib. tamen fallit iſto caſu, & ſentit Apoſtill.
latè ad Bart. ibid. quę ponit alias fallentias,
Io. Fran. de ponte d. deciſ. 15. per l. compe-
rimus C. de proxim. ſacror. ſcrineor. libr.
12. Maſtrill. d. cap. 15. num. 60. pulchrè Pur-
purat. in d. l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. eſt
iuriſd. num. 615. & ſeq. vbi quòd quoties
datur ratio diuerſitatis non habet locum
d. regula ſubrogati, & rationem ſubdit
ipſe Marin. Freccia, num. 57. quia iſto caſu
procuratores non dicuntur ſubſtituti, nec
conſtituti authoritate legis, ſed authorita-
tate hominis, & ſic eorum conſtituentium,
ex adductis per eum, non ſic quando po-
tuiſſet ſubrogari, vt de Officiali ſubſtituto,
Epiſcopo, Vicario, & ſimilibus, quia tunc
illi retinent ſeſſionem ſubſtituentis, & ita
dixi in cap. Regni 7. Regis Martini, num.
74. tom. 3. & in cap. 366. Regis Alphonſi, nu.
20. & 21. tom. 5. concludens ipſe Freccia
70 † quòd inter ipſas Procuratores abſentium
de dicto Parlamento habebit locum ſeſſio,
locus, & ordo, quia nemo læditur, & om-
nium par cauſa eſt, nec perſona deputata
conſideratur hoc caſu, ſed domini, ſicuti de
Balijs dicam infra in xi. declaratione.

AMPLIO quarto, vt, quę fiũt in his Par-
71 lamentis † non indigeant teſtibus, vt poſt
Speculat. Vbert. de Bobio, Chaſſan. Abb. &
Marſil. poſui in commentar. conſuet. Pa-
nhor. cap. 67. num. fin. & tetigi in cap. Rit.
114. ſub num. 46. tom. 4. vbi adduxi aliquos
caſus, in quibus ſufficiunt acta ſine teſtibus,
addo Grammat. deciſ. 45. Carauit. in Ad-
notation. ad rubr. C. de fide inſtr. Anell. de
Bottis ad conſtit. Regni, incip. inſtrumen-
torum robur, tit. 83. de fide, & author. in-
ſtrument. lib. 1. vbi addit bis Gugliel. de Be-
nedict. in c. Raynutius, verſ. teſtamentum,
il primo, nu. 19. poſt eundẽ Specul. etiam à
ſe allegatum, Luc. de Penna in l. quicũque,
col. 1. C. de conuent. fiſc. lib. x. & in l. fiſco,
num. 4. C. eod. tit. ſed ea omnia annotatur
per Sp. Prothonotarium, vt fieri ſolitum
eſt, arg. poſitorum, ſupra, num. 61.

AMPLIATVR quinto, vt quàmuis
72 ab initio fuerit cõſtitutum tempus † infra
quod deberet concludi colloquium & de-
terminari parlamẽtum, argumento ſerui-
tii militaris, de quo infra in d. cap. 71. ver-
ſic. durante, attamen poteſt ex cauſa
prorogari, vt practicamus, & ita poſt Ca-
lic. de fiſc. dubit. cap. 7. num. 9. Bellug. in ſpe
cul. Princip. rubr. 5. in fine ait Maſtrill. in
d. cap. 15. de Deputatis Regni, num. 43. ead.
part. 2. & argumento eorum, quæ dixi ſu-
pra, num. 56. & infra, num. 74. & antiquitus
tempore Imperatoris Federici, Colloquiũ
durabat per duos dies, etſi infra iſtos dies
negotia non poterant expediri, proroga-
batur ad dies quindecim, vt ait Affl. in d.
conſtit. Regni Capitaneorum ſub num. 8.
d. tit. 41. de offic. Capit. ex quadam conſti-
tutione antiqua non impreſſa, quam refert
ibidem vſque ad num. 10. & ego retuli de
verbo ad verbũ, ſupra, ſub n. 12. & interim
durante iſto parlamento gaudent feudata-
riiis priuilegiis, & dil. tionib. de quib. vi-
dimus in materia ſeruitii militaris infra
in eod. cap. 71. d. verſic. durante.

DECLARO igitur Primo, vt poſt-
quam fuerint vocati vocandi, vt ſolet, &
prout tetigi ſupra, ampl. 1. & voluit Boua-
dill. d. cap. 7. num. 16. vbi ait eſſe morem,
73 & obſeruantiam communem vocari † ex
gloſſ. in cap. quod omnes tangit, de regul.
iur. in 6. l. 17. tit. 5. part. 1. vbi Gregor. in
verbo (*ſegun que fuere coſtumbre*) tam præ-
ſentes in loco diſpoſiti Concilii, quàm ab-
ſentes per monitiones ſcriptas, & miſſas
cum Porteriis, vel Officialibus, quas con-
uocatorias ſiue Cartellas vocant DD. vt
ex Bellug. in ſpecul. Princip. ſubdit ipſe Bo-
uadill. d. num. 19. & de quibus poſt Mon-
tanar. in pragm. 2. Regni Neapolis, & de
qua tracto infra in d. cap. 64. in d. 8. decla-
ratione, quia pro ſeruitio Regis, & Regni
vocantur, ad hoc, vt veniant tali die infra
74 tot tempora, ſoletque fieri prorogatio † vt
per Camill. Borrell. inferius citatum, argu-
mento eorum, quæ vidimus ſupra num. 56.
& 72. & tunc actus facti, non expectatis
feudatariis, & monitis, ſiue vocatis Capi-
tularibus Parlamentariis, eſſent nulli, arg.
eorum, quæ dicam inferius in 2. declaratio-
ne, & per ipſum Bouadill. d. num. 16. niſi
multum periculum eſſet in mora, quaſi
quod tunc eſt opus vocari abſentes, gloſſ. in
cap. nullus 17. quæſt. 4. Abb. poſt gloſſ. in
cap. coram, de electiõ. Gregor. in d. l. 17.
loco citato; maximè quando Parlamenta-
rii clamaſſent, & conquererentur de hoc,
præſertim etiam ſi maior pars deficeret;
actus etenim iſtis caſibus ſimiliter nulli sũt
75 † & quod peius, quando, non fuiſſent vo-
cati per dictas cedulas, & notificationes,
ſaltim vna vice, quod ſufficeret, vt per ip-
ſum Bouadill. Luc. de Penn. in l. nomina-
tionum, C. de Decurion. lib. x. l. actuarios, &
ibi Bald. C. de actuar. & num. lib. 12. Cor-
ſett. ſingul. 57. Euerard. in locis legalibus,
loco ab aſſuetis, & ſolitis, fol. ſuo 558. ad fi-
nem, gloſſ. in cap. præſentium, de teſtib.
Franc. March. poſt Bart. & alios in deciſ.
787. & deciſ. 1391. Mayner. in l. aliud eſt
vendere, §. refertur, num. 72. ff. de regul.
iur. gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus, vbi Archid.
diſt. 18. Ioann. Andr. in cap. breui, de iure-
iur. Camill. Borrell. in Additionib. ad Bel-
lug. in ſpecul. Princip. rubr. 3. littera E.
¶ Immo ſi pro tali die eſſent vocati, actus
aliter facti ſunt etiam nulli, niſi fieret pro-
rogatio, vt dictum eſt, vt per Bellug. & Bo-
76 uadill. & ſic lapſis † diebus conuocatoriis,
non expectatur amplius, vt ſubdit ipſe Bo-
uadill. num. 17. ex Plat. in d. l. 2. num. 3. C.
de Decurion. lib. x. niſi perſona, quæ expe-
ctaretur, eſſet Regalis, Innoc. in cap. cum
nouis, de electiõ. Abb. in cap. conſuluit, de
offic. deleg. Gregor. vbi ſupra, Frãc. March.
Euerard. & cæteri ſupra citati ¶ Sequor
igitur, & dico, quòd hoc Parlamentum
77 † congregari non poſſit, niſi de ordine Ex-

celſentiæ Illuſtriſſimi D.Proregis, vt tetigi
ſupr.n.8.& in d. c. 356.Regis Alph.in fine,
& hic per text. ibi (*ad arbitrium Viceregis*)
tamquam ille, qui eſt caput Regni,& non
alius,& ſuis locis dixi, vt procurator Do-
mini Regis, & per ea, quæ tradit Guid.
Papæ d.deciſ.43.vbi dicit,quòd non cuili-
bet Principi licitum eſt habere parlamen-
78 tum † ſed tantummodo ſuperiorem non
habentibus,vt tactum eſt ſuperius in princ.
itaque poſt Bellug.Angel.Calic.& alios te-
ſtatur Maſtrill. vbi ſupra, num. 4. Ioannes
de Montaygne in d. ſuo tract. de parla-
mentis, in principio, & colligitur ex hoc
textu adhuc per dicta verba (*ad arbitrium
Viceregis &c.*) & ita ait Bart. in l. & hoc
Tiberius Cæſar, ff. de hæred. inſtit. & cla-
rius in l.2.circa finem,col.pen. ibi (*cum ta-
men illud parlamentum,vbi non eſt aliquis ſupe-
rior, &c.*) C.de Decur. lib.10. Matth. An-
tonian. in Additionib.ad Guid.Papæ loco
79 citato,cum ſit de regaliis † vt tetigi ſupra
remiſſiuè in cap.456.Regis Alphonſi, ver-
ſic.Et quia §.35.nu.97.tom.5. & poſt Chaſ-
ſan.in cathalog. Gloriæ mundi,part.7.cō-
ſider.9.Carol. de Graſſalii n. Cabed. Mon-
taygn.de Parlamēto. fol.247. to.5.in tract.
de Theſaur.ait idē Maſtrill. in d. tract. de
Magiſtrat.lib.1. cap.1. num.17. & conſe-
quenter ipſius Proregis eſt conuocare
concilium parlamentare, in cuius defectu,
quomodo fiat deuolutio, vidimus ſupra in
cap.16.Regis Iacobi in 8.deuolutione,tom.
1.ideſt dicta tria bracchia,eccleſiaſtici, mi-
litare, & Regale, ſiue demaniale, de quo-
rum conuocatione fit expreſſa mentio in
ipſo capit. 356. Regis Alph. vbi etiam tra-
ctatur de parlamento, & de ſubuentione,
ſiue adiutorio faciendo Regi cum multis
capitulis inde ſequētibus,Petr. de Gregor.
Calic.Cumia, & Fontanella, de quib. per
eundem Maſtrill.d.cap.15. num.7. ¶ Si-
80 cut de Epiſcopo † quem dicimus caput
Clericorum, per ea, quæ trado infra in
d.cap.64.vbi à ſimili vaſſalli non poſſunt ſe
congregare, pro faciendo conſilio, niſi de
licentia Baronis, eſt verum, quòd ſi adeſt
licentia D.Proregis, poſſunt, vt ibidem in
verſic.declaro vndecimo,Bouadill.in d.ſua
politica,eod.tit. (*del gouierno del ayuntamien-
to*) lib.3.cap.7.d.num.11. tom.2. ex Bart. &
Addit.ad eum in littera C.ff.quod cuiuſque
vniuerſ.nom.& in d.l.2.nu. 4. C. de Decu-
rion.d.lib.10. Imol. & alii in cap. nouit in
1.notab. de his, quæ fiunt a Prælat. Piſa in
Curia,lib. 1. cap.8. num.1. vbi etiam Ad-
ditio. ¶ Quemadmodum dicimus de S.
81 Pontifice † qui ſolus poteſt præcipere, vt
congregetur Concilium generale, per
cap.ne licuit,cap. ſynodū. cap. nullus cap.
concilia 17. diſt. Petr.de Gregor. de ſytag-
mat.iur. part.2.lib. 15. cap. 3. num. 3. Ana-
ſtaſ.Germ. de ſacr.immunit. lib.3. cap. xi.
num.32. Bouadill.loco citato. ¶ Quinim-
mo etiā abſque ipſius Principis præſentia
82 tale parlamentum † congregari non po-
teſt, maxime in prima vice, vt ſubiungitur
per eundem Bouadill.vbi ſupra, ex DD. in
l.obſeruare lib.x.& ibi Ioann. de Platea,
num.1. Guid. Papæ deciſ. 106. Bart. in l.
actor,ff. rem rat. haber. Azeued.in l.1.tit.
1.num.4.lib.7.recopilat. Pariſ. conſ.31. nu.
4.& 41. vol.4.Auil.in cap. 2. Prætor. ver-
bo,confederacion,num.3.& cap.17.verſic.
laſhara,num.13.verſic.preterea,Auendan.
in cap.14. Prætor.2.part. num. 3. Piſa in
Curia,d.lib.1.eod.cap.8.& 2.Fælin.in cap.
1. num. 3. de maior. & obedien. Rolland.
conſ. 90. num.3. vol.1. Ioann. Faber in §.
vniuerſitatis, inſtit. de rer. diuiſ. Crauett.
conſ.4.num.1.cum ſeq.lib. 2. Chaſſan. in
Conſuet. Burgund.rubr.13. §.6.gloſſ.depo-
te, num.6. Lamberteng. de iure patronat.
art.19.cap.2.part.2.Bellug. in ſpecul.Prin-
cip.in rubr.num.xi.col.2.Conrad.in tract.
de Decurionib. in fine Curial. breu. num.
83 37.Corn.conſ.224.num.12.lib.2. Quia † cū
hæc, quæ in his Parlamentis tractantur,
ſint ſecreta negotia pro Dom. Rege, &
Regni vtilitate concernentia,porrò peri-
culoſiſſimum eſſet diuulgari, ſed tamquā
ſecretæ conſultationes teneri, vt dicebat
Cato Cenſorinus.

DECLARO ſecundo, vt quicquid
antea geratur,quolibet die adiuntamenti,
84 debeat prius pulſari illa Campana † ſolita
in hoc,de qua ſcribo infra eod. in d. capit.
64.verſic.declaro octauo, ex Montanar.
qui loquitur in his parlamentis ſuper ead.
prag.Regni Neapolis, num. 255. quem ibi
cito cum concordantibus. Intantum, vt
deliberationes aliter factæ in ipſo parla-
mento ſi fuerint factæ, non præcedente
prius dicto ſonitu, & conuocatione per
85 ipſam Campanam factæ † ſint nullæ, &
actus conſequenter inualidi, ex Bouadill.
d.cap.7.num.15.lib.3.per l.actuarios, C.de
numer.& actuar. lib.xi.gloſſ. in l.ſicut, C.
quod cuiuſque vniuerſ. nomin. Abbas in
cap.cum omnes,de conſtit.num.7.Bart.&
Platea in d.l.2.C.de Decur.lib.x. in verbo,
ſollemniter,Angel. in §.quod ſi tutor, nu.
8.inſtit.de curat.idem Platea in l. nomina-
tionum,C.de Decur.eod.lib.x. licet tamen
Crauett.d.conſ.4.num.25.lib. 1. teneat cō-
trarium, & non eſſe nullos tales actus fa-
ctos,poſt Bart.in d.l.2. C. de Decur. Dec.
conſ. 199.vol.1. Auendan. in cap. 19. Præ-
86 tor. num.14.verſic.tertio † quoties tamen
illi,qui debuiſſent vocari,concurriſſent,&
comparuiſſent abſque dicto ſonitu, argum
illius,qui citari debuiſſet,& abſque citatio-
ne compareret l.poſt edictum, ff. de iudic.
l.Labeo,ff.quomod. & quand. iud. Iaſon in
l.1.col.4.ff.de liber.& poſth.Soccin.regul.
71.in 3. fallent. Auendan. in dictionario,
verbo, almoneda, verſic. ſupradicta, idem
Crauett.vbi ſupra num.35.tunc eſſent nul-
li actus,quando datis illis cedulis, & mo-
nitionibus ipſis feudatariis, vt venirent,
non expectarentur, ex his, quæ tetigimus
ſupra in declaratione prima.

DECLARO tertio,vt in hoc parlamen-
87 tum † & eius adiuntamentum, & locum
non debeant, nec poſſint introire, niſi illi,
qui ſunt conuocati, & qui ex more ſolito,
atque

Digitized by Google

atque vſu, ac ſecundum ordinem introire
ſolent, ita in hoc propoſito multa congerit
Azeuedo in l.2.& ſeq.tit. i.lib.7. recopilat.
l.comperimus C.de proxim.Sacror.Scrin.
lib.12. idem Bouadill. d.lib.3. cap.7. num.
25.loco citato,& per ea, quæ ſubdam in
ſeq.declaratione.

DECLARA quarto conſequenter, vt in
88 in hoc parlamento † digniores in dignita-
te, & antiquiores præcedere debeant, vt
in puncto ait Bouadill. dicto tit. (*del gouierno &c.*) num. 27. qui in materia harum
ſeſſionum & præcedentiarum dicit, quod
maior ordo eſt obſeruare antiquitatem, &
prout in materia præcedentiæ poteris vi-
dere Frecciam de ſubfeudis lib. 1. & in Ad-
ditionib.eiuſdem ibidem, vnde dixit Affl. in
prælud. conſtit.Regni, quæſt. 26. inferens
ad Comitatum,& Baronias, quod ſi eſſet
quis Comes, vel Baro habens plures vaſſal-
89 los in numero copioſo † & exceſſiuo, non
ex hoc præfertur antiquiori habenti vaſ-
ſallorum numerum pauciorem, quia non
eſt in conſideratione exceſſus vaſſallorum,
quoties datur dignitas æqualitatis, vide
quæ dixi in proœm. capitulorum Regis
Federici, in 2.parte, verſic. orietur, d.tom.2.
& ſic antiquior Comes præfertur Comiti
Comitatum acquirenti ex nouo, niſi v. g.
cõcurreret in poſteriori homine alia qua-
litas, quæ non concurret in antiquioribus,
tunc enim ratione illius qualitatis, præfer-
tur etiam antiquiori, & ponit exemplum
de Doctore Comite, nam præfertur ſim-
plici Comiti, vt ibi per eum, & ex addu-
ctis in propoſito ſupra in cap. 275. Regis
Alph. eod.tom. 5. & ſic maior antiquitas
90 obſeruari debet † vnde is, qui fuit prius re-
ceptus ad officium, eſto eſſet iunior, præ-
fertur, vt ſubdit ipſe Bouadill. d.nu. 27. per
l.1. C.de conſulib.lib.12.vbi Platea in prin-
cip.& num.4.cap. ſtatuimus, de maior. &
obedient. l.3.C.de Tyron.eod.lib. 12.toto
tit.C. vt dignit. ord. ſeruet.eod.l.1.& 2.C.
de Præf.prætor.l.1.C.de Præp.ſacror. cu-
bic. lib.12.cap.placuit,8.diſt.cap,Epiſcopo-
rum,74.diſt. Chaſſan. in Cathalog. Gloriæ
Mundi part.1. conſider. 14. Gamma, dec.
1.n. 1.& 14.March.deciſ.808.num.1.Innoc.
in cap tua, de maior. & obed. Auendan.
Auilez, Azeued. & cæteri per ipſum Bo-
uadill. & ſubdit, vt in his ſeſſionum, & præ-
91 cedentiarum † modis, ſeruetur conſuetu-
do per d.l.1.ff.de alb.ſcrib. cap.cum olim,
& ibi gloſſ. de conſuet. vbi Bald.in 1. not.
cap.vlt. diſt. 17. Platea in d. l. 1. & 2. C.de
præt.prætor.lib.12.Bart.in l.tantum, ff.de
decurion. Bald. in d. l. obſeruare, §. ante-
quam in prima lectura, ff.de offic. procon-
ſul. Chaſſan. in d.Cathalog. gloriæ mundi,
part.4.conſiderat.75.in princ.Auendan. in
cap.17.prætor. num. 15. verſic. itaque in
modo ſedendi, Marcell. de Mauro, allegat.
30.nu.240.Paul.Montanar.ſuper d.pragm.
2. Regni Neapolis, tit. de adminiſtr. vni-
uerſit. num.221.cum ſeqq.& num.228. qui
dicit, vt illud, quod ſeruatur eſt de præteri-
to, illud idem ſeruari debeat, ex quo non
poteſt dici noua quæſtio, quæ antiquitus
per dictam conſuetudinem fuerit finita,
ex DD, ab eo citatis arg. eorum, quæ dixi
in cap.328.Regis Alph. num.23.tom.5. cũ
ibi citatis ad cap.Regni 26. Regis Feder.n.
21 tom.2. eſto Piſa in Curial. lib. 2. cap. 2.
num.4.teneat contrarium, volens non
92 attendi hanc conſuetudinem † nec talem
vſum, ſed attendatur antiquitati: & aliter
eſſet ſcandaloſa, nec obſeruanda: bene ve-
rum quòd ipſe Bouadill. d. num. 27.& 28.
teneat eſſe ſeruandam, nec noui quid fiat
per Regitorem, niſi ex magnis cauſis,& re
fert tempore ſuo in anno 1560. in Ciuitate
Salamanchæ vidiſſe plures diſſeſſiones in-
ter æquites, & nobiles in hoc, & deueniſ-
ſe ad manus, propterea ſeruanda erit in
hoc cõſuetudo prædicta, vt ſubdã inferius,
verſ.& conſequenter, nu.107.cum ſeqq.ex
traditis per Luc.de Penn.in l. ſi quos ſpon-
taneos, C.de decurion. d.lib.10.Put.de ſyn-
dic. verbo præceptum, verſic.reſtat, Auen-
dan.in d.cap.19 Prætor. num.7. & per ea,
quæ dico infra in d.cap.64.declaration.14.
¶ Sic in Ciuitatibus & vniuerſitatibus, de
quibus ſubdam inferius, nam vna præcedit
93 aliam † in ipſis Parlamentis, & ſeſſionibus
vt habes inferius in verſic. tertium brac-
chium, vbi ſuppleo de ſyndicis vniuerſita-
tum; ita poſt Luc. de Penna in l. numera-
rios, C.de appar. magiſtr. milit.lib. 12. ait
Matth.de Affl. in Conſtit. Regni in locis,
num.3.tit.77.de iurib.annalib.lib.1.vbi Mã-
grella in additionibus.& antiquior ſemper
94 præcedit † & præfertur, vt poſt Bellucam
ait Marin.Freccia de ſubfeudis in Additio-
ne, quæ eſt ante tractatũm poſita, num. 59.
& in eod. tract. de ſubfeudis, §. fuit dubi-
tatum, lib.1.fol.14.num.14.vbi in parlamẽ-
tis inter ipſas Ciuitates, & terras ordo eſt,
95 & Metropolis † præfertur ex Belluca in
ſpeculo princip.fol.x. per text. in l. 1.C.de
metrop.berit. lib.xi. cum ſimilibus & quæ
habet dominationem regalem præcedit
alias vt ibi per eum, ex his, quæ habentur,
ex Bart.in l.decuriones, ff de alb. ſcrib. vbi
quòd quando collegium vel vniuerſitas nõ
habet Rectorem, ille, qui eſt antiquior in
collegio, poteſt conuocare ipſum Collegiũ
96 † Petr. de Anchar. conſ. 82. Tiraquell. de
iure primogenituræ, in præfatio, nu. 119.
& in tract.de nobilit.cap.20. num.59.l.1.C.
de conſul. lib.12. (argum eorũ, quæ ſcripſi
de conuocatione ſacri concilii ſupra in
cap.16.Regis Iacobi, num.28.tom.1.)& per
ea, quæ tetigi ſupra in d. cap.275.Regis Al-
phonſi, tom.5.Eſt verum, quòd quandoque
antiquior in tempore poſtponitur maiori
conſtituto in dignitate, vnde qui haberet
97 maiorem dignitatem † eſto quòd eſſet po-
ſterior, præfertur antiquiori, ex traditis
per Io.de Platea in l.1. C.de Conſul. d. lib.
12. & per adducta à Io.Franc. Ponte d.cõ-
ſil.14 num.38.cum ſeq. & num. 52. & ſeq.
vbi infert, quòd ſi titulatus intrat in conſi-
98 lium hodie † præfertur alteri de conſilio
non titulato, quamuis priori in tempore,
ratione quia attẽditur maioritas dignitatis
cum

cũ perſona annexa, allegat Frecc. loco ci-
tato in 1. lib. ſubſeudor. & lib. 3. in differẽ-
tiis ſeudorum regalium, & titulatorum,
num. 18. referens d. num. 52. fuiſſe deciſũ
per Collaterale Concilium inter dictum
Principem Salerni, & Comitem Caſtri
Magnum Cancellarium, nam non obſtan-
te quod ille eſſet Princeps præceſſit in his
parlamentis dictus Comes Caſtri, tam-
quam tenens vnum ex ſeptem officiis dicti
Regni (nam † ſeptem illa officia præcede-
bant titulatos) ſic de Regentibus Regiam
Cancellariam, eſto quòd eſſent nouiter aſ-
100 ſumpti præcedent alios anteriores † non
tamen habentes titulum, neque dignita-
tem, & facit alias illationes ipſe de Ponte,
quem vide vſque ad num. 51. & 54. vbi
concludit, quòd quando tituli, & dignita-
101 tes ſunt æquales † attenditur prioritas te-
poris, ſed quando concurrit dignitas inæ-
qualis, & maior, attenditur maioritas di-
gnitatis, & non temporis, d. l. 1. C. de Con-
ſulib. & per ea, quæ ſubdam inferius ibi;
ſequor nunc &c. num. 116.

PRAELATI igitur, primo, & ceteræ ec-
102 cleſiaſticæ perſonę † vt ab ipſis, tamquam
à dignioribus incipiam, & in ordine poſi-
tis, vocantur ad parlamentum prædictũ,
& dicitur Bracchium Eccleſiaſticum. vt
clarius indico infrà in d. cap. 28. Regis Phi-
lippi, d. tom. 9. & prout ſubdam inferius, &
de quibus ſcripſit Boer. in tract. de author.
magni conſilii ſub num. 178. vbi quod Rex
in ſuo generali parlamento nedum habet
103 conſiliarios laicos † ſed etiam clericos, &
præferunt alios, Auth. habita, C. ne fil. pro
patr. ibi (*Epiſcoporum*, *Abbatum*, *Du-
cum*, *&c.*) poſt Ludouic. Bolognin. & alios,
cap. 1. verſic. hortatu, ibi (*conſilio Archie-
piſcoporum*, *Epiſcoporum*, *Principum*,
Ducum, *Marchionum*, *Comitum*, *&c.*) de
prohib. feudi alien. per Lothar. & in cap.
1. de prohib. feudi alien. per Federic. quan-
do etenim concurrit dignitas Eccleſiaſti-
ca, & ſecularis, eccleſiaſtica præfertur, Do-
minic. in cap. epiſcopus 17. diſt. cap. ſolitæ,
de maior. & obedient. & ita poſt Archi-
diac. Cardinal. Alex. Aluarott. & alios idẽ
Boer. in d. tract. de authorit. magni conſil.
num. 43. Freccia in d. tract. de ſubfeudis lib.
1. fol. 19. & 20. num. 25. cum ſeqq. & per
d. conſtitutionem Regni Imperatoris Fide-
rici, quam retuli ſupra ſub num. 12. ibi (*de-
bent etiam in hac Curia intereſſe Prælati*)
Bonadill. in d. politica, eod. lib. 3. cap. 7. ſub
num. 26. d. tit. (*del gouierno del ayuntamien-
to*) tom. 2. qui dicit, quòd Epiſcopi intrant
in parlamenta cum conſiliariis, ex lo. Lu-
cio, lib. 4. placitor. tit. 2. placito 2. Petr. de
Gregor. de ſyntagm. iur. part. 3. lib. 47. cap.
25. ſnu. 6. tamquam præſentati ab ipſo Re-
ge, vt ſuo loco vidimus, Belluga in ſpecul.
Princip. rubr. 6. §. 21. Surgent. de Neapoli,
illuſtrata, cap. 23. num. 36. Maſtrill. in d.
cap. 15. num. 44. d. part. 2. fol. 223. vel tam-
quam illi, qui poſſident feuda, vel Caſtra,
idem Freccia, fol. 18. num. 13. col. 2. & nu.
28. 29. & 30. vbi quod Archiepiſcopi non
vocantur ad parlamentum quia tales; ſed
quia feuda, & Caſtra tenent à Rege, con-
ſequenter feudorum dignitas, & poteſtas
attendi debet, dicit ipſe, cum veniant ad
parlamentum, & Concilium, ſecundum
quid, plus ipſe Freccia ſequitur, quòd hac
ratione inſpecta erunt minores aliis feuda-
tariis, & gradiari debẽt, & infert ad plures
quæſtiones, quæ eſto eſſent bonæ, non ta-
men puto valere in materia eccleſiaſtica,
quia bracchium eccleſiaſticum realiter cõ-
uocatur, non ſolum, vt feudatarium ſimpli-
citer, ſed tamquam eccleſiaſticum omnes
præcedens, vt dictum eſt, & ſufficiet, abſ-
que eo quòd totus Clerus conuocetur, vt
poſt Innoc. in cap. fin. de maior. & obed.
gloſſ. in rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo,
Anan. in cap. dilectus 2. de ſimon. Freccia
fol. 15. ſub num. 25. argumento eorum, quę
dico inferius in quinta declaratione; ideo-
que poſſeſſa per eos feudalia cenſentur, ex
adductis infra in d. 5. declaratione, & Præ-
lati ipſi videntur habere priuilegiũ à Rege
ipſo, vt dixi ſupra in d. capit. 456. Regis Al-
phõſi, in princ. eod. tom. 5. cum concordã-
tib. per eum poſitis, & propter feuda, & ca-
ſtra, quæ detinent, ex adductis ſupra in
cap. 54. Regis Martini propè finem, ibi (*&
del'eccleſia*) conuocantur ad dicta parlamẽ-
ta, vt concludit Marin. Freccia lib. 1. ſub-
feudor. in d. quæſt. inter Principẽ Salerni,
& Magnum Cancellarium, num. 30. fol. 19.
quem refert, & ſequitur de Noſtratibus
V. I. D. Antonin. Xibecca in ſuo compen-
dio, de iure patronat. num. 59. & ita habes
ſupra in dictis capitularibus 44. & 45. Re-
gis Martini d. tom. 3. quòd Rex dicit decre-
tare Capitula Regni cum conſenſu ipſorũ
Prælatorum, Comitum, &c. & ob id vide-
tur, quòd ex ordine litteræ apparet deco-
ratio, cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. vbi
104 Epiſcopi † Abbates, & alii Prælati ſem-
per præferuntur ſecularibus titulatis, & in
d. Auth. habita, C. ne fil. pro patr. vbi ex ordi-
ne litteræ ita eſt, Aponte d. conſ. 14. num.
57. & ſeq. & loquendo de ipſis Epiſcopis ſic
tradit idem Aponte in tract. de poteſt. pro-
regis, tit. de elect. official. §. 8. in fine, vbi re-
fert quaſdã litteris Regis Catholici Ferdi-
nandi, per quas ordinat, Epiſcopos præce-
dere Barones, & Comites, Marin. Frec-
cia d. libr. 1. de ſubſeudis eod. num. 25. cum
ſeqq. vbi quod hac ratione Epiſcoporum
dignitas ſit culmen dignitatis ex Fælin. &
Abb. & dixi ſuper Bulla, & Regia pragma-
tica poſt cap. Regni 355. Regis Alphonſi,
nu. 9. & ſeq. tom. 5. quia omnes antecellit,
& præit. & miror de ipſo Marino Freccia
in eod. tract. de author. & poteſt. Baron. lib.
2. tit. differentiæ inter feuda Regalia, n. 17.
fol. 247. vbi dixit quòd poſt Barones, & feu-
datarios ſedent Venerandi Epiſcopi, &
Abbates, niſi dicamus quod ipſe ſtatim
ſe corrigit dum ſubdit, & nota rationem
quare Prælati aſſident à dextera Re-
gis per Abb. in eod. capit. ſolitæ de maior.
& obedient. Angel. in l. cum ſalutatus,
C. ſent. paſſ. Nicol. Boer. in Addit. ad
d. tract.

d.tract. de authoritate Magni Conſilii.
Nec ab re requiritur concurſus dicti
105 Bracchii † ſpiritualis, eo quia tractatur de parlamentis, & oneribus imponendis etiam perſonis eccleſiaſticis,& hac ratione debet ipſum concurrere, ex adductis in d.cap.28.Regis Philippi verſic.Bracchium ſpirituale,& ſentiit Surd. conſ. 301. num. 67.lib. 3.per doctrinam Abbatis in d. capit. non minus, num.20.de imm. eccleſ. capit. fin. de feriis, cap. 1. de cenſib. nam quod omnes tangit ab omnibus approbari debet,Clement. 1. de cenſib. proſpicit. enim
106 ipſum bracchium † ſpirituale illam neceſſitatem & vtilitatem ab eccleſiaſticis ferendam,Angel.de Clauas in ſumma in verbo, immunitas, §. 37. in fine,& adducit etiam ipſe Surd. Purpurat. conſ.50. num. 6. in fine, Riminald.Senior. conſ. 740. num.7. & 8. vol.4.Bald.Iaſ.Caſtrenſ. Cepoll. & alios, qui dicunt, quòd communicandum eſt cõſilium laicorum, & eccleſiaſticorum, vbi adhuc onera eſſent imponenda Clericis (argum.eorum, quæ dixi ſupra in cap. 15. Regis Martini,ſub verſic. ligare, tom.3.)
Et conſequenter, ſi damus loca dignioribus,& antiquioribus, ergo ab eis deberet
107 incipi † vota, & reſponſiones, maximè ſi ita obſeruatū eſſet alias vt tactum eſt ſupra num.91.& ſeq.& dicunt DD.in d.l. 1. ff.de alb. ſcrib. Auendan.in d. cap. 19. Prætor. col.4. num. 14. Auilez in cap. 44. Prætor. gloſſ. 1. num.2. Azeued.in Addition. ad Piſam.lib.2.cap.4.num.10. in fine, de quibus per eundem Bouadill.in d.lib.3. cap.7. nu. 37.qui ſubdit,quòd caſu, quo talis conſuetudo non adeſſet in capitulis, & Congregationibus, ſiue adiuntamentis, tunc anti-
108 quior ex manu dextera † primum votet, & poſtea alius de manu ſiniſtra, qui immediatè ſubſequitur, & ſic deinceps vſque ad vltimos,qui ſedent in parlamentis. ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis d. l. 1. C. de Conſulib. vbi Platea,num.4.lib 12.l.2.§.ſeruius,ff.de origin.iur d.l.fin. C. de Tyronib. lib.12.l.2.C.de primicer.l.2.C.de præf.prętor.eod.lib.l.ſpurii.§.pen. ff. de decur. cap. 1.de controuerſ.feudi inter par.termin.§.vbi Bald. & Affl. Præpoſit. in cap. Epiſcopus, 17. diſt.Cæpoll.in tract de Duce milit.elig. in 33.priuileg. ætat. & 17. priuileg. dignit. Iaſon in l.gallus ſub num.57. ff. de liber. & poſth.& ibi Additio, Chaſſan. in Cathalog. glor. mundi,part.xi.conſider.17.col.2. Roman. ſingul. 81. Grammat. deciſ. 64. num. 32.Piſa in Curia d.lib.2. cap. 4. vbi Additio, Auilez in cap.44.Prætor.gloſſ.1.in princip. Auendan.in d.cap 19.Prætor.num.14.col. 4.Gregor.in l.7.gloſſ.2.tit.15. fol. 6. Et hæc
109 puto, quia † votandi prius vrget ambitio, & cauſat inuidiam, ideoque à maioribus incipitur, ex Bald.in d. tit. de controuer. feudi inter pa. cap. 1.& ex eccleſiaſt.capit. 37.ibi (*loquere maior natu, te decet primum verbum*) & ita communiter practicatur,vt in his adiuntamentis votent prius maiores. & antiquiores, infinitas doctrinas cumulat Marcus Anton. Surgentis, de Neapoli illuſtrata,lib. 1. cap. 1. num. 10. & ſeq. Bald.Roman. Chaſſan. Grammat. Cacheran. Tiraquell. Velaſc. Iacob. de Nigris, Freccia,Loffredd. &c. vbi ſic eſſe in Conſiliariis à latere Regiæ Cancellariæ, & in Neapolitano Collegio, & præcipuè inter Oratores,de quibus agimus, ad quam Maieſtatem miſſos. Quamuis tamen in ſimilibus circa dationem votorum in Parlamen-
110 tis in aliquibus partibus vſus eſt † vt à iunioribus inchoetur, adhoc, vt cum maiori animo eorum voluntates explanēt abſque metu antiquioribus contradicendi, vt ſic eſſe in eadem Ciuitate Neapolis & alibi vt dicam nunc teſtatur in Sacro Conſilio idem Surgent. num.12.nam Iuniores, poſt cauſæ Commiſſarium eorum afferunt opinionem, tamquam ad ſtudium, laboréque
111 aptiores † l. præcipiunt, ff. de ædil. edict. & per ea, quæ dixi in Conſuet. Panhor. cap. 68. num.54.& 55. & in cap.Regni 24. Regis Martini,num.14. & 15. tom. 3. neuè ab aliis ſeniores corrigi videantur Surgēt. & ob id inſpectanda eſt dicta conſuetudo, prout etiam ſic Franciæ,Portugalliæ,& in aliis partibus poſt Affl. deciſ. 1. de quo in ſupradicta Pragmatica tetigi cum ceteris, Nicol. de Lyra ſuper exodo, cap. 27. in gloſſ. verſic.nec in iudicio, & in Luſitania, per Gamm deciſ.1.num.11. l.6. Hyſpaniæ, tit.4.lib.2.recopilat.Piſa in Curia, d. lib.2. cap.4. vbi eadem Additio num. 10. Auiles in d cap.44.gloſſ.1.num.1.& 2. Chaſſan. in cathalog.gloriæ mundi, part.1. conſiderat. 17.Diodor. lib.8.qui ait, quod in votis dan-
112 dis in adiunctamentis † particulares prius votabant, & poſtea Magiſtratus ne libertas dicendi eſſet ſublata minoribus ob preſentiam & maiorum authoritatem ¶ Ve-
113 rum quòd iſti tales iuniores debent † tenere reſpectum quoad Ancianos, nec interrumpere eorum loquutiones, & cum modeſtia loqui neque ſint præſumptuoſi, nec multum loquaces, vt ſubdit ipſe Bouadilla. num. 39. per text. in d. l. 1. & 2. ff. dealb. ſcrib. d. l. 1.C.de conſu lib. lib.12. Ang. Chaſſan. Perez, Luc. de Penn. Azeued. Marcus Ant.de Camos, & ſimiles per eum citati, & cap.32.Eccleſiaſtices ibi (*adoleſcens loquere in cauſa tua vix, &c.*) & ibi (*in medio magnatum loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris*) & ibi (*noli verboſus eſſe,*) & quæ dixi in d. conſuet. Panhor. d. cap. 68. num. 54. & ſeq. & dicam cum Bernard. Sancto Sermon. 20.ſuper cantic. quouſque vos ſapientes eſtis in oculis veſtris; Deus ſe mortalibus credit, & vos in viis veſtris adhuc ambulatis, & quæ maior ſuperbia, quàm vt vnus homo tot congregationi iudicium ſuum præferat, tamquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei, idolatriæ ſcelus eſt, non acquieſcere, & quaſi peccatum hariolandi repugnare. Sicut adhuc in ſimilibus actionibus parlamētariis, aliàs
114 per ſuperiorem Conſulem dicebatur † vt quis ex Senatoribus reſpondere deberet,& votaret vt per Hotoman, de ver. iur. in fine,tit.de Senatu,cap.6. & 7. Patrit. de Republ.

Digitized by Google

publ.lib.3.tit.3.Piſa,& additio ad eum in d.lib.2.cap.4.num.1.Dion. lib.3. Guardiol.
de Nobilit.Hyſpaniæ,cap.32. in fine, Sueton.Tranquill.in vita Auguſti, Barth. Philipp.in tract.de conſil.diſcurſu 3. §.7. in fine,& per Aul.Gell. Noct. Atticar. cap. xi. lib.4. licet ſit alius modus votandi ſecretè per Buxulum, & per ballas, vt videbimus infra cap.97.propè principium.

Sequor nunc etiam ea,quę tetigimus ſupra, & dico maximè attendi debere talem præcedentiam, quando quis haberet
115 dupplicatam dignitatem † quia cæteris paribus aliis præfertur, vnde eſt, quòd primò licentiatus, & poſtea Doctoratus præfertur interim doctorato, ex Soccin. conſ.70. lib.4.Capyc.deciſ.27. nu.27. Dec. in cap.conſtitutis, num.6. de appellat. vbi infert,quòd probata paritate ſcientiæ,pręfertur melior ſanguine (& tetigi de iſto particulari ſupra in cap.7.Regis Martini, ſub primo quęſito,num.11.& ſeqq.tom.3.) Eſt verum quod quoties agimus reſpectu
116 actus † de quo tractatur tunc etiam ſi aliunde quis haberet maximum dignitatem, nō attenditur, niſi illa, quam habet reſpectu dicti actus, de quo quæritur, ita Mangrella loco citato ex Dec.conſ.161.vnde infert
117 quòd Epiſcopus, idemque Canonicus † ſedebit in Collegio, vt eius Canonicus, & Vicarius eodem iure,Freccia d.tit. de ſubfeudis Baron. lib.1.num 26.& 27.fol.20.Capyc.d.deciſ.27.loco citato Dec. vbi ſupra,
118 & infert † ipſe Freccia ad Doctores prædictos ſedentes vti Collegiatos,quia qui primum gradum aſſumpſerit, inſpicitur, non qui habuit dignitatem à Rege, idemque pono infra, num.137. quòd non habetur in conſideratione ſi quis habeat aureum vellus, hoc eſt il Toſone, vel eſt de ſanguineo Regio ibique ſuppleo in hoc, & per ea, quæ poſui ad commentaria S.P.Q.P. in Conſuetudinib. d.cap.xi. num.45.46. & 47. vbi dixi quòd non ob id acquirens mi-
119 norem dignitatem † perdat maiorem, ſed mutatur, vt ait Oldrad. conſ.239. Additio ad Bart.in l.qui liberis, §.hæc verba, litera B.in fine,ff.de vulgar.& pupillar. ſentit idē Io.Franc.de Ponte d.conſ.14.num.51. vbi quòd qui eſt in dignitate conſtitutus, & adeptus ſit alteram dignitatem minorem, non ex hoc dicitur derelinquere primam dignitatem maiorem, ſed alterum æqualem dignitatem habentem præcedere debet, ratio eſt,quia,vt tetigi ſupra illa prior maior dignitas remanet illi annexa,& inſeparabilis, quæ in actibus indifferentibus extra concilium, vel parlamentum, facit illam præcedere, concludens quòd quan-
126 do tituli † & dignitates ſunt æquales, attendimus prioritatem temporis,ſed quando concurrit dignitas inæqualis, & maior, attenditur maioritas dignitatis, & non tēporis d.l.1. C.de Conſulib. ¶ Sicuti è conuerſo tenuit idem Io. Franc. de Ponte in tract.de poteſtat.Proregis,tit.de elect. official.§.8.quòd promoti ad maiorem dignitatis locum, non aliter amictunt, ſed retinent etiam priuilegia maioris dignitatis, non autem propriam dignitatem, & ſic v.g.honorantias ſalis, ſacchari, & ſimilium retinent, videbimus infra in cap.32.limit.6,& per text. in l.3. C de dignitatib. lib.x. Leos, vbi Andr.de Barulo C. de excuſat. muner. lib.x.l.iubemus, & ibi idem de Barulo, C.de proxim. Sacror. Scrin. & in l. humilioribus, C. de ſuſceptor. lib. x. & propterea non ob id exercebit vtramque dignitatem, quia aliter eſſet contra mentem Capitulorum Regni diſponentium, non poſſe duo officia retineri, vt vidimus ſuis locis, & ſuppleo infra in d.cap.32.cum ibi concordantib. ampl.2. ¶ Eſt verum
121 quod econtra † ſi quis eſt aſſumptus de maiori dignitate ad maiorem non aliter retinebit priuilegia primæ dignitatis maioris,vt ſubdit ipſe de Ponte,num.7.& 8.ex Altarott.in cap.1.quis dicat.Dux, col.fin. Bald.in l.cum te,C.de nupt.Rebuff.& aliis,
122 qui ſubdit eſſe neceſſe † in hoc obtinere ſpeciale Regis priuilegium, & retinere poſſe primam dignitatem cum ſalario,abſque tamen adminiſtratione, & ita pluries practicatum fuiſſe, & nos vidimus in perſonas Illuſtriſſ. Don Modeſti Gambacurta,& Marchionis, Sanctæ Crucis Io.Baptiſtæ Celeſte, qui aſſumpti de officio Regentis ad officium Præſidentis in hoc Regno in Tribunalib. Conſiſtorii S. R. C. & Regii Patrimonii, præcedebant Præſidentē Iuſtitiæ, & ita poſt Franc. March. Io. de Platea, Aponte, & alios poſt hęc vidi Maſtrill. in tract.de Magiſtratib. cap. 4. tit. de Magiſtratuum præcedentiis, lib.5. part.2. per totum,vbi plura in materia præcedentiarum,& præſertim in fine de hoc. Ponam igitur hic in vnoquoque bracchio eas perſonas, quæ intrant in Parlamento, vt vſus fuit Calic. in extra. curiar.cap.2. cap. 6. num. 34. & 35. vbi enumerat perſonas, quæ interuenire debent, abſque tamen præiudicio vnuſquiſque, quia nulli intendo præiudicare, in his cathalogis, & tamquam ignarus poſſem errare, & incipiam ab ipſo bracchio ſpirituali, & eccleſiaſtico, ponendo prius Archiepiſcopatus, & poſtea Epiſcopatus, & ſic deinceps qui quomodo inter ſe ſint ſuffraganei, poſuit Fazell. in Hyſtor. Siciliæ,lib.1. cap. 1. in fine ad ſimilitudinem eorum, quæ recenſuit Marin.Freccia,in d.tract.de ſubfeudis, tit. de Prouinciis, & Ciuitatibus Regni fol. 50.lib.1.vbi etiam ſub num.57.fol.66. col.2. facit mentionem de infraſcripto Epiſcopatu Liparenſi, dicens quod eſt ſuffraganeus, & ſubeſt Archiepiſcopatui Meſſanæ.
123 BRACCHIVM Eccleſiaſticum † quomodo ſedeat in ordine in Parlamento?

Archiepiſcopus Panormi.
Archiepiſcopus Meſſanæ.
Archiepiſcopus Montis Regalis.
Epiſcopus Cataniæ, & eſt ſuffraganeus Montis Regalis.
Epiſcopus Syracuſarum, & eſt ſuffraganeus Montis Regalis.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcop⁹ Agrigẽti, ſuffragane⁹ Panormi.
Epiſcop⁹ Pactaru, ſuffragane⁹ Meſſanæ.
Epiſcop⁹ Cephaludii, ſuffragane⁹ Meſſanę
Epiſcop⁹ Mazarę, ſuffragane⁹, Panormi.
Epiſcop⁹ Maliæ, ſuffraganeus Panormi.
Epiſcopus Liparę, ſuffraganeus Meſſanę.
Archimandrita Meſſanæ.
Regius Cappellanus Regni.
Prior Sancti Ioannis Meſſanæ.
Commendator Manſionis.
Abbas Parci.
Abbas Sancti Spiritus.
Abbas Sanctę Marię Maniaci.
Abbas Sancti Angeli Broli.
Abbas SS. Petri, & Pauli Ytalà.
Abbas Sancti Ioannis l'Heremiti.
Abbas Sanctę Marię Noharæ.
Abbas Sancti Philippi de Argirion.
Abbas Sanctæ Mariæ la Igrutta.
Abbas Sanctę Marię Rocchemadori.
Abbas SS. Petri, & Pauli Agrò.
Abbas Sanctę Marię Maudanici.
Abbas Sanctę Marię Galà.
Abbas Sancti Pantalei.
Abbas Sanctę Marię Mili.
Abbas Sancti Michaelis Troynæ.
Abbas Sancti Gregorii de Ghibiſo.
Abbas Sanctę Marię de la Placa.
Abbas Sancti Philippi lo grande.
Abbas Sanctę Marię Roccadiæ.
Abbas Sancti Philippi Fargala.
Abbas Sanctæ Mariæ de Bordonaro.
Prior Sancti Andreæ de Placia.
Prior Sanctæ Crucis Meſſanæ.
Abbas Sancti Nicolai della Fico.
Abbas Sancti Eliæ de Ambula.
Abbas Sancti ſpiritus Calataniſſettæ.
Abbas Sanctę Trinitatis.
Abbas Sancti Nicandri.
Abbas Sãctę Catharinę Linguæ groſſæ.
Abbas Sanctæ Luciæ Noti.
Abbas Sanctę Marię Terranæ.
Abbas beneficiorũ S. Matthęi de la Gloria.
Abbas Sanctę Mariæ delle ſummarre.
Abbas Sanctæ Mariæ lo Boſco.
Abbas Sanctę Marię de Noua luce.
Abbas Sanctæ Mariæ Capicii.
Prior Sancti Iacobi de Naro.
Abbas Sancti Martini de Scalis.
Abbas Sancti Placidi.
Abbas Sancti Nicolai dell'arena.
Præceptor Sancti Calogeri.
Prior Montis Regalis.
Abbas Gangi lo vecchio.
Abbas Sanctæ Mariæ de Milo.
Abbas Sanctæ Mariæ l'oppidulo.
Abbas Sãctę Trinitatis de Caſtiglione.
Abbas Sanctæ Annæ la Portella.
Abbas Sanctę Marię dell'Arcò.
Abbas Sanctæ Anaſtaſiæ.
Abbas Sanctę Trinitatis Deliæ.
Abbas Terræ Condrò.
Abbas Sancti Philippi in Sancta Lucia.

Quomodo autem poteſt eſſe, vt Priores, & Præceptor præcedant Abbates, vt hic, dicam in d. cap. 28. Regis Philippi II. tom. 9. in verſ. bracchiũ ſpirituale, ex gloſſ. & Abbate in c. cũ illorũ, de ſent. excõ. cũ ſimilib.

Ponamus autem quòd aliquis ex ſupra-
dictis Archiepiſcopis, vel Epiſcopis mor-
tuus eſſet tempore dicti Parlamenti, an
124 Capitulum † ſede vacante habeat eandem
ſeſſionem, & præcedentiam, dico quòd
non, quia, etſi verum ſit, vt ipſum Capi-
tulum ſede vacante ſuccedat in iuriſdictio-
nem, ex Abb. in cap. cum olim, & cap. 15.
qui, de Maior. & obedient. Cardinal. Za-
barell. conſ. 35. Federic. de Senis conſ. 30.
num. 3. Aegidius Bellamera conſ. 27. num.
3. ex cap. 1. de inſtit. in 6. cum concordan-
tib. poſitis ſupra in cap. 8. num. 31. tamen in
illis actibus, in quibus aliquis debet requi-
125 rere eius conſilium † tunc capitulum non
ſuccedit, ſic poſt eundem Federicum de Se-
nis d. conſ. 30. & per text. in c. vnico, ne ſe-
de vacant. lib. 6. & ibi gloſſ. ait idem Abbas
vbi ſupra ſub num. 2. col. fin. quia hæ ſeſſio-
nes, & præcedentię ſunt indultæ perſonæ,
conſequenter non debent excedere perſo-
nam priuilegiati, cap. ſanè, de priuileg. cap.
petiſti, 7. quæſt. 1. Andr. in d. cap. vnico, ne
ſede vacant. in 6. Abb. loco citato, qui pul-
chrè ponit caſus, in quibus capitulum ſe-
de vacante ſuccedat, vel non, & arg. eo-
rum, quæ vidimus ſupra in 2. ampliatione
num. 68. Franc. March. deciſ. 801. Maſtrill.
in d. tract. de Magiſtrat. cap. 16. tit. de Pro-
rege, lib. 5. num. 172. part. 1. Sicuti videmus,
126 quod nec in iuriſdicione feudali † ſuccedit,
vt ibi per eundem Abbat. & in cap. fin. ne
ſede vacant. & in cap. verum de foro com-
pet. tanto magis quia capitulum ſede va-
cante cõſiſtit in pluribus vocibus, & Deca-
nus habet primam vocem, & inſedendo,
& ſubſcribendo, & deinde ordine ſuo Ca-
nonici antiquiores reſpectu antiquioris
inſtitutionis, vt ex eod. Abb. in cap. audi-
tis, col. 1. de elect. Don Ioann. Thierry in
Additionib. ad Bertacchin. verbo, Capitu-
lum, part. 1. col. 2. fol. 242. igitur eſſet im-
poſſibile, vt omnes in hoc actu parlamenta-
rĩ adſint, ideoque recurrendũ eſt, vt con-
ſtituant procuratorem.

SECVNDVM Bracchium, quod
127 conuenit † in hoc Parlamento eſt militа-
re, vt in ſupradictis Regni capitularibus
explicatur, & poſui in d. cap. 28. Regis Phi-
lippi verſic. Bracchium militare, d. tom.
9. de quo ſentit Bolognett. in l. cum quid,
num. 40. ff. ſi cert. pet. vbi quòd in Collate-
rali Concilio Milites, & Capitanei ſunt
aptiores, & meliores, etenim melius ipſi
128 præſtabunt conſilium Regi † in rebus bel-
licis, quàm alii, & in ſcientia militari prę-
ſumptione iuris præſtantiores ſunt, l. 1. ff. de
offic. Præf. Prętor. & conſequenter melius
præſtabunt auxilia, & præcedere debent
ordine ſuo, argumento Conſiliorum ſtatus
129 † de quibus poſt Io. Franc. de Ponte conſ.
14. tetigi ſupra in cap. 24. Regis Martini, in
fine, tom. 3. vbi quòd cæteros alios non ti-
tulatos præcedunt, addo Marcum Anton.
Surgent. de Neapoli illuſtrat. cap. 1. num.
9. ex adductis per eum. ſed melius, & latius
Maſtrill. in d. tract. de Magiſtratib. tit. de
Conſilio Belli, cap. 14. per totum, lib. 5. part.

2. vbi habent plures prærogatiuas ordine ſuo, Mariu. Freccia in tract. de poteſtat. & author. Baron. lib. 2. tit. differentiæ inter feuda regalia, ſub num. 19. fol. 247. qui dicit quòd in Collaterali Conſilio aſſiſtitur, dum res bellica tractatur, qua finita, à dicto Collaterali Concilio recedunt, nec vllam habent aliam authoritatem, vel iuriſdictionem, niſi eam, quam illis Dominus Prorex delegaret, & committeret, & vulgariter dicuntur Conſiglieri di ſtato, cum eorum merita augeantur, d. l. 1. C. de conſulib. Andr. de Yſern. in cap. ſi filii nati, num. 2. ſi de feud. defunct. milit. in vſib. feudor. Iacob. de Ayello in tract. de iure adohę, num. 15. cum ſeqq. Io. Franc. de Ponte in cod. tract. de poteſtat. Proregis, tit. 4. de Regalibus impoſit. num. 4. & 5. de quibus per Io. Baptiſt. Valenzuel. in d. conſ. 99. num.
130 56. vbi † quòd hi ſunt, qui tamquam pro ſeruitio Regio portantes pondus diei, & eſtus ſeruiendo ſe offerunt in rebus bellicis cum ſuis perſonis, ac bonis, & ſunt primi, qui ſe exponunt ordinariis periculis pro Dei, & ſuorum Regum ſeruitio, defenſione, & conſeruatione Regni, maximè in oblatione, & concurſu illorum donatiuorum, de quibus poſui ſupra num. 23. & in d. cap. 8. Regis Philippi, d. tom. 9. cum ibi citatis ad cap. 401. Regis Alphonſi, tom. 5. Surgent. de Neapoli illuſtrat. d. cap. 23. num. 36. Belluga in ſpeculo princip. d. rubr. 6. num. xxi. Calie. de ſici dub. d. cap. 7. num. 9. Maſtrill. loco citato, & num. 50. vbi ait
131 † quòd Barones comparent in parlamentis, & pro ipſorum tertis faciunt eorum oblationem, ex Bald. & Io. Franc. de Ponte cum ſimilibus citatis ſupra d. ampl. 2. nu. 50. & ſeq. & pono nunc modum ſeſſionis huius Bracchii.

QVO ordine ſedeat in Parlamento
132 † Bracchium militare, ideſt feudatarii, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones.

Princeps Buterę.
Princeps Caſtelli Veterani.
Princeps Petręprętię.
Princeps Paternionis.
Princeps Caſtelli boni.
Princeps Trabię.
Princeps Caſtri leonis.
Princeps Villę franchę.
Princeps Paecchi.
Princeps Rocchę floritę.
Princeps Scaletię.
Princeps Pantallarię.
Princeps Leonfortis.
Princeps Carinis.
Dux Biuonę.
Dux Terręnouę
Dux Sancti Ioannis.
Dux Miſilimerii.
Marchio Geracis.
Marchio Licodię.
Marchio Iulianę.
Marchio Auolę.
Marchio Fauarę.
Marchio Militelli.
Marchio Marinei.
Marchio Francifontis.
Marchio Ceratani.
Marchio Sambucę.
Marchio Rocellę.
Marchio Montis Maioris.
Marchio Spaccafurni.
Marchio Sortini.
Marchio Liminę.
Marchio Sanctę Crucis.
Marchio Sancti Laurentii.
Marchio Mottę fermi.
Marchio Montis aperti.
Marchio Turturicis.
Marchio Gibillinę.
Marchio Rocchę.
Marchio Altauillę.
Comes Mohac.
Comes Goliſani.
Comes Sancti Marci.
Comes Adernionis.
Comes Calatabillottę.
Comes Calataniſſettę.
Comes Cameratę.
Comes Mazareni.
Comes Cluſę.
Comes Aſſari.
Comes Raccudię.
Comes Buxemi.
Comes Viccari.
Comes Galeani.
Comes Montis Mellis.
Comes Comiſi.
Comes Naſi.
Comes Rachalmuti.
Comes Bauuſi.
Comes Baſtillę.
Vicecomes Francauillę.
Baro Ficarrę.
Baro Sancti Petri de Pactis.
Baro Montisfortis.
Baro Partannę.
Baro Ciminnę.
Baro Ferulę.
Baro Calatabiani.
Baro Ciramis.
Baro S. Anaſtaſię.
Baro Sancti Fradelli.
Baro Buccherii.
Baro Caſtanię.
Baro Palazzoli.
Baro Fluminis de Niſi.
Baro Sinagræ.
Baro Verię.
Baro Montis Albani.
Baro Sancti Stephani.
Baro Tripis.
Baro Longi.
Baro Gratteris.
Baro Iſnelli.
Baro Pictinei.
Baro Ceſarò.
Baro Prizzis.
Baro Saponarę.
Baro delli Martini.
Baro Condrò.

Ba-

Digitized by Google

Baro Motte de Camaſtrà.
Baro Linguę groſſę.
Baro Caſtellutii.
Baro Caſtelli ad Mare.
Baro Milili.
Baro Galati.
Baro Mauro Ioannis.
Baro Biſcari.
Baro Militelli de Valdemone.
Baro Aydonis.
Baro Noharę.
Baro Caronię.
Baro Palatii Adriani.
Baro Rafadalis.
Baro Gandigattini.
Baro Campiſranci.
Baro Guderani.
Baro Summatini.
Baro Salę, eſt Ducatus.
Baro Furnaris.
Baro Ganzarię.
Baro Caluaroſi.
Baro Venetici.
Baro Montis allegri.
Baro Sancti Michaelis.
Baro delli Miri.
Baro Caſtri Philippi.
Baro Caſalis noui.
Baro Deliæ.
Baro Moii.
Baro Gruttarum.
Baro Calamonaci.
Baro Mezzoiuſi.
Baro Valguarnerę.
Baro Catholicæ, eſt Ducatus.
Baro Sanctæ Ninphæ.
Baro Guido Mandri.
Baro Sanctæ Catharinæ.
Baro Aragonæ.

Video tamen plures alios Barones in Regno, qui non intrant in Parlamento, dicam in d.cap.28. Regis Philippi II. d.to. 9. Et ſic videtis ab ordine, quòd Principes prius poſiti ſunt, mox Duces Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones, &
133 vnus eſt hodie in Regno Vicecomes † vt hic legimus de Vicecomite Francauillę, licet olim erant duo, vt de vice Comite Galeani, de quo ſcribo infra in cap.90.in princip. in capitulis Admirati cuius dignitas eſt maior Barone, & minor Comite, propterea ſic in ordine eſt benè ſituatus poſt ipſos Comites, & ante eoſdem Barones, prout poſt Speculat. in tit. de Vicecomite, Gloſſ. Pariſienſ. in conſuet. Pariſienſ. §. 20. col 3. Marin. Freccia in tract. pręd. de ſubfeudis Baronum tit. de origin. Baron. num. 7. lib. 1. Intrigl. centur. 1. de feudis, queſt. 8. num. 81. & ita faciendo mentionem de hoc vno Vicecomite Frãcauillę teſtatur Dom. Maſtrill. in d.tract. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 9. tit. de Vicecomitis dignitate, part. 2. poſt Mozzi. Petr. de Gregor. Tholoſan. Cabed. Chaſſan. Bouadill. & ſimiles, vbi in Luſitania ſimiliter vnus adeſt, in Francia plures. Vnde ſine dubio maior eſt dignitas
134 ipſius Principatus † quàm Ducatus vt ait idem Freccia in d. additione, n.49. & 50. & ſeq. & iterum videtur reaſſumpſiſſe in tract. de author. & poteſt. Baron. lib. 2. tit. differentię inter feuda regalia, &c. fol. 246. à num. 15. cum ſeqq. vbi ſequitur hunc eundem ordinem, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & feudatariorum, & in tit. de offic. Magiſtri Iuſtitiarii, num. 30. cum ſeq. lib. 1. & prout aliqua dixi in d.cap. 28. Regis Philippi, d.to. 9. Vinc. de Franch. deciſ. 365. part. 2. addo poſt Luc. de Penna, & Bouadill. quę ſcripſi in pragmaticis. tit. 49. ſub num. 17. tom. 1.
135 pragmaticarum, vbi quòd Principes † quaſi primum locum capientes ex Virgil. Ciceron. Plin. & Luc. de Penna, eſto ducalis dignitas ſecũdũ eũ, ſit antiquior, ex l.1.C. de Conſulib. lib. 12. cũ cõcordantib. per ipſum Freccia, & ſubdit, hanc pręcedentiam, pręrogatiuam, & ordinem habere etiam illos feudatarios, & Barones qui poſſiderent feuda ſubiecta pacto de retrouendendo, vt ibi per eum, num. 58. quia adhuc ordo pręd ictus antiquitatis ſeruari deberet
136 † ex Fęlin. Sandęo, & aliis, nam negari nõ poteſt, vt qui vendidit feudum, etiam pacti, & prouidentię cum tali pacto de retro uendendo, interim nihil eſt, ſicuti quando quis patitur ſibi adiudicari feudum, ſed ſi vult, habeat, vel ſui habeãt, ratio eſt, quia pactum de retrouendendo habet in ſe aliã conditionem tacitam poteſtatiuam, ſi voluerit venire, vt poſt Ferdin. Boniorno in allegatione pro Comite Buxemi, verſ. quibus non obſtantibus lib. 1. feudal. ex DD. in l.2.C. de pact. int. emptor. & vendit. de
* com. * opin. teſtatur Soccin. conſ. 16. nu. 30. lib. 4. idem Ferdinand. Boniorn. in cauſa Donnę Beatricis de Brancifortibus cõtra Comitem Mazareni verſic. confirmatur, eod. lib. 1. feudal. & poſui infra in capit. 214. Regis, & Imperat. Caroli V. ampl. 1. tom. 8. pręlatio enim, & ſeſſio, ac vocum datio eſt aggregata feudo, vnde non habetur ratio, nec conſideratio, ſi aliqui eſto Principes, & Duces, &c. ſint de ſanguine Regali, vt vidimus ſupra in cap. 3. num. 13. vel de ordine Aurei velleris, vt dicunt del Toſone, vt ipſe Freccia tangit num. 51. & lib. 2. de authorit. & poteſt. Baron. lib. 1. tit. differẽtię inter feuda regalia, ſub nu. 24. fol. 249. qui dicit eſſe ordinẽ Sancti Michaelis Archãgeli, ad tradita infr. in c.75. & dicuntur fratres Domini, quia in hoc actu
137 † parlamẽti cõueniũt pro ſeruitio Regio tãquã feudatarii, & Barones, & illę qualitates non habentur in conſideratione, vt ſubdit idem Freccia vbi ſupra in eadem Additione, ante ſuum tractatum poſita, & per ea, quę habes ſuperius num. 117. 118. vbi quòd illa dignitas attẽditur, quę eſt reſpectu illius actus, qui exercetur, ex Mangrella, Dec. & aliis ibidem citatis (& aliqua ſi dabis Deus, videbitis in cap. 163. Regis & Imperatoris Caroli V. tom. 8. vbi tracto de pluribus Aequitum Religionibus) etenim in iſto actu parlamentari conueniunt omnes, vt feudatarii Barones, &c. inter quos qualitas

litas ſanguinis, nec alii pręualet,& in hoc
habetur, vt alius, & conſequenter illa di-
138 gnitas † quę non conuenit actui, licet per-
ſonę cohęreat, non habetur vt dignitas
quoad illum actum, quandoquidem illi a-
ctus conueniunt ad hoc ex pacto, ex con-
tractu, vel ex alia cauſa quam propria,
& ciſo geratur dupplex perſona, vna non
cohęret alteri, ſed ad inuicem ſeparantur,
pulchrè idem Marin. Freccia eod. lib. 1.
tit. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar. num. 29. cum
ſeqq. vbi tractando, an Dux Montisleonis,
qui fuerat aſſumptus ad officium Collate-
rale, ſiue Conſiliariorum guerrę, deberet
pręcedere Marchionem Vici etiam Colla-
teralem Conſiliarium qui ante ipſum Du-
cem fuerat aſſumptus, arguendo pro, &
cōtra, determinat in fauorem ipſius Mar-
chionis ex prioritate electionis, ex his, quę
vidimus d. num. 118. & per text. in d. l. 1. de
alb. ſcribend. regula qui prior, de regul. iur.
cap. antiqua, de priuileg. vbi Fęlin. in rubr.
per l. honores, C. de Decurion. & Rex non
inſignia dignitatis inquirit, ſed animi iu-
dicium, & conſilium, & ob id nominatio
dignitatis vim non facit, cum ſit appoſi-
ta gratia perſonę demonſtrandę, nec alte-
ratur principale propoſitum, quod ex rei
qualitate, & perſonę meritis dignoſcitur,
poſt Abb. Yſern. Bald. Carol. Ruyn. & ſi-
miles, & ita fuiſſe decisu pro illo Marchio-
ne ipſe Freccia teſtatur, cauſa cognita, &
viſis Allegationibus, ſub num. 33. Nec ad
hoc dignitas ordinata eſt, ſed rei qualitas
inſpicitur, arg. text. in cap. 1. de grad. ſuc-
ceſſ. in feudo, nempe de eo, qui coniun-
139 ctus eſt ex vtroque latere † vt non exclu-
dat illum, qui ex vno tantum coniungitur
ad ipſum feudum, de quo tractatur, vt in
ſua materia recordor ſcripſiſſe in cap. ſi
aliquem, quod eſt 33. Regis Iacobi, num.
31. & ſeq. & num. 58. & 59. tom. 1. ideoque
illius iuris potentior cauſa pręualet, quę
deducitur, vt magiſtraliter loquitur ipſe
Freccia in d. num. 50. ex Iacob. Rebuffo,
in l. vnicuique, C. de proxim. ſacror. ſcrin.
& per ea, quę ſuppleo infra in cap. ſubſe-
quenti ampl. 9. vbi de pręſtatione iuramē-
ti, & fidelitatis loquor. Et ſicuti videmus
ex ordine eſſe ſolummodo poſitos feudata-
rios Regis, ſequitur, vt ſubfeudatarii ipſo-
rum Baronum, & ſimilium excludantur
ab hoc colloquio, & ita poteris videre in-
fra in verſic. quinto declaro.

TERTIVM Bracchium eſt in ordi-
ne Demaniale, & ſunt Ciuitates, terrę, &
vniuerſitates de Demanio, vt tactum eſt
ſupra in hac 4. declaratione ibi (*ſic in Ciui-
tatibus*) & quaſi ſunt eędem, quę enume-
rantur ſupra in cap. 2. Regis Martini, to. 3.
cum illis pręcedentiis, vt ibidem, quarum
140 Syndici † Ambaſſiatores, ſiue procurato-
res comparent pro eis veluti repręſentan-
tes totum corpus Ciuitatis cuiuslibet, vt
poſt Specul. ait Marin. Freccia in Addi-
tione ſupra citata, ordine ſuo, num. 3. & 5.
Io. Montaygn. in tract. de author. Concilii,
vbi Boer. in Additione, verſic. & primo cu-
ria eſt, idem Marin. Freccia, in d. tract. de
ſubfeud. Baron. eod. §. fuit dubitatum fol. 14.
141 ſub num. 16. vbi quod † iſtę Vniuerſitates
conſtituunt eorum Syndicum & procura-
torem ad comparendum in parlamentis,
& pręſtandam vocem eorum nomine, &
ita ſeruatur, & indies videmus, Bellug. &
Surgent. de quib. per ipſum Maſtrill. d. cap.
15. num. 44. pulchre Freccia lib. 2. de author.
& poteſt Baronum d. num. 17. fol. 246. d. tit.
differentiæ inter feuda regalia.

QVOMODO ſedeant Ambaſſiato-
142 res † Ciuitatum, & Terrarum demania-
lium, & Regalium in ipſo Parlamento.

Panormus.	Felix.
Meſſana, & Caſales.	Nobilis.
Catania, & Caſales.	Clariſſima.
Syracuſa.	Fideliſſima.
Agrigentum.	Magnanifica.
Drepanum.	Inuictiſſima.
Pactæ, & Caſales.	Magnanima.
Cephaludium.	Placentiſſima.
Mazara.	Inclita.
Sacca.	Digna.
Notus, ſiue Neetum.	Ingenioſa.
Caltagironius.	Gratiſſima.
Troyna.	Vetuſtiſſima.
Thermæ.	Splendidiſſima.
Marſala.	Antiqua.
Leontinum.	Fecundiſſima.
Narus.	Fulgentiſſima.
Caſtrū Ioānis, ſiue Enna.	Inexpugnabilis.
Nicoſia.	Conſtantiſſima.
Alicata.	Dilectiſſima.
Politium.	Generoſa.
Tauromeniū, & Caſales.	Notabilis.
Platia.	Opulentiſſima.
Calataſibetta,	Victorioſa.
Randatium, (nænon.	Gratioſiſſima.
Meneus alias Mene, Me-	Iucundiſſima.
Sā Philippus alias Argire.	Integra.
Vizinis. (Erix.	Obedientiſſima.
Mōs Sancti Iuliani alias,	Excelſa.
Salemis.	Fidelis.
Corilionis.	Animoſa.
Miſtretta, & Caſales.	Imperialis.
Capitium.	Aurea.
Auguſta,	Veneranda.
Liparis.	Ignea.
Carleontinum Cæſarea.	
Caſtrum Reale, & Caſales. **Terræ.**	
Milazium,	
Sancta Lucia,	
Sutera,	
Rametta,	
Caſtrum nouum,	
Acis,	
Mola de Tauromenio.	

Quarum Vrbium, Ciuitatum, & terra-
rum prærogatiuas, & pulchritudines, ne
in meſſem alienā intrem, & vagus videar
à meo propoſito videte eruditiſſimū Fra-
trem Thomam Fazellum Ordinis Prædi-
catorum, relligionis illuſtriſſimę, in Hyſtor.
prædicta de rebus Siculis vſque ad librum
deci-

Digitized by Google

decimum Prioris Decadis, ſubleuat enim
me ab illo ordine obſeruato per eundem
Marin. Freccia d. tract. de ſubfeudis Ba-
ron. tit. de Prouinciis, & Ciuitatibus Re-
gni, lib. 1. fol. 55. cum ſeqq.

DECLARA quinto conſequenter,
143 vt in his parlamentis feudatarii † conuo-
cati videantur, vt tactum eſt ſupra, ampl. 3.
idem de Ponte d. conſ. 14. nu. 53. Bouadill.
eod. num. 16. & vidiſtis etiam ſupra in præ-
cedenti declaratione 4. ſub verſic. Præla-
ti, & infra in declaratione 12. quia, qui non
habent feuda, non admictuntur ad parla-
mentum, & ita ex inſcriptionibus ſolet fie-
ri in Regia Cancellaria, nempe, tali Prin-
cipi, Duci, Comiti, Marchioni, Baroni ta-
lis terræ, & ſic cum iſta denominatione
intrantes cum hac veſte feudali, quæ in
his attenditur, quoad introitum, ſeſſionē,
& prælationem, vt per Frecciam in d.
tract. de ſubfeudis, §. alia etiam, num. 13.
fol. 18. ex gloſſ. in l. decernimus, vbi Bald.
C. de Sacroſ. Eccleſ. gloſſ. in cap. benequi-
dem, diſt. 96. Alberic. in epiſtola inter Cla-
ras, col. 2. C. de ſumm. trinit. & fide Ca-
thol. & ſic qualitas feudi requiritur, non
alia, arg. textus in l. in delictis, §. ſi detracta,
de noxali. idem Freccia, num. 22. vbi quod
feudum, caſtrum, Comitatus, ac Curia
vocatur ad parlamentum, & per gloſſ. in
conſtit. Regni, Conſuetudinem, vbi Yſer-
nia, qui dicendo quòd feudum eſt homo
144 mutus † (nec miremini, quia ſufficit quòd
feudatarius non ſit mutus, vt dixi in capit.
volentes, quod eſt 28. Regis Federici, num.
351. cum ſeqq. tom. 2.) eius vigore loqui-
tur, agit, & excipit, & ſententia fertur
ſuper feudo, & contra feudum, ſubdens
ipſe Iſernia quòd ipſe feudatarius fungitur
vice duarum perſonarum, propria, & in-
tellectuali, & magis intellectualis attendi-
tur, quàm propria, ex Bald. conſ. 159. lib.
3. Gloſſ. Pariſienſ. in conſuet. §. 30. col. 260.
ſicuti idem eſt in ſeruitiis militaribus iuxta
tradita in cap. 110. Regis Federici, tom. 2.
in verſic. vt ergo, vbi quòd ex iſta conuoca-
tione ad talia parlamenta præſumuntur
bona feudalia ipſorum conuocatorum. Et
conſequenter inferunt feudiſtæ, quòd ſub-
145 feudatarii † non vocantur ad hoc genera-
le parlamentum, vt tetigi ſupra, quia vocē
non habent, ſicuti alii Barones, & feuda-
tarii, vt hanc partem negatiuam videtur
tenere Marin. Freccia in d. tract. de ſubfeu-
dis, tit. de origin. Baron. quæſt. 1. niſi pro
intereſſe, quod In multis contra eos verſa-
tur, & nihilominus cogitandum reliquit,
& poſt eum Cumia in cap. ſi aliquem in
verbo, ſubfeudatarium, num. 6. fol. 94. in
antiquis, & clarius quòd non intrent, ad-
ducendo prius decem argumenta in fauo-
rem ipſorum ſubfeudatariorum, idem Ma-
rin. Freccia in eod. tract. de ſubfeudis Ba-
ronum in d. verſ. fuit dubitatum, eod. lib.
1. à num. 1. fol. 13. vſque ad num. 22. & mox
à d. num. 22. vſque ad finem in hanc par-
tem videtur inclinare, eſto adhuc dubius in
fine, per plura tamen validiora argumenta

quòd non admictuntur, & dicit hanc quæ-
ſtionem fuiſſe nouam, & quotidianam,
neque tactam a Parid. de Puteo in tract.
de reintegrat. feudor. quia quando Rex, ſi-
ue eius Vicerex, conuocat Barones, &
feudatarios intelligitur vtique de illis
ſenſiſſe, qui habent in ipſis feudis vtile do-
minium, & conſequenter verba capiuntur
146 † in digniori, & potentiori ſignificatione
ſui, vt dixit idem Freccia d. num. 22. &
recordor ſcripſiſſe in noſtris commentar.
Conſuet. Panormi, cap. xi. num. 35. & cap.
35. num. 27. vbi ex recipe Medicorum, di-
centium, Recipe ſpicæ, roſarum, caſſiæ, in-
telligitur, ſpicæ nardi, roſarum rubearum,
caſſiæ ligneæ, & ſic in potiori ſignificatu,
ac digniori, vbi plures ſunt ſpecies, ex Sa-
ladino Medico, & aliis poſt Tiraquell. ci-
tatis, l. 1. vbi gloſſ. & DD. ff. de verbor.
obligat. ibique Iaſon, & in l. imperium, ff.
de iuriſdic. omn. iudic. Fælin. in rubr. ff. de
offic. deleg. Innoc. & alii in d. cap. ſolitæ, de
maior. & obedient. ideoque tantum ſufficit
eſſe conuocatos in hoc parlamento prin-
cipales, quaſi conſules, non habitatores au-
tem villarum, & terrarum, vt per Io. Ant.
de Montaygne in d. tract. parlamentorū
vbi Nicolaus Boer. in §2. Additione (ſicuti
dixi ſupra in primo Bracchio, num. 163. eſ-
ſe ſatis conuocatos Prælatos, non autem
totos Cleros, & ſic, ſi habeamus reſpectu,
& oculum ad ipſos feudatarios principali-
ter conuocatos, & poſſidentes feuda, de-
bemus intelligere de poſſidentibus feuda
ipſa integra, quia, qui non poſſidet integrū
feudū, non intrabit in parlamentū cōſtitu-
tum à Rege per dictas litteras, & ordina-
tiones eius Vicariis directas, non videtur
enim habere id, per quod dicitur feudata-
rius, eſto poſſideat partem ipſius feudi, v.
g. ex diſpenſatione Regia, quia aliter non
poteſt eſſe, dum per d. cap. volentes feuda
debent integra in vna, eademque perſona
perſiſtere, vt ibi latiſſimè vidimus in reſtrict.
2. nu. 267. cum ſeqq. & num. 304 d. to. 2. &
ex not. per Andr. in cap. 1. §. hoc quoque,
de ſucceſſ. feudi, per text. in l. quod in rerū,
§. 1. ff. delegat. 1. & ſic diſpenſatio ſo-
la hoc poteſt efficere, vt ibidem, num. 370.
& pulchrius declaro infra in d. c. 12. ampl.
4. vbi quomodo ſubfeudatarius præſtabit
ſeruitium, & cui, Rex igitur vocat ſuos
feudatarios in parlamentum, iſte ſubfeu-
datarius non eſt huiuſmodi, ergo in eo non
aſſiſtet, maximè vbi nō poſſent ipſi ſubfeu-
datarii reportare damnum, vt ſubdam infe-
147 rius latius, ſubfeudatarii † enim non habēt
veridice, & propriè ipſum vtile dominium
ſuperius, ſed ſubalternum, & inferius, ſi-
cut quandam chimeram, vt latè poſt Cu-
miam, & Petr. de Gregorio ſcripſi in cap.
35. Regis Iacobi, num. 54. tom. 1. & voluit
ipſe Freccia, num. 23. Item quia ipſi ſubfeu-
datarii potius dicuntur vaſſalli Baronum,
à quibus habuerunt ſubinfeudationem me-
148 diatam, & conſequenter vaſſallus † vaſſal-
li mei non eſt meus vaſſallus, vt per eun-
dem Freccia, num 24. & ſeq. per gloſſ. in
cap.

Digitized by Google

cap legitur, 30.diſt.Fælin.in cap. quæ in
Eccleſiarum,de conſtit. Bald. in cap. dile-
cti, de dol. & contumac. & multos cumu-
laui in d. cap. Regni 35. Regis Iacobi, nu.
55.cum ſeqq. vbi feci plures illationes ad
fideiuſſorem fideiuſſoris mei,colonum co-
loni mei,debitorem debitoris mei,quia nō
eſt meus fideiuſſor, nec meus colonus, ne-
que meus debitor,& plura etiam congeſſi
in cap. 10. Regis Martini, num. 91. cum
ſeqq. & in cap. 54.num.33. tom. 3. & in
deciſ.M.R.C.29.num.10.& in Regiis Prag-
maticis, tit.45. num. 17. cum ſeqq. tom. 1.
earundem pragmaticarum, & per conſe-
quens ſeruitium præſtant Baronibus, non
Regibus, vt dicam infra in d. cap. ſequen-
ti, d.ampl.4.& licet in d. deciſ. 29. & in
ipſis pragmat.ac locis ſupra citatis dixerim
149 quod hoc nō procedit in Rege † quia vaſ-
ſallus vaſſalli mei eſt eius vaſſallus, vbi ſub-
audiui, etiā quo ad ſupremū dominiū, eſt
etenim dominus domini ſui, nec per hoc
exercet iuriſdictionē,ſed Baro, ex Bald. in
l. 1. ff. de rer. diuiſ. Freccia vbi ſupra, &
eſt improprie dominus, nec verè dicitur
ſubſeudatarius eius vaſſallus, ſed intelligi-
tur de eo, qui actu, & habitu immediatè
ſubeſt domino Regi ad tradita infra in
cap. ſubſequenti num. 22. cum ſeqq. poſt
Innoc. Abb. Hoſt. Io. Andr. Salyc. Butr.
Alex.Petr. Ant.de Petra,Afflict.Surd. Apō-
te,& mille ibi adductos, nēpè de vero feu-
datario, qui eſt ſibi fidelis, & Rex habet
150 in eo maius † inſpectionem, argum. eorū,
quæ ſcripſi in Ritu cap.193. tom. 4. ex eod.
Freccia,& Baro reſpectu eorum, quę con-
ceſſit ſuo ſubſeudatario, ſemper habetur
pro poſſeſſore, quo ad Regem, vt ſubne-
ctam inferius, tam quo ad præſtationem
ſeruitii, quàm releuii, & aliorum, & in
hoc operatur illa clauſula (*iuribus Regiæ Cu-*
151 *riæ,& alterius ſemper ſaluis*) † de qua ſcripſi
in d.cap.volentes,nu.477. & 478. d. tom. 2.
& in deciſ. M. R. C. 99. num.39. & in ca-
pit.418.Regis Alphonſi, num.21. tom. 5. &
de qua per ipſum Freccia vbi ſupra in d. §.
ſiue verſic. fuit dubitatum, num.27. qui di-
cit quòd hinc eſt, vt ipſe Feudatarius non
152 debeat intereſſe in ipſo parlamento † eſto
incidenter, & inconſequentiam lædi poſ-
ſet ex taxa & grauitiis, etenim hoc inte-
reſſe iam illi poſſet eſſe ſaluum, ſi contige-
rit poſtea cum feudatario contendere de
quantitate, & modo oneris impoſiti, quia
prætenderet minus eſſe, & in quantitate,
& tempore,ex adductis per Andr. in cap.
ſi vaſſallus, il 2. ſi de feud.ſuer.controuerſ.
Bald. in l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pi-
gnor. gloſſ. in l.cum miles, ex quib. cauſ.
maior. in verbo, facienda, Moderni in l.
de vnoquoque,ff. de re iudic. & in l. nam
ita diuus, ff. de adopt. quod intelligo ſtan-
tibus pactis,initis fortaſſis in hoc propoſito
inter ipſos feudatariū, & ſubſeudatarium,
vtputa de faciendo eum immunem ab om
nibus donatiuis, tandis Regiis, collectis,
&c. & ſeruando eum franchum, alias ipſe
Dom. Freccia non benediceret, & parcat
mihi pro modo tantus vir, quia ipſe vide-
tur ſentire, quòd ſubſeudatarius poſſet cō-
153 tradicere † in oblationibus ipſorum dona-
tiuorum, nego enim hoc, nam licet non
cōtribuat in donatiuis,quę fiunt in his par-
lamentis, vt fuit determinatum per Re-
giam Cameram Neapoli,prout refert ipſe
Freccia in d. §. fuit dubitatum in fine, de-
beat tamen ſubferre. & ſibi conglutinare,
vt ita dicam, quemadmodum populares
faciūt,& plebæi, qui ſubferūt hæc, vt vidi-
mus ſupr.in d.n.51. & 52.fol. 32. & 33. & hac
de cauſa dicitur in textu cap.1. de probib.
feudi alienat. per Lothar. quòd in Conci-
lio Corradi non interfuerunt minimi Val-
uaſores, qui a Capitaneis feuda obtinebāt,
nam iſti ſubſeudatarii non ſunt vere nobi-
154 les † ſed, vt plurimum ſolent eſſe ignoti,
genere obſcuri, nec celebri fama conſpi-
cui, vnde nō eſt veriſimile hoc velle cōuo-
care Princeps cū dictis ſuis proceribus,Ma-
gnatibus, & nobilibus, vt poſt Tiraquell.
in tract. de Nobilitate fol.1. Andr. & alios
in puncto loquens ait idem Freccia, num.
32.33 & 34. & ſcripſi latiſſimè in d. capit.
Regni 34. Regis Federici,col.1. 2. & 3. vbi
155 quod Valuaſores, & ſubſeudatarii ſunt
vnum, & idem, nec eſſe Nobiles propriè
quia in Gallia vocantur retroſeudatarii,
nec ſunt nobiles, niſi de Regio aſſenſu poſ-
ſiderent caſtrum cum vaſſallis, vt poſt Ca-
pyc. Chaſſan. & alios ſcripſit Intrigliol. de
feudis,art.5.num.594.cum plurib.ſeqq. cē-
tur. 2. Mozzius in tract. de feudis rubr. de
his,qui feud.dar. poſſ. ſub num. 15. Zaſius
in tract. de feudis, part.5.num.3. intelligē-
do de ipſis minoribus Valuaſoribus,quia
Valuaſores maiores alii ſunt & verè feu-
datarii non ſubſeudatarii, vt erant illis
Northmanni de Genere Roberti, & Ro-
gerii, qui valuaſores appellabantur, &
Guiſtardi ex giro, & circuitu regionum
vt poſt Fælin. Sandeum in epitomate Re-
gni ait idē Frecc.eod. tit.de ſubſeudis.lib.1.
de origin.feudor. nu.73.col.2.fol.6. & in 2.
tit. de origin.Baron. d lib.1.num.8.fol.5.&
ſuo loco dante Domino videbimus ¶ Im-
mo, eſto, ipſi ſubſeudatarii diſſentient, &
eſſent opinionis contrariæ ab eo, in quo
ſentiunt Barones feudatarii, debet ſilere
iudicium ſuarum mentium, ſtante quòd ex
concurſu ipſorum feudatariorum veluti
156 maiorum infertur præiudicium † quoad
ipſos tanquam minores, arg. l. fundi, & l.
fundum, ff. de except. rei iudic. quoniam
perſona dominorum Baronum debet vide-
ri ſibi ipſis ſubſeudatariis ſancta, & hone-
ſta, ex Andr. in cap. porrò, Gloſſ. Pariſienſ.
ſuper Conſuet.§.1. gloſſ.1.num. 14. ¶ Ne-
157 que minus ſi iidem ſubſeudatarii † idem
ſentirent, & concurrerent cum feudata-
riis dominis ſuis, poſſint cenſeri ex hoc
duæ voces, aut duo iudicia, nam nec fa-
ciunt numerum maiorem, cum pro vno
reputentur inſpecto ſtipite feudi, quod eſt
vnum, & idem feudum, licet vnus poſſi-
deat directo, alius vtiliter, ille totum, iſte
partem totius, & per ea, quæ ſuppleo in-
fra huc

fra huc

ſra hic in d.cap.ſubſequenti, quod eſt cap.
12.in ead. ampl. 4. & quamuis poſſit repli-
cari quòd idem iuris eſt de toto, quoad to-
tum,& de parte,quoad partem,vt per l.quę
de tota,ff.de rei vendicat, cum concordāt,
ideoque quemadmodum ſeudatarii, qui
poſſident ſeuda integra, & tota,intrant in
parlamentum,ſic & de ſubſeudatariis poſ-
ſidētibus partes ſeudorum,ſeu quotas,atta-
men hoc argumentum de toto ad partem
nō procedit in;indiuiduis, & ſeudalibus,vt
dixi in d.cap.volentes,reſtrict.1. nu.247.d.
to.2.& vbi ſubeſt diuerſa ratio, prout mul-
tas videmus eſſe rationes in hoc propoſito,
de quo loquimur, nō procedit d. l. quę de
tota, vt ibidem adnotaui ex Tiraquell. in
tract. de retr. lignagier, ad finem tituli,
quæſt. x.& xv.n,73. cum plurib. ſeqq. Dec.
in l. non debet in fine,ff.de regul.iuris,Abb.
in c.paſtoralis,§.itē cū in totū, ff.de off.de-
leg.Aret.cōſ.164 diligēter, col. 3. cu ſimili-
bus, inſerens ipſe Freccia, num.29. quòd
ſeudatarius, & ſubſeudatarius dicuntur
vnicum ſeudum poſſidere quoad Regem,
ideoque vnica debeat cenſeri eſſe vox, &
perſona interesſēdi in hoc parlamento,&
ob hanc cauſam non intrant ipſi ſubſeuda-
tarii, argumento tutelæ,quæ licet a pluri-
bus adminiſtretur,vna eſt tutela.vna eſt ſo-
cietas, eſto à diuerſis ſociis gubernetur,
vnum eſt Collegium, licet diuerſæ ſectæ
ſint collegiati, vna eſt nauis, eſto in ea di-
uerſi ſint officiales, ſicuti totum Regnum
vnica prouincia eſt,vt de his omnibus exē-
plificat ipſe Freccia, d. num. 29. nec inſiſto
pro modo in his omnibus exemplis,eadem
eſt Baronia, licet ſcindatur inter plures,
qui eam poſſident, & num.28.dicit, quòd
hoc fit gratia fructuum percipiendorum
ex ſeudo obuenientium,& gratia commo-
ditatis, non vt ſeudum ſcindatur in duo,
quia eſſet prohibitū, dum debet indiuiſum
eſſe vt ſuperius iam dictum eſt,& ſubdit ip-
ſe Freccia, num.31, quod eadem eſt Baro-
nia,licet ſcindatur inter plures, qui eam
poſſident, & ex gloſſ. Pariſienſ. ſuper con-
ſuet.d.§.1.in gloſſ.1.ſol.14.ſubditur quod ſub-
ſeudum dicitur eſſe pars ſeudi dominantis,
non aliter ex toto ſeparatum, per text. in
l. talem, in fine, ff. de hæred. inſtit. quæ
omnia intelligo reſpectu Regis, à quo
prouenit ſeudum, cui nullum generatur
præiudicium arg.proprietarii,qui ſemper
remanet intactus & illæſus eſto emphi-
teuta faciat alias ſubemphiteoticationes,
vt ſuis locis dixi,quia reſpectu ſeudatarii iā
ſeparatum eſt,& diuiſum ſeudum, maxi-
mè accedente diſpenſatione Principis, ex
prædictis ¶ Solummodo ipſis ſubſeudata-
158 riis eſt permiſſum intrare ✝ vt procurato-
res ipſorum ſeudatariorum in Parlamento
hoc, & tunc non poſſent eſſe vnius voti
tamquam procuratores, & alterius nomi-
ne proprio, vt per text. in cap. ſi quis iu-
ſto,§.porrò,de elect. In 6. vbi gloſſ. Abb. in
cap.quamuis,de offic.delegat.Fulgoſ.conſ.
118.idem Freccia ſub d.num. 28. in fine.
Neque refragatur dicere, quòd de ip-
ſorum ſubſeudatariorum intereſſe in d.
parlamento tractetur, qua de cauſa debe-
159 rent aſſiſtere, & dare vocem ✝ quia hoc
poſſet procedere, quoties principaliter ne-
gotium ad eos ſpectaret, non autem ſecū-
dariò, vel incidenter, vnde, dum ille actus
intereſſendi in parlamento principaliter
reſpiciat Barones, & ſeudatarios qui ſunt
immediatè,& in capite inueſtiti à Rege,vt
in d.cap.34.& 35.Regis Iacobi vidimus, d.
tom. 1. ſubſeudatarii vero inconſequentiā
prætendunt intereſſe, & in hoc fortaſſe
poſſet procedere illud,quod ait idem Frec-
cia in d.tract. de authorit. & poteſtat. Ba-
ronis, tit.quis dicatur ſeudatarius In Re-
gno,num. 4.& 5. lib.2. qui ait quòd iſto ca-
ſu poſſint conuenire in vnum, & ipſorum
loco eligere vnum,vel plures, qui accede-
rēt ad Parlamentum ex traditis ſupra, nu.
61. cum ſeqq. argumento procuratorum
conſtitutorum, vt dixi in conſuet. Panor.
cap.74.num.28.& cap.75.28.& 19. & infra
in d. cap. 64. ampliation. 2. verſ. & hinc
naſcitur, allegat notata per Iſern. in cap.
1. col. 3. de controuerſ. feudi apud pares
terminand.cum eundo ad parlamentum
inſtitutum a Rege, & loco eius à Prorege,
dicantur Regi ipſi inſeruire, & ceſſat ra-
tio, dicit ipſe, quare ipſi non poſſunt aſſi-
ſtere:quia nempe non habent integrum
ſeudum, & non ſunt propriè, & verè feu-
datarii in Regno, iam enim ab eiſdem ele-
ctus, & deputatus repreſētat perſonas ha-
bilium vniuerſaliter, & gregatim conſide-
rando ipſos & non ſingulariter, quia mul-
ta poſſunt fieri vniuerſaliter, quæ non ſin-
gulariter, iuxta illud (& quæ non proſunt
ſingula multa iuuant)l.inſtrumenta,& l.ra-
tiones.C.de prob.cū ſimil per l.fundū,ff.de
ſeruit.ruſtic.prędior.DD.in c.eū omnes,de
conſtit Andr.in proęm. conſtit.Regni, col.
7.conſequenter perſona habilis eſt illa,quę
aſſiſtit in parlamento pro facientibus, &
conſtituentibus vnum ſeudum integrum,
& etiam plura ſeuda, & cauſa impediens
ceſſat, ergo pro his omnibus poteſt aſſiſtere
& comparere, & eſt ratio, quia non eſt
aliquis defectus, vel impedimentum per-
ſonæ ſed rei ſingulariter de per ſe conſi-
deratæ, vt ibi per eum, qui idem dicit eſſe
in eo, qui eſt monitus ad ſeruitium milita-
re,quia qui poſſidet parum ſeudi,non inclu-
ditur in edicto, vt dicam infra in d. cap. 71.
in verſic. durante, ibi vndecimo intellige-
rem, cum ibi citatis.
DECLARO Sexto ſolere obſeruari,
vt antequam proponantur aliqua in ipſo
160 Parlamento ✝ videatur ſi in alio proximè
elapſo adiunctamento, & colloquio fue-
rint exequuta ea omnia, quæ ibi præpoſita
fuerunt, quia nihil prodeſt determinare
quicquam,& non exequi, ex traditis ab eo-
dem Bouadill. in politica, d.cap.7.lib.3. lo-
co citato.num.29.tom.2.ex l.2. §. poſt ori-
ginem, ff.de origin.iur. Solon Epimenidi
apud Diogenem,Laert. lib. 1. de vitiis, &
moribus Philoſophię, Thomas Morus lib.2.
de optim.reipu.ſtatu,Piſa in Curia, lib.2.c.9.
DE-

Digitized by Google

DECLARO ſeptimo, vt id, quod pro-
161 ponitur in Parlamento † non ſtatim in
eodem die propoſitionis concludatur, ſed
in ſequentem ſeſſionem; , vt conſulti po-
tius, quàm cito loquatur. ſic ipſe Bouadill. d.
nu. 29. allegat eundẽ Thom. Moru lib. 2. de
optimo Reipub. ſtatu, qui voluit, vt in ſe-
quentem Senatum differatur, nequis vbi
quod in buccam, vt aiunt, primum vene-
rit, temerè effuſerit, ſed ea potius excogi-
tet, poſtea quibus decreta tueatur ſua,
quàm quæ ex Reipublicæ vſu ſint, malit-
que ſalutis publicæ, quàm opinionis de ſe
iacturam facere, peruerſo quodam, ac
præpoſtero pudore, ne initio parum pro-
ſpexiſſe videatur, cui proſpiciendum ini-
tio fuit; Piſa in d. Curia lib. 2 cap. 9. Rip.
lib. 7. reſponſ. c. p. 12. & 13. vbi quod quan-
162 do præcedit tractatus † ceſſat conſpiratio-
nis ſuſpicio, Bald. in l. aduerſus verſic. & ſic
eſt, C. de furt. Angel. in l. nunquam, de pri-
uat. delict. Zabarell. in Clement. paſtoralis
in pract. ſub n. 2 de ſenten. & re iudic. De-
cian. in tract. criminal. lib. 7. cap. . num. 2.
Angel. conſ. 22. nu. 1. Pariſ. conſ. 166. nu. 19.
lib. 4. Berous conſ. 175. num. 15. lib. 3. Grat.
conſ. 52. Bertazol. conſ. 62. lib. 1. Boer. deciſ.
262. nu. 3. & ſuo loco videbimus, quia non
placet mihi hoc exemplum, nam peſſima
eſt conſpiratio magis peſſimus tractatus, &
econuerſo, per ea, quę ait Farinaz. in tract.
de crimin. læſæ Maieſtatis quæſt. 113. in-
ſpect. . & quæſt. 116. §. 4. nec eſt locus pro
modo in hac materia, & tangitur per Re-
uer. P. Petrum Gambacurta Societatis Ieſu
in tract. de immun. Eccleſiar. lib. 5. cap. 44.
verſ. ſecunda dubitatio, & per ea, quæ tra-
dit idem Bouadill. d. lib. 3. eod. cap. 7. num.
35. in d. tit. (*del gouiermo del' ayuntamiento*)
vbi ait ex Patrit. de Republ. tit. 1. fol. 199.
quòd quando res ad Senatum, ſiue ad Par-
lamentum refertur, non omnes in vnam
ſententiam veniunt, ex his, quæ ſcripſi in
pragmat. 8. tit. 2. de offic. Iudic. M. R. C. ſub
num. 6. tom. 1. ipſarum pragmat. Munnoz
de eſcobar. de ratiocin. adminiſtr. cap. 33.
num. 2. ſed alii veritatem ſequuntur, quæ
163 † vt Plato in legibus ſcripſit, res præclara
eſt tamquam amanda, & colenda, vt dixit
Bald in tract. ſchiſmat. col. 1. per l. cum
ita, ff. de condit. & demonſtrat. l. vnic. C. de
latin. libert. toll. verum non facilè perſua-
deri poteſt, vt per Federic. de Senis conſil.
254. in princ. facit 2. ad Thimoth. cap. 4.
Gregor. ſuper Ezechiel. homil. xi. Matth.
cap. 7. Eſay. cap. 9. Oſea, cap. 4. & per tradita
ab Alberic. in ſuo dictionar. in verbo, veri-
tas, alii autem aurem popularem captant,
& vulgi rumorem hauriunt, in eamque
partem ruunt, in quam populus aſpirat, hi
plerumque falluntur, nihil enim rerum
mortalium, tam inſtabile eſt, ac fluxum,
quàm voluntas, ſenſuſque ciuium, & poſ-
ſunt facere etiam pro eis, quæ videbimus
infra in d. cap. 64. Verum quòd in rebus fa-
164 cilibus † non requiritur tanta deliberatio,
vt ſubdit ipſe Bouadill. num. 30. ex textu l.
item eorum, §. ſi decuriones, vbi Bart. ff.
quod cuiuſque vniuerſ. nomin. & in l. 1. §.
dicta, num. 7. ff. de opiion. legat. Roman. cõ-
ſil. 116. verſic. tertio, DD. in l. vnum ex fa-
milia, §. ſi de falcidia, num. 2. & 3. ff. de leg.
2. Auilez in cap. 7. Prætor: num. 1. & ſeq.
Ideoque, quando Dominis Parlamentariis
non videtur concurrere, poſſunt contradi-
cere, vt tetigi ſuperius ampl. 2. ibi (ac etiã)
165 quia dicitur quòd Conſiliarii † conſen-
tientes tacendo malè geſtis in conſilio, ſi
non contradicunt expreſsè, peccant, & pu-
niuntur ſicut facientes expreſsè, ſecundum
Innoc. & Abb. in cap. 1. de his, quæ fiunt à
maior parte capit. Aemil. Maria Manoleſſi
ad Bertacchin. in repertorio, verbo, Con-
ſiliarii part. 1. fol. 468. licet quandoque ma-
gis prodeſt tacendo, quam ſecundum con-
ſcientiam reſpondendo, vt dixit Bald. in
in cap. bonæ memoriæ il 2. de poſtulat.
Prælator. Aſtl. in d. conſtit. Regni, Capita-
neorum ſub num. 6. tit. 41. de offic. Capita-
neorum, lib. 1. & per ea, quæ ſcripſi ſupra
in cap. Regni 24. Regis Martini, num. 12.
10. 3. addo ipsũ Bouadill. in ſua politic. lib. 1.
cap. 3 num. 14. tom. 1. & ibi gloſſ. Petr. An-
ton. à Petra in tract. de poteſtat. Princip.
cap. 1. ſol. 1. col. 4. ex Bald. conſ. vlt. col. 5.
166 part. 1. qui dicit, quòd hinc naſcitur † vt
Principes in multis eorum actibus non vi-
deantur ſe benè, ſed malè gerere, & hoc nõ
ex ſe, ſed ex malo conſilio ſuorum officia-
lium, idem Bald. conſ. 326. num. 5. lib. 1. vbi
poſt Senecam ait quòd præ timore, vel ni-
mia reuerentia non eſt qui verum dicat,
nec cantare, placebo Domino in regione
viuorum ex cortice verborũ, vt poſt Aſtl.
& alios tetigi in proæm. capitulorum Re-
gis Federici, num. 54. tom. 2. pulchre Ioann.
Montaygne in d. ſuo tract. de parlamentis
verſ. adde, num. 7. quæ eſt Additio Nicolai
Boerii. & per Franciſcum Guicciardin. lib.
2. Hyſtoriar. & lib. 7. qui ait quòd Principib.
167 illi facilè ſapientes videntur † qui ad eorũ
ſenſum, & voluntatem magis accedunt, ip-
ſiſquè Principibus iuſta videri quæcum-
que expetunt, & per Cornel. Tacit. lib. x.
annalium. vbi ſuaderi Principi, multi la-
boris, aſſentatio erga Principẽ quemcum-
que, ſine affectu peragitur, & vltra hos ad-
do Maſtrill. in d. tract. de Magiſtratib. cap.
1. lib. 2. à num. 17. cum plurib. ſeqq. part. 1.
& referam quodam de illo Imperatore Fi-
derico II. qui cum toto hoc, quòd fuit quaſi
nutritus ab Eccleſia quia mortuo Henrico
Imperatore, remanſit ille filius vnicus in-
fans ſeptennio ſucceſſor in Regno, prop-
ter quòd Eccleſia ipſa Romana ſũpſit eius
gubernium, & fuit Balia, & nutrix, vt dici-
tur in Hyſtoriali Beati Antonini, part. 3.
tit. 19. cap. 6. Aſtl. in proæm. conſtit. fol. 24.
num. 2. (per ea, quę videbimus infra in cap.
37. Regis Catholici Ferdinandi fallentia
26. tom. 7.) & hoc non obſtante propter
eius demerita fuit per ipſam Eccleſiam de-
poſitus, & deiectus ad Imperio, vt vidimus
ſupra in cap. 7. Regis Federici III. num. 12.
& in cap. 62. num. 4. & 5. tom. 2. & ratio
fuit, quia, vt ſcripſi poſt Aſtl. & Iſern. in d.
cap.

cap.24. Regis Martini, num.18.d.tom.3.habuit Conſiliarios malos, DD. in c. ad Apoſtolicæ, de re iudic. in 6. idem Affl. in præſud.conſtit.Regni, quæſt. 22. in principio, cuius clemẽtia erat in verbis, & nõ opere, ex quo bellicã, & tumultuoſam geſſit operam, & multa onera Regno impoſuit, vt ait Freccia in d. tract. de ſubfeudis tit. de offic. Magni Comeſtabili, num. 5. qui refert quòd deceſſit apud Florentinum Apuliæ oppidum ann. Dom. 13. Decembris 1251. licet in d. Genealogia retulerim quòd deceſſit ann. 1250. & eius cineres in maiori Panormitana eccleſia conſeruantur, & ille fuit ille ignis funeſtus toto Italiæ pronoſticatus ab Abbate Ioachimo aſtrologo, qui naſci debebat, ſi Conſtantia Imperatrix infraſcripta nuberet, vt per Fazell. c. 3. lib. 7. decad. 2. & poſt eund. D. Antonin. ait idẽ Affl. in Cõſt. Regn. cũ circa, n. 8. & 9. tit. 71. de iudicib. ordin. Valẽzuel. d. conſ. 96. n. 17. & 18. qui refert fuiſſe nõnullos, qui dixerũt fuiſſe partum ſuppoſitum, vt dicam nunc & ex hoc proceſſiſſe fuiſſe perſequutorẽ ipſius Eccleſię, nam dum přſupponimus pro veriſſimo quòd Conſtantia eius mater, quę fuerat per Regem Rogerium II. eius patrem nouum Comitem Siciliæ atque Italię Regem nuncupatum poſita in Monaſterio Diuę Marię huius Vrbis ſiue in Monaſterio Saluatoris, vt ait idem Fazellus in 2. decad. lib. 7. d. cap. 3. & parcat mihi Dom. Marin. Freccia, qui in d. tract. de ſubfeud. in d. tit. de offic. Magni Comeſtabuli, nu. 5. lib. 1. qui ſcripſit eam eſſe filiam Tancredi, quia fuit in hiſtoriis per eũ captus error maximus, ſed erat ſoror ipſius Tancredi naturalis, ſiue nothi filii eiuſdem Rogerii, ipſe enim Rogerius habuit tres filios, Guglielmum, malum poſtea appellatum, Conſtantiam, & Tancredum, vt in Genealogia capitulorum Regni poſui tom. 1.) ſtante quòd non remanebat alius ſucceſſor de Regio ſanguine, & Northmannorum legitima proles erat extincta ob mortem alterius Regis Guglielmi Boni abſque liberis in ann. 1185. hic Panhormi, ex Platina in vita Pontif. Cæleſtini III. Pont. Max. ſuperſtite ſibi ipſa Conſtantia Amita ſua, vt ait Afflict. in conſtit. Regni Baiulus, num. 64. de fure capto lib. 1. cuius Regnum, ex quo erat mortuus abſque hærede legitimo, redibat ad ipſam Eccleſiam, quia ipſe Tancredus filius nothus cuiuſdã meretricis, quem ipſe Guglielmus in vita ſua negabat eſſe filium ipſius Rogerii II. ideoque non obſtante quòd ille Tancredus fuiſſet admiſſus ad poſſeſſionem Siciliæ. & poſt eius mortem Rogerius III. eius filius, tamen quia dicto Cæleſtino III. Pontif. Maximo non placebat quòd Regnum iret ad illegitimam prolem, ex diſpenſatione Apoſtolica eduxit ipſam Conſtantiam Monialem Sacram de dicto Monaſterio, & collocauit eam in matrimonium cum Henrico VI. Imperatore filio Fiderici I. Imperatoris vocati Enobarbi, ideſt Barbaroſſa, eo quòd barbã, & pilos rubeos habebat, cum hac conditione quòd ipſa peteret Regnum vtriuſque Siciliæ (& puto tamquam illa, quæ erat in capillo) reſeruato tributo, quod debetur anno quolibet ipſi Eccleſiæ, vt ex eod. Platina, & ex iis, quę dixi in proœm. capitulor. Regn. Reg. Iacob. n. 105. to. 1. & in c. 258. Reg. Alph. n. 28. to. 5. & fuerũt eiecti de Regn. ipſe Tãcredus, & eius filius Roger. III. vt in eadẽ genealogia loco citato, & per eundem de Valenzuel. qui num. 16. dicit quòd peperit in ætate annorũ quinquaginta ipſa Conſtantia Imperatrix in foro publico ſubtentorio ad huiuſmodi finem poſito, vt poſt Petr. Ant. Beuter lib. 2. hyſtor. cap. xi. Pandulph. Colenuc. lib. 4. Hyſtoriar. Regni Neapolis, Baptiſt. Egnat. in vita ipſius Henrici VI. Pineda, lib. 26. cap. 5. §. 3. Boccius de antiquo, & nouo ſtatu Italiæ contra Macchiauellum, fol. 272. Ioãn. Roche, Angel. Tiraquell. Marin. Freccia, Ioſeph Buonfigl. & Carneual. ait ipſe Dom. Valenzuel. vbi ſupra, & hac de cauſa volebant ipſi quòd ex quo erat quinquageneria, ſecundum eos, ex regulis Phiſicorum, & Noſtratuum mulier dum annorum 50. metam aſcendit cenſetur ſterilis, nec poſſe concipere, niſi ex miraculo, vt poſt Ariſtotel. lib. 5. de Hyſtor. animali, cap. 14. & lib. 7. cap. 5. & 20. Plin. lib. 7. Natural. Hyſtor. cap. 14. Solin. Poli hyſtor. cap. 4. Dioniſ. Halicarnaſ. text. in l. ſi ſterilis, ff. de action, empti, vbi gloſſ. & in l. ſi maior, C. de legit. hæredib. Gregor. Lopez, Corn. Menoch. Sylu. Nuptial. Marian. Soccin. Fulgoſ. Soccin. Sen. Pariſ. & alios tradit ipſe Valenzuel. num. 15. quod feminis omnibus poſt annum quinquageſimum fæcũditas conquieſcit, faciunt quæ ſcripſi in cõſuet. Panor. c. 74. n. 12. ideoque, vt tetigi, etiã graui authores dixerunt eius partum fuiſſe ſuppoſitum, vt refert ipſe Valenzuel. num. 18. poſt Albert. Granat. lib. 7. Metropoleos, cap. 58. Franc. Maurolicus, lib. 3. Sicanicarum hyſtor. Thomas Fazell. de reb. Siculis Decade poſteriori, lib. 8. cap. 2. Sigonius de Regno Italiæ, lib. 14. Forcatulus lib. 2. de Gallorum imperio, Duaren. lib. 2. de Sacr. Eccleſ. miniſter. cap. 4. & alii, addo eundem Marin. Freccia in d. tract. de ſubfeudis eod. lib. 1. tit. de antiquo ſtatu Regni, ſub num. 27. fol. 60. qui poſt Sebaſtian. Munſtr. lib. 2. hiſtor. fol. 235. dicit Medicorum conſilio ventrem intumuiſſe ipſi Conſtantiæ vetulæ mulieri annos longè egreſſæ fecundos, & vno eodemque tempore mulierculas non longè à Reginæ palatio prægnantes tres peperiſſe, Phiſici, molendinarii, & aucupis vxores, incertus cuius ex dictis tribus allatus, & ſuppoſitus Reginæ, vt ab ea genitus crederetur, Conſtantinum vocari ſuo nomine expetebat, ſed fuit vocatus, vt dictum eſt Fidericus, crederem ipſi Frecciæ, niſi ipſe dixiſſet quòd d. Conſtantia erat 60. annorum quando peperit, hoc non eſt verum quia erat quinquaginta quinque annorum, niſi etiam dixiſſet quòd ille Hẽricus VI. deceſſit Panormi, in d. tit. de officio Magni Comeſtabuli, num. 5. ann.

1200. cũ veritas ſit quod deceſſit Meſſanæ,
& ſepultus Panhorm.ann.1198.vt ipſe ait in
d.tit.de antiquo ſtatu Regni, ſub d.nu.27.itẽ
obſtat pronoſticatio illius Abbatis Ioachi-
mi, de qua ſupr. vtcũq. ſit veritas eſt quod
peperit tẽpore d.annorum quinquaginta
quinque, vt poſui in c.Regni 98.Reg. Fede-
rici, num.5.& 6. d.tom.2.quo tempore licet
regulariter non fuiſſet ſpes procreandi, vt
dicebat etiam Guid.de Suzaria, & Alberic.
de Roſat. in l.ſi pater, §.fin. ff.de adopt. ta-
mẽ de experimẽto naturæ teſtatur Matth.
de Afflict.in conſtit. Regni poſt mortem
num. 22. tit .de morte Baronis quòd per
gratiã Dei procreauit filiós tres maſculos
in ætate 60.annorum ſequentibus annis, in
ſumma ſcimus quod etiam feminæ ex mi-
raculo pariunt, & concipiunt, vt ex Hæli-
ſabetta, & Sarra, Luc.cap 1.Geneſ cap.17.
& 21.Bart.in d.l.ſi maior, Valenzuel.num.
19. & 20. & vt ad propoſitum redeam ipſe
Feder. II. Imper. ob illos malos Cõſiliarios,
quos habuit infeliciter vixit, & infælicius
periit, & faciũt tradita infr.in d.c.64. in xi.
declarat.& adducta per Marin. Freccia
in d. tract. de ſubfeudis, d. §. fuit dubitatũ,
d.num.17.fol.14.col.2.qui dicit quòd Parla-
mentum ideo fit, vt aduerſus ea, quæ
proponuntur, & tractantur, ac diſcutiũ-
tur, opponant, contradicant, proteſten-
tur, ac diſſentiant, ſi quid circa eorum in-
tereſſe vere vertatur, ex traditis ſupra,
ampl. 2, ſub num. 23. in ſumma habeatur
Deus præ oculis, & propria conſcientia,
quia, qui Regibus conſilium præſtant, aut
eorum Proregibus, non poſſunt illis maius,
gratiuſque impendere ſeruitium, quam
clatè & prudenter dicere veritatem, nec
grauiorem offenſam. quàm adulari prout
multa de bono conſilio refert Freccia tit.
de offic. Magiſtri Iuſtitiarii a num. 31. cum
ſeqq. eod. lib.1.de ſubfeud. ex Homer. Trogo
Pompei Caſſan. Valer. Maxim. Tit. Liuio,
Luc. de Penn. Cepoll. &c. Dom. Valen-
zuel. d.conſ.99.num.75. 76. & ſeq. ex Ioan.
Gerſon. part.4. de remed. cõtra adulator.
conſider. 2. Simanc. Georg. Paul. de Caſtr.
Franc. Panuin. Sebaſt. melit. Vannoz.
Henring. Arniſ. Solon Plin. Aenn. Sylu. &
aliis per eũ citatis, qui refert quod Rex Al-
phõſus ſapiẽs eos chariſſimos eſſe ſibi reſpõ
dit qui eũ non magis timerent, quã Deũ.

DECLARO octauo, vt non poſſint
dicti Parlamentarii abſque licentia Princi-
168 pis † durante dicto colloquio, foris perno-
ctare, vt poſt Montaygn. Budæũ Bouadill.
& alios vidimus in ſua mater. ſupr. in c. prę-
cedenti ſub verſ. iſto modo, nu.15.16.& 17.
ſicuti idem puto in hoc propoſito, vt etiam
procedat quòd poſtquam eſſent congre-
gati in loco ſolito, & in colloquio, non poſ-
169 ſint exire † illinc abſque licentia, eo quia
ſequuntur multoties ſcandala, & tumul-
tus, vt accidere ſolet, quia videntes nego-
tia non concludi ad eorum votum, exeunt
foras, & proteſtantur, eſto per remanen-
tes ibi in colloquio poſſent expediri, vt in
aliis caſibus loquor infra in d. cap.64. in d.
8.declaratione poſt Montanar. ibi citatũ,
itaque in propoſito ait Marin. Freccia in
d. tract. de ſubfeudis lib. 2. tit. quis dicatur,
Marchio, num.10. vbi quòd ſi Marchio va-
dit ad Curiam Principis ex publica, vel pri-
uata cauſa non debet recedere abſque li-
centia Principis, arg. l.ſi decurio la 1. C. de
decur. lib.x.& l.fi.C.de dign. & eorũ quę di
xi ſupr. in d. c. prçcedẽti, eod. n. 15. cũ ſeqq.
& ſubdit idẽ Frecc. num.11. poſt Nicol. de
Neapoli quod ſic Epiſcopus vocatus ad ſy-
nodum, non debet recedere ſine licentia
ſui Epiſcopi, aliàs punitur.

DECLARO nono, vt poſtquam do-
mini Parlamentarii ſint congregati ſimul,
170 & digeſſerint negotia † deliberatio de-
beat fieri inſimul, non autem aliqui ex eis
deliberare hodie, & reliqui cras in alio die,
quia non valet appuntamentũ ex his, quę
vidimus infr. in d. cap.64. in 7. declaratione.

DECLARA decimo, vt in hoc Col-
loquio ſufficiat eſſe expeditum, & conclu-
ſum quod fit per maiorem partem præ-
171 ſentium in eo † nam iudicatur factum
per omnes de Regno, per ea, quæ videbi-
mus infra in d.cap.64. in 2. declaratione, &
ita in puncto in materia à donatiui ait per
text. in l.2. §.ſi autem, C.de iuram. calumn.
l.ciuibus, ff. de condit. & demonſtr. l.quod
maior, ff. ad municipal. & incol. à Ponte,
in tract. de poteſt: Proregis, tit. de regalib.
impoſit. §.8. num.37. cum ſeqq. Gratian. de-
ciſ. 183. in princ. Guid. Papæ, Iacob. de A-
zello Alciat. & Bald. Valenzuel. d. conſil.
99. num.62. ſic poſt alios ait idem Maſtrill.
in d.cap.15. de Regni deputatis d. lib.5. par.
2. num.14. cum ſeqq. poſt Guid. Papæ, In-
noc. Io. Franc. de Ponte, & Bellugam, id eſt
172 per maiorem † partem præſentium de
quolibet Bracchio, ex eod. Maſtrill. nu. 41.
& num.38.& 39. qui in hoc propoſito dicit
quòd præſentes, & non contradicentes ex-
preſsè actionibus, quæ fiunt per ipſam ma-
iorẽ partem habentur pro cõſentientibus
ex iurib. vulgatis, & in ſua materia latè dixi.

DECLARO vndecimo, vt quo ad
feudatarios Barones, &c. intelligamus æta
173 te completos † nempe completo 14. anno
iuxta Conſtit. Regni in aliquib. rubr.23. de
ſucceſſ. filior. Comit. lib.3.& in conſtit. mi-
norib. de iure Balii cum ſimilib. citatis in
cap. 32. Regis Iacobi, tom. 1. & in cap. 46.
Regis Martini, tom. 3. & cap. 388. Regis
Alphonſi, tom.5. & in iſta ætate poſſunt in-
trare in Colloquium, & parlamenta, & eo-
rum præſtant ſuffragia, quia habent iuriſ-
dictionem, & ætatis perfectę dicuntur, vt
ex Don Mar. de Gregor. Freccia, Iſern. &
mille dixi in d.c.32.n.24. & 25. & aliquãdo
etiam attenta qualitate perſonarũ eſto eſ-
ſent minoris ętatis, & impuberes ſoleat di-
ſpenſari maxime de conſenſu eiuſdem col-
loqui, vt poſt Bouadill. Petr. de Gregor. &
alios tradit Maſtrill. d.cap. 15. de Regni de-
putatis, num.53. & ſeq. loco citato, aliter
174 ſubdit ipſe vocatur † & intrãt Balii eorũ,
argumento eorum, quę pono infra in cap.
ſequenti limit. 3. circa fidelitatem præſti-
tam

Digitized by Google

tam per ipſis Baſios,beneuerum quòd non
habebunt eandem ſeſſionem,& locum , ac
præcedentiam, ſed erũt vltimi,de feudata-
riis,vt argumento procuratorum poſui ſu-
pra in 3. ampliatione à num. 67. cum
ſeqq.eſt verum quod præcedunt procura-
tores , & ita puto,ſed an ſedeant cum pro-
curatorib.dicerem ſic.

DECLARO duodecimo,vt officiales
175 Conſiliarii Regii † non habentes feuda non
intrent nec habeant locum ad Parlamen-
tum , ex quo non ſunt vocati ad hæc , niſi
quando venirent cum Domino Rege , vel
ad eum aſſociandum,& aſſiſtendum , dum
Rex ipſe,vel Prorex , vel deputandus Pro-
rege ab eis aliquid proponit ſedens in illo
ſolio,de quo inferius , & ſuo quiſque inter
eos ordine recipitur,& admittitur,vel niſi
veniſſet aliquis ex eis, vt feudatarius,quia
eius perſona erit acceptanda , & decoran-
da tãquam feudatarius Baro, Comes, &c.
&in hoc gereret vicem feudi, & non offi-
cii,eſto v.g.ratione Officii eſſet maior , ta-
men ratione feudi debet cenſeri inferior
hac parte , ita Marin. Freccia in ſuo tract.
de ſubfeudis in d. capit. ſeu §. alia etiam
fol.18. & 19. num. 13. & num. 22. vbi quod
dignitas officii nihil habet commune cum
collatione parlamenti reſpectu Baronum,
& feudatariorum tractantium negotium
Regis, ac ipſorum non debet præſtare au-
thoritatem præcedendi, ſed qualitas feudi,
non autem officii requiritur,& inſpicitur
vt habes ſupra in d.declaratione quinta,
ſubdens ipſe Freccia quòd ſi officialis non
habet feudum, cuius nomine loquetur? ſuo
non,quia eſt,impertinens ad articulum,de
quo agitur , diſcutitur , vel tractatur,feudi
nõ,quia nõ habet,ergo eiicietur foras Luc.
c.14.& Mat.c.22.ſed ſi habet,regulabitur à
qualitate feudi, & per ea,quæ videbimus à
ſimili infra in d.cap.12.limit. 1.vbi nec ipſi
præſtant iuramẽtum fidelitatis, nec vocã-
tur ab Vſcerio,ſiue Porterio Cameræ, vel
Regiæ aulæ ,qui in Regno quatuor ſunt,
quorum vnus tenet ordinem ſeſſionum,
& modum conſignatum à Spectabili Re-
gio Prothonotario,qui,& alio vocabulo ſo
lent vocari Hoſtiarii , vel Archiatri Sacri
Regii Palatii , vt volebat Luc.de Penna in
Rubr.& in l.1.C.de Comitibus,& Archiat.
Sacri Palat.lib.12.de quo fecit mentionem
Chaſſan.in cathalog.gloriæ mundi,part.6.
conſiderat.13.fol.meo 139. col. 1. qui licet à
Tiraquello vltra modum in hoc reprehẽ-
datur in tract. de Nobilitate cap. 31. num.
18. tom. 1.vbi ait quòd Archiatrus ſatis dif-
fert ab officio Vſcerii , ſiue porterii Came-
ræ , quia dicitur Princeps Medicorum ex
Diu Auguſtin.lib.3.de Ciuit. Dei,cap.17.l.
medicos,& l.ſi quis,C.de Profeſſor.& Me-
dicis, lib.x. & in rubr. C.de com. & arch.
lib. 12.& in l.archiatros de Met.eod. lib.12.
& in 6.iubemus, auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.
tamen illa reprehenſio non ita acriter fieri
debuiſſet per ipſum Tiraquellum contra
eundem Chaſſan. qui iam ipſe ſciuit,
& ſcripſit quòd Architriatus , dicitur
Princeps,& Prothomedicus Medicorum,
vt poſt Beroald.in Oratione quæſtionum,
Tuſculanarum,poſuit ipſe Chaſſan. in eod.
cathal.glor. mundi,part.x. conſiderat. 43.
verſ.huc adde, ab arcos quod eſt princeps,
& Iatros , quod eſt medicus vt de Ae-
ſculapio,qui erat præſes, deuſque medico-
rum , ait Simon Schardius in ſuo Lexicon
iuris , expurgato , in verbo , Archiater,
Chaſſaneus enim non fecit aliud niſi refer-
re verba Lucæ de Penna , qui potius ipſe
debuiſſet reprehendi,dum Neapoli . & Si-
ciliç ſic fuiſſe vocatum,& potius ipſe Chaſ-
ſaneus refert verba aliorum, quam aliter,
dum ait,quod vario nomine dicti Vſcerii,
ſiue porterii Cameræ denominantur,pro-
ut , & alio nomine eos vocat, ipſe Marin.
Freccia in d.tit.differentiæ inter feuda re-
galia, d. num. 24. nempe Nomenclatores,
ſiue melius Nomenculatores , ex Budæo,
quaſi nunciando Domini Proregi , quòd
adeſt,vel venit talis Comes, talis Dux , vel
Princeps,addo poſt Ciceron. in Murænia-
na,Vlpian,in l.7.§.2.ff.de oper.liber. l.vlt.
deliber.cauſ.Senec.lib.2.epiſtol. 12. & epi-
ſtol.27.lib.3. Quintilian. lib. 6. cap. 4. Plu-
tarch.in Cato.Simon.Schard.in eod. Lexi-
con iuris,quem teneo expurgatum in ver-
bo nomenculator , & ſic in ſumma,dum
ipſi Barones Regni,inſimul cum aliis Brac
chiis diſcutiunt inter ipſos, deliberant , vel
decernunt,qui non habent feudum, nõ de-
bent intereſſe,quia deeſt qualitas , qua vo-
cantur ad parlamentem,licet alio reſpectu
poſſint intereſſe in conſilio ipſius Regis,
tamquam officiales Regii, vt per eundem
Freccia ſub d.num.13. & ſic putarem quòd
Iudices M.R.C. Aduocatus fiſcalis , & alii
176 de numero Sacri Concilii † qui ſunt vigin-
ti ſeptem ſecundum ea,quæ tradidi ad Re-
giam Pragmaticam primam,,num. 79. tit.
1.de offic.Proregis,tom.1.ipſarum pragma-
ticarum,poſſent aſſiſtere in d. ſolio ad pe-
des Dom. Proregis , vt ſolet cum capite
cooperto,dum non loquuntur,nec referũt,
vt ex litteris Regiis exequutis Panor. ann.
1589. 10. Aprilis ait Maſtrill. in d. tract. de
magiſtratibus,cap.13.num.174.& ſeq.lib.4.
d.part.2.fol.50.& 51. non enim condecens
177 eſſet,vt Vicerex in trono † thalami aſſide-
ret,ſolus c.ſi.diſt.93.Chaſſ. Belluga Aluar.
Menoch. Bouadill. & alii per dom. Ma-
ſtrill.adducti in d.tract. de magiſtrat. cap.
6.lib.5.num.33.& 34.tit. de offic. Proregis
178 part. 2. abſque,conſiliariis † cum ſint pars
eius corporis,eiuſque præſentiam ſequi te
nentur , & inhęrentes Principi ſicut ſtellç
Cęli firmamento , tamquam ſolis radii, vt
dixi in cap.Regni 24.Regis Martini,num.
19. & 20. & in cap.67.num.5.tom.3.Eſdrç,
cap.3.Bart.in l.iuris peritos,ff.de excuſ.tu-
tor.& in l.3.C.de Actuar.lib.10. reliqui ve-
ro prout Illuſtres Pręſidentes ; & Conſul-
179 tor † & alii de tribunali Regii Patrimo-
nii,& Conſiſtorii putarem quòd non, quia
non habent locum iſto die propoſitionis
ex quo deberent ſedere,vt ſolet, in ſediis,
quoad d.Pręſides,& Conſultorem, & ſimi-

180 liter Titulati † ex quo etiam ſedent in ſe-
diis coram eodem Prorege, vt dixit Sur-
gent. de Neapoli illuſtrat. cap. 23. nu. 28.
per text. in auth. vt ab Illuſtr. §. 2. Freccia,
& alii, de quib. per Maſtrill. d. tract. de
Magiſtrat. d. cap. 6. in fine, num. 25. & 26.
& d. cap. 13. num. 167. & 168. ead. part. 2. &
conſequenter eſſet magnum Chaos, quia
181 præcederent ipſos Præſides † tamquam
illi, qui ſunt titulati, & Conſiliarii, ex Boua-
dill. in politic. lib. 1. cap. 16. nu. 7. Surgēt. in d.
tract. de Neapoli Illuſtrat. eod. cap. 23. nu.
7. & 34. Minadoy in conſtit. Regni, in ali-
quib. num. 44. Fab. de Ann. conſ. 122. num.
39. vol. 2. Lanar. conſ. 72. num. 5. de quib.
cum aliis ipſe Maſtrill. eruditiſſimus vir in
d. cap. 13. num. 13. & 14. & aliter non dice-
rentur tria Bracchia, ſed quatuor, quod eſ-
ſe non debet in hoc propoſito, quia tot cō-
ſtituta ſunt, & non plura, in ſumma nemo
ſedet in hoc generali parlamento, niſi in
bāchis, & ſcamnis, ſiue ſcabellis, vt per Ma
rin. Freccia d. lib. 2. ſol. 246. num. 16. d. tit.
differentia inter feuda regalia, & Conſilia-
rii ad pedes proregis in d. talamo etiā cum
dictis Pręſidentib. & Cōſultore, qui ordine
ſuo inter ſe recipiuntur, & ſubdit ipſe Frec
cia, fol. 247. num. 18. quod Neapoli Colla-
terales Conſiliarii ſedent a tergo Domini
Proregis, & in illis Banchis cum panno
quo ad alios Regios Conſiliarios Patrimo-
niales, & Conſiſtoriales, qui honor ſeden-
182 di hoc modo † magnus eſt, vt poſt Gram.
decíſ. 1. num. 42. & eaſdem literas Regias
ſubdit idem Maſtrill. vbi ſupra, qua de cau-
ſa merito dixit ipſe Freccia, d. num. 13. quod
in ipſo die aſſiſtentię, & aſſociacionis Pro-
regis ſuo quiſque inter eos ordine recipi-
tur, & admittitur, nō dixit inter alios, nec
inter omnes. Concludo igitur, vt in hoc
colloquium, & Parlamentum nullus alius
183 præter dicta tria bracchia † introire, &
aſſiſtere poteſt, nec habet locu, immo om-
nis alius eſto ſuperior in aliis actibus, in
hoc eſſet inferior, vt de diſcipulo, qui erit
minor Magiſtro ſuo, ſic de Cæſare Impe-
ratore intrante in collegium Poetarum,
effectus fuit minor Accio Poeta, vt refert
Valer. Maximus, lib. 3. tit. de fiducia ſui, nō
enim aſſurrexit ille Accius Poeta tantó
Principi illuc venienti, non aliter maie-
ſtatis eius immemor, ſed quod in compa-
ratione communium ſtudiorum aliquantu
lum ſuperiorem ſe eſſe confideret, vel
quia non fuit hæc aliter inſolentia illius
Poetæ, ſed quia ibi voluminum, non imagi-
num certamina exercebantur, quæ poſ-
184 ſunt facere contra illas Achademias † quę
collegialiter tenentur in Palatio, ad quas,
vt audio Sereniſſimus Princeps Philiber-
tus Emmanuel, fælicis recordationis ſole-
bat accedere, de pręcedētia enim titubatur
illuc accedere Principē, & per tradita à
Plinio, cap. 1. lib. 31. Platon. Laert. Claudian.
185 Virgil. & aliis, ſic de Patrono † in eccleſia
ſua, ſic de Sacerdote filio aduerſus patrem.
ſic de Medico in domo infirmi, ſic de Par-
rocchiano in ſua parrochia, ſic de domino
domus in ſua domo, vt de his meminit pul-
chre idem Freccia, in d. verſic. ſiue §. aliæ
etiam, à num. 31. vſque ad finem d. lib. 1. eod.
fol. 20. & de illo exemplo de domino do-
186 mus, quòd quilibet ſit Rex † in domo ſua
late etiam ſcripſi in cap. Regni, 92. Regis
Federici, num. 15. tom. 2. & ad pragmaticas
Regias, tit. 64. num. 14. tom. primo, & ipſe
Frecc. refert, nu. 40. quod illud ſimile factū,
quod accidit illi, Ricardo Regi Anglorū
de alapa, quam habuit in domo illius fabri
eum hoſpitantis cum voluiſſet Rex manus
ſuas lauare, accidit etiam Scipioni Africa-
no, qui dixit (iuſte iniuriam patior) de qui-
bus hyſtoriis poſt Hoſtienſ. & Abb. in cap.
per venerabilem Henricus Alemanus Do-
ctor feudiſta in conſ. 1. quam hyſtoriam
pulchre recitat ipſe Freccia, & quoties eā
lego, toties rideo, quam ob id non exten-
do, quia iam in d. locis ſuperius citatis reci-
taui, & per hæc ſit impoſitus finis huic
illuſtri, & altæ commento, & puto, ſatis
eſſe locutum in hac parlamenti materia
ad laudem D. O. M. & Sanctæ Roſoleæ
vnius ex SS. Virginibus Compatronis hu-
ius Vrbis, cuius ſollemnitatem, & eius Sa-
crarum reliquiarum inuentarum hoc ann.
1624. & 1625. tot triumphis celebrat Illu-
ſtriſſimus Senatus, pręſertim placata peſte.

De inueſtitura feudorum non capienda, & de fidehomagio præſtando.
Cap. XII.

ITEM placeat Regiæ Maieſtati, concedere incolis, & habitatoribus dicti Regni, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & feudatariis, quòd ne vexentur laboribus, & expenſis, poſtquam acceperint inueſtituram feudorum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, de cætero ſucceſſores dictorum Marchionum, Comitum, Baronum, & feudatariorum, non teneantur aliam inueſtituram accipere, ſed fidehomagium fidelitatis iuxta formam iuris, præſtare, & infra terminum legitimum, de quo fidehomagio habeat fieri nota apud acta Prothonotarii. Ita tamē, quòd de tali nota apud acta ipſius Prothonotarii, infraſcripta debeatur ſolutio, nec aliam inueſtituram, teneantur accipere, & confirmationē priuilegiorum dicti Marchiones, Comites, Barones, & feudatarii, præſertim propter obitum bonæ memorię Regis Alphonſi; eo pręmaximè quòd nulla vtilitas verſetur Regię Curię, & maximum damnum Regiis vaſſallis, quod, vt euitent, ſupplicant, vt ſupra, etſi infra terminum legitimum non pręſtarent fidehomagium, quòd non incurrant aliam pęnam, niſi ad reditus annatę vnius dicti feudi, non obſtantibus quibuſuis pragmaticis in contrariū dictan.

dictantibus; & etiam fiat nota de dicto fidehomagio apud acta regiſtri Cancellariç, & pro dictis notis,& aliis iuribus, tantum ſoluant granos decem, quinque videlicet Prothonotario pro vncia reditus, & quinqe granos pro vncia Cancellariç regiſtro, & nihil aliud, & de reditibus Baroniç, ſtetur iuramento Baronis; & ſi fortè ſupradicti de iure non tenerentur capere inueſtituram, ſeu confirmationem priuilegiorum, propter obitum prçfati quondam Sereniſſimi Regis Alphonſi, eo caſu nulla penitus debeatur ſolutio, licet tale iuramentum prçſtetur ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quod Marchiones, Comites, Barones, & ſeudatarii non teneantur petere, ſeu capere inueſtituram,etiam propter mortem Domini Regis Alphonſi, & ex hoc nullam incurrant pçnam, ſed, loco inueſtiturç, prçſtetur, & prçſtare teneantur iuramentum, & homagium fidelitatis, & vaſſallagii, ſub eisdem tempore, & diſcuſſione, quibus petenda, & prçſtanda erat inueſtitura: & quòd fiat nota apud acta Cancellariç, & Prothonotarii cum ſolutione, vt ſupplicatur, & placet etiam Regiç Maieſtati, quòd propter fidehomagium omiſſum prçſtari infra tempus ſtatutum, non incurrant aliam pçnam, niſi amiſſionis redituum duorum annorum ipſius Marchionatus, Comitatus, Baroniç, vel alterius ſeudi. Et, ſi poſt lapſum temporis, infra quod prçſtandum erat fidehomagium, facta prius requiſitione, inde ad tres menſes dicti Marchiones, Comites, Barones, & feudatarii non prçſtiterint fidehomagium, eo caſu incurrant pçnam perditionis, & amiſſionis ſeudi.

SVMMARIVM.

Fidelitatis iuramentum, ſiue homagium præſtare tenentur vaſſalli feudatarij do dominis ſuis, num. 1. amplia, num. 18. 26 29. 32. 34. 49. 50. 51. 53. 61. 62. 67. 68. 75. 77. 78. 81. 83. 85. 87. 88. 91. 94. 99 102 104. limita, nu 105. 110. 112. 117. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 136. 137.

Homagium, fidelitas, & aſſecuratio ſunt vnum, & idem, ibid. cum ſeqq.

Homagium fidelitatis debet præſtari infra tempora, hoc eſt annum menſem, & diem, & an poſſit purgari mora, num. 2. & nu. 133.

Iuramentum fidelitatis præſtare tenentur feudatarij, quod ſucceſſit loco inueſtituræ, ibid. & quomodo & ſub qua pœna, num. ſeq.

Inueſtitura erat neceſſe olim peti per feudatarios infra tempora, hodie ſatis eſt præſtare iuramentum fidelitatis, ſub pœna amiſſionis redditaum duorum annorum, & quomodo, num. 3.

Homagium præſtare tantum eſt, ac ſi facere ſe hominem alterius, & obedire, num. 4.

Feudum dicitur à fide, num. 5.

Feudum perditur ob felloniam, nec valet pactum incontrarium, ibid.

Vaſſalli ſtrictius tenentur eorum dominis, quàm econtra, & iurant fidelitatem, non econuerſo, num. 6.

Iuramentum fidelitatis fuit præſtitum per Proceres, & Opimates Hyſpaniæ Principi Philippo IIII. num. 7.

Iuramentum fidelitatis ſex principaliter continet quoad vaſſallos, ſcilicet ſeruare dominum incolumem, tutum, honeſtum, vtile facile, & poſſibile, & quid in ijs, qui non ſunt vaſſalli, num. 8. 9. 10. cum ſeqq. & num. 57.

Vaſſalli ſemper remanent obligati ad ea, quæ inſunt ſub iuramento fidelitatis, num. 9.

Iuramentum fidelitatis præſtitum per ſubditos non vaſſallos, dicitur impropriè, num. 10.

Vaſſalli iurant ſeruare dominum incolumem, & non eſſe proditores, & quomodo, num. 11, etiam circa fratres domini, non poſſunt accuſare dominum, & quãdo, non poſſunt teſtificari contra eum, nec eſſe in concilio cõtra eundẽ, num. 12.

Vaſſalli debent iurare tenere dominum ſuum tutum, & ſecretum nemini pandere, num. 13.

Vaſſalli iurant tenere dominum ſuum honeſtum, num. 14.

Vaſſalli iurãt domino eſſe vtiles, & ſecrete tenere quicquid Rex ſibi dixerit, nu. 15.

Vaſſalli debent iurare domino facile, num. 16. ac poſſibile, num ſeq.

Epiſcopus ſi non eſt fidelis Regi ſuo, poſſet Rex eum repellere, num. 17.

Prælati, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenentes feuda tenentur iurare Regi fidelitatem num. 18. cum ſeqq. & cedula Regia eis conceſſa ſucceſſit loco inueſtituræ, nu. 24.

Epiſcopi feudatarij tenentur iurare fidelitatem Regi, ibid.

Iuramentum fidelitatis debet præſtari Regi per Eccleſiaſticas perſonas, & quando, ibid.

Reges licet in actu & exercitio, in temporalibus, non ſubſint Pontifici, in habitu ſic, num. 19. & ſeq.

Papa in temporalibus habet iuriſdictionem in habitu in toto mundo, ibid.

Papa

Papa in ſpiritualibus habet ſub ſe totum mundum, num. 20. & ſeq.

Papa ideo non vtitur baculo ſicuti Epiſcopi, eo quia non habet poteſtatem incuruatam, nec coarctatam, num. 21. & ſeq.

Baculo paſtorali vtuntur Epiſcopi veluti recipientes poteſtatem ab homine, ſecus in Papa, quia recipit à ſolo Deo, num. 22.

Baculus paſtoralis traditus per Petrum Matthæo diſcipulo, vt tangeret Martialem condiſcipulum mortuũ 40. diebus, illum reſuſcitauit, & quomodo, ibid.

Princeps ſecularis habet inteniionem fundatam ſuper rebus temporalibus collatis in feudum perſonis Eccleſiaſticis, num. 23.

Inueſtitura loco ſucceſsit Cedula Regia quoad prælatos poſsidentes feuda, num. 24.

Cedula Regia traſmiſſa prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis poſsidentibus feuda quid operitur, ibid.

Prælati qua de cauſa non tenentur ad ſeruitium militare? num. 25.

Seruitij militaris loco ſucceſsit quoad Prælatos poſsidentes feuda conſequutio fructuum poſt eorum mortem, ibid.

Spolium Prælatorum, quod conſequitur Rex ſucceſsit loco ſeruitij, remiſsiuè, ibid.

Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari etiam per vaſſallos burgenſes nedum per feudatarios, num. 26.

Iuramentum fidelitatis recipere ſignificat quandam præeminentiam, & ſuperioritatem, quam Rex concedit, num. 27.

Feudum Francum an ſubditum ſit præſtationi iuramenti fidelitatis, num. 28. & 77.

Iuramentum fidelitatis non poteſt remitti, & quomodo, num 29. 30.

Fidelitas an poſſit relaxari, & remitti vaſſallis, & an ſit de ſubſtantia feudi, ibid

Feudum poteſt concedi cum pacto vt ſine iuramento fidelitatis habeatur, num. 30. & num 137.

Rex ſi facit factum, vt vaſſallus per fellonıam non cadat à feudo, non tenet, num. 31

Subfeudatarij tenentur præſtare iuramentum fidelitatis, cum licentia Regia, & quomodo & an intrent in parlamentũ, num. 32 cum ſeqq.

Iuramentum fidelitatis non tenentur præſtare vaſſalli baronum, Comitum, &c. ſi ipſi eſſent banniti, num. 33.

Iuramentum fidelitatis tenentur præſtare filij vaſſallorum, eſto in priuilegijs, & inueſtituris eorum prædeceſſores ſe obligauerint pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, nu. 34. cum ſeqq.

Recognitorius actus ſi eſt factus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, an, & quomodo ſucceſsores iterum teneantur illum facere, num. 35. cum ſeqq.

Iuramentum ligarè ſolet ſucceſſores, ibid.

Recognitorius actus factus per recognoſcentem præiudicat eius hæredibus, nu. 36. & ſeqq

Emphiteota ſi ſemel fecit actum recognitorium, an iterum recognoſcere teneantur, & quid in eius hærede, num. 37. cum ſeqq

Emphiteuta accipiens emphiteuſim pro ſe, & hæredibus ſuis, non tenentur nouam inueſtituram petere, num. 38.

Iuramẽtum dicitur vinculum potius perſonale, num 39.

Iuramentum fidelitatis debet à vaſſallis præſtari, antequam realem inueſtituram ſuſcipiant, num. 40.

Emphiteuta tenetur actum recognitorium facere, quando nulla extaret ſcriptura per quam conſtaret aliquem eſſe emphiteutam, maxime ſi eſſet mutatum dominium, num 41.

Recognitorius actus debet fieri, quoties eſt mutatum dominium, ibid.

Argumentum de feudo ad emphiteuſim, an ſemper valeat, maximè in actu recognitorio faciendo, & in præſtando iuramento fidelitatis, num 42.

Inueſtituram petere filij vaſſalli de nouo ideo tenebantur, quia eſt onus perſonale, non reale, ibid

Emphiteuta habet ſibi iniunctum onus nedum reale, ſed perſonale, & ſoluẽdi quinquageſimam, & laudimium, nu. 43.

Iuramentum fidelitatis tenentum præſtare vaſſalli, & eorum ſucceſſores etiam ſucceſſori nouo & vniuerſali, num. 44.

Noeiuum quod ſibi non eſt, & alteri prodeſt faciendum eſt, num. 45.

Recognitorius actus faciendus eſt, maxime ſi non negatur per facientem eſſe talem qualem dixit, & vbi ſit ſecundum formam antiqui actus, nullo addito, nec diminuto, num. 46. & vbi confines ſunt mutati, num. ſeq.

Confines ſi ſunt mutati, cogitur poſſeſſor illos renouare, & inſtrumentum facere, num. 47. & an debeat pars citari, num. 48.

Aquam fluentem vt quis nõ capiat prohibere non poteſt, ibid.

Lumen

Digitized by Google

Lumen accendi de lumine non poteſt prohiberi, ibid

Iuramentum fidelitatis debet praſtari, etiam quando mortuus ſit dominus, à quo vaſſallus habuerit feudum, num. 49.

Feudum improprium ſi quis habeat, an teneatur praſtare iuramentum fidelitatis, num. 50.

Iuramentum fidelitatis an teneantur praſtare etiam gentes vaſſallorum domino Principi, num 51. & ſeq.

Rex habet vniuerſalem iuriſdictionem in quolibet loco, num. 52.

Iuramentum fidelitatis praſtare tenentur domino etiam domeſtici, & habitantes, num. 53. & fratri frati, num. ſeqq. & limita, num 56. 57. 58. 59.

Fratres tenentur ſuo Confratri, domino iurare fidelitatem ſacramentalem, num. 54. & ſeq.

Iuramentum fidelitatis aliter praſtat coniunctus, quàm ſubditus, num. 55.

Iuramentum fidelitatis, & homagij quando praſtatur, omnes conueniunt veluti feudatarij, non habita ratione ad qualitates ſanguinis, ſed feudi, ibid.

Fidelitas ſi eſt reſeruata in conceſſione Principis ſubito ratione ſolius iuriſdictionis, non arguit talem conceſſionem eſſe feudalem, num. 56.

Iuramentum fidelitatis praſtitum per ſubditum ratione ſolius iuriſdictionis, non arguit res poſſeſſas per eum eſſe feudales, & quando ibid.

Vaſſalli feudatarij ad ſex iurare debent domino ſuo, ſubditus tamen, & habitator ad quatuor, num 57.

Iuramentum fidelitatis non tenetur praſtari per ſubditos non feudatarios ratione iuriſdictionis, ſi in loco iuriſdictionis non habitarent, num. 58.

Habitatores ſubditi non feudatarij in alio loco non tenentur praſtare iuramẽtum fidelitatis, ibid.

Iuramentum fidelitatis, quod praſtatur à ſubditis, & habitatoribus an extendatur ad ea omnia, quæ Imperator iurat Summo Pontifici, num. 59. & ſeq.

Imperator iurat fidelitatem S. Pontifici, & quomodo, ibid.

Iuramentum fidelitatis quod praſtatur pro feudo ſatis differt ab illo, quod praſtatur pro iuriſdictione, num. 60.

Iuramentum fidelitatis debet praſtari nedum per ſubditos ſimpliciter ſed per eos qui feudum habent, & degunt ſub iuriſdictione domini, & quomodo, num. 61.

Iuramentum fidelitatis praſtari poteſt etiam per procuratores, & quando, nu. 62. 63. 64. 65. fallit quando dominus vel let à principali, num. 66.

Iuramentum homagij & fidelitatis, quod deberet praſtari per vniuerſitates, poteſt per ſyndicos, num 63.

Inueſtitura poteſt capi & concedi etiam per procuratorem, num 65.

Iuramentum fidelitatis debet adhuc praſtari per vaſſallum, etſi proprietas feudi vendita fuerit, num. 67.

Iuramentum homagij, & fidelitatis debet praſtari nedum vni, ſed etiam alteri ſecundo domino, num. 68. & ſeqq. limita, num. 71.

Vaſſallus poteſt eſſe vaſſallus duorum, num. 69.

Vaſſallus ligius vnius domini eſſe poteſt, & vaſſallus ſimplex alterius, num. 70. cum ſeqq.

Fidelitas homagij non poteſt duobus praſtari, quando adeſſet clauſula, nulla alij fidelitate ſeruata, num. 71.

Ligius homo vnius non poteſt propriè eſſe ligius alterius in feudo proprio, nu. 72. 73.

Vaſſallus ligius duorum etiam pro diuerſis duabus rebus eſſe non poteſt, & quando, num. 73. 74.

Homagium, ſiuè iuramentum fidelitatis poteſt praſtari etiam per Ambaſciatores, Oratores, Legatos, & Nuntios Regni, num. 75. & ſeq.

Ambaſciatores Regni quomodo iurant Regi *homagium, & Sacramentum fidelitatis ibidem.*

Procuratori poteſt commicti mandatum de iureiurando, & ad praſtandum quæcumque iuramenta, & quomodo, num. 76.

Iuramentum fidelitatis praſtari debet etiam per poſſidentem feudum francbum, liberum, & exemptum, num. 77.

Iuramentum fidelitatis, & aſſecurationis, ſiue homagij poſſunt petere ab eorum vaſſallis, filij, nepotes, aut alij ſucceſſores vniuerſales quicumque Comitum, vel Baronum mortuorum, num. 78.

Iudices expedientes literas de homagio per homines feudi praſtando ſolent apponere clauſulam, ſi habeant poſſeſſionem, num. 79.

Literæ Tribunalis Regij Patrimonij de tradendo & praſtando homagio debent continere clauſulam, ſi habeant poſſeſſionem feudi ibid.

Iuramẽtũ fidelitatis efficit, vt quæratur Domino quaſi poſſeſſio vaſſallorũ, ibid.

Sub.

Subſeudatarij quando præſtant iuramentum fidelitatis eorum ſeudatarijs, debet fieri de licentia Regia, aliàs ſeudatarij incidunt crimen publicationis bonorum nedum ſeudalium, ſed etiam allodialium omnium, num. 80.

Homagium fidelitatis debet præſtari per vaſſallos, etiam quando refutatur ſeudum, num. 81.

David Rex quando refutauit Regnum Salamoni filio, paruit illi omnis Iſrael & cuncti Principes, & dederunt manum, & ſubiecti fuerunt, & iurauerũt, ibid.

Carolus V. Imperator, & Rex quando refutauit Regna Philippo II. eius filio omnes Principes, & Duces, & primates præſtiterunt homagium, ibid. & fuerunt facta magna feſtiuitates, & effuſa pecunia auri, & argenti, num. 82.

Rifutatio Regnorum quando fuit facta per Carolum V. Imperatorem eius filio Philippo, fuerunt facta magna feſtiuitates, & effuſio pecuniarum, num. 82.

Feſtiuitates magnæ ſolent fieri etiam cum effuſione pecuniarum auri, & argenti, & quando, num. 82.

Homagium, ſiue iuramentum fidelitatis debet præſtari per vaſſallos non aliter ſtantes, ſed cum genibus flexis, num. 83. etiam per officiales, num. ſeq.

Iuramentum fidelitatis habet annexam reuerentiæ exhibitionem, ibid.

Officiales quando præſtant iuramentum in captura poſſeſſionis officiorum, debent flexis genibus præſtare, num. 84.

Reges omnes præſertim Hyſpaniæ iurant fidelitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eiuſque S. Pontifici, num. 85. & ſeq.

Reges Hyſpaniæ Catholici dicuntur in ſpecie defenſores Romanæ Eccleſiæ, quibus conceſſa eſt Cruciata contra rebelles eccleſiæ, ibid

Bulla Cruciata conceſſa Regibus Hyſpaniæ defenſoribus contra hæreticos, & inimicos eccleſiæ, & quare vocetur Cruciata, num. 86.

Homagium, & iuramentum fidelitatis quando eſt præſtitum, & conſumatum, operatur traditionem corporalem feudi tranſmiſſibilis, & quomodo, num. 87.

Inueſtituræ inſtrumenta, cum iuramento fidelitatis ſollemniter capta debent conſeruari per feudatarios, adhoc, vt iure deriuatiuo ſuccedatur in feudo, ibid.

Inueſtitura cum iuramento fidelitatis præſtito, ſi præceſſit, facit, vt ſi vaſſallus poſſederit per annum continuum feudum, domino ſciente, & non contradicente tenuerit, ibid.

Iuramentum fidelitatis, ſiue homagij operatur, vt non dicatur aliter clauſula exequutiua, ſed diſpoſitiua, num. 88. & ſeqq.

Clauſula, vtatur, & fruatur, reſeruato homagio, & fidelitate, non eſt exequutiua, ſed diſpoſitiua, num. 89.

Clauſulæ in exequutiuis poſitæ nihil operantur regulariter, num. 90.

Iuramentum fidelitatis, & homagij ſi non eſt petitum infra tempora, nocet ſucceſſoribus in feudo & quando, num. 91. cum ſeqq.

Feudum hæreditarium in Regno non habet agnatos, num. 92.

Feudum pacti, & prouidentiæ ſi eſt an delictum patris noceat filijs, num. 93.

Feudum pacti, & prouidentiæ ſi eſt, dicitur ei ſuccedi ex gratia Principis, & antiquorum et nulla nocet alienatio, nec culpa prædeceſſorum, et tranſit in filios, eſto non ſint hæredes, nec venit in confiſcatione, ibid.

Iuramentum fidelitas nedum ſufficit fuiſſe per feudatarios præſtitum Regi, ſed debet de hoc fieri nota, et ſolui iura Prothonotario, et Cancellariæ, ad rationem granorum quinque pro qualibet vncia, et quomodo, num. 94. et an debeãt copulatiuè adimpleri, num. 95. 96.

Inueſtituræ ius quando recipitur, ſoluitur ius granorum quinque officio Cãcellariæ, et totidem alij grani quinque officia Prothonotarij pro qualibet vncia deductis oneribus redituum feudi, et ſtatur iuramento feudatarij, ibid.

Et, facit copulam, et concurſum tam in fauorabilibus, quam in odioſis, et plura copulata habentur pro vno, num. 96. fallit in caſibus, num. 97.

Copulata plura habentur pro vno, et faciunt concurſum, ibid.

Copula, et, licet faciat concurſum, et copulam, fallit in caſibus, num. 97.

Doctoribus, et Medicis ſi eſt relictum legatum, an requirat concurſum in vtraque ſcientia, vt conſequatur, ibid.

Iuramentum fidelitatis, et homagij fuiſſe præſtitum, non poteſt aliter probari, quã per ſcripturam, non per teſtes, num. 98.

Scriptura requiritur omnino in probatione homagij præſtiti, ibid.

Iuramentum fidelitatis, et homagij ſi poſt lapſum tempus præſtatur, an intelligatur remiſſa pœna caducitatis, num. 99. cum ſeqq. et princeps poteſt remittere, num. 101.

Clauſula, ſaluis iuribus Regiæ Curiæ, reſeruat ius commiſſi, et non intelligitur

remiſſa

remiſſa pœna, & ſiſci ius eſt reſeruatum, num. 100.

Princeps poteſt remittere pœnam caducitatis feudi, & iniuriam, num. 101.

Iuramentum fidelitatis adeo infra tempora præſtari debeat, vt non currat præſcriptio contra fiſcum, & quomodo, nu. 102. *& an debeat eſſe præſcriptio* 30. *annorum, vel aliàs num.* 103.

Præſcriptio quinquennij currit in commiſſo, & pœna contra fiſcum, & quomodo, ibid.

Homagium, & iuramentum fidelitatis debet præſtari ventri, mortuo vxoris Principe, num. 104.

Prægnans venter ſolet mitti in poſſeſſionem, ibid.

Iuramentum homagij, & fidelitatis tantum præſtari debet, quandiu feudum poſſidetur, num. 106. *cum ſeqq.*

Donatarius feudi an tenentur præſtare iuramentum fidelitatis, num. 107.

Tributum debet ſolui per poſſeſſorem rei, & quomodo, num. 108.

Gabella debet ſolui per poſſeſſorem rei, remiſſiuè, ibid.

Homagium & iuramentum fidelitatis nõ tenentur præſtare officiales Regij non poſſidentes feuda, num 109.

Iuramentum fidelitatis ſi non eſt præſtitum in feudo exiguo, non priuatur feudo, quia in magnis feudis præſtatur, nu. 110. *& quando, num. ſeq.*

Minima curantur in formalibus, quando ſunt de ſubſtantialibus, num. 111.

Iuramentum fidelitatis, & homagij non tenetur præſtare minor, ſed eius tutor Balius, &c. num. 112. *& ſeqq.*

Minores non tenentur ad iuramentum homagij, & ſunt incapaces officiorum, num. 112. *niſi ex diſpenſatione, num.* 113. *cum ſeqq.*

Minor poteſt exercere officium tributi militum ex diſpenſatione, & interim poteſt exerceri per adminiſtratorem, num. 114.

Minor ſi interim nõ poſſit exercere dignitatem, quæ iure hæreditario defertur, exercetur per eius adminiſtratorem interim, num. 115.

Minor poteſt interim ſeruire in feudo per ſubſtitutum, num. 116.

Feudum improprium requirit potius ſeruitium reale, quàm perſonale, & an in eo præſtetur iuramentum fidelitatis, num. 117. *& poſſunt in eo ſuccedere fœminæ, num* 118. *& ſeqq.*

Homagium, an & quomodo præſtari debeat in feudo improprio, ibid.

Fœminæ poſſunt ſuccedere in feudo improprio num. 118 *& ſeqq. vel quando feudum eſſet ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium, num.* 123.

Fœminæ in feudis excluduntur regulariter per generationem maſculinam, & an & quando maſculi ex fœminis admittantur, num. 119. 120.

Doctori nihil alleganti non creditur, niſi non habeat contradictorem, num. 121. *& ſeq.*

Doctoris deciſio adhuc ſine lege loquentis, quãdo non habet contradictorem, habet vim legis, & plurimum valet, num. 122.

Feuda etiam hæreditaria indiuidua ſunt, num. 124.

Iuramentum fidelitatis non poſſunt recipere filij Comitum, & Baronum ab eorum vaſſallis ſine licentia Regis, num. 127.

Vaſſalli an teneantur præſtare homagiũ ſucceſſori domini ex titulo vniuerſali, & quomodo, num. 128.

Iuramentum fidelitatis ſi non eſſet præſtitum tempore guerræ, aut treguæ non perditur feudum, num. 129.

Homagium ſoli Principi, & Regi præſtandum eſt, num. 130.

Iuramentum fidelitatis, & homagij ſi aliter quàm vero domino præſtitum ſit ob metum, vel aliàs, nil prodeſt, nec nocet, num. 131.

Iuramentum fidelitatis ſi erat præſtitum ab anteceſſore, et ſucceſſor in feudo credebat illud ſuffeciſſe, excuſatur, nu. 132.

Iuramentum fidelitatis ſi non eſt præſtitum, an poſſit mora purgari, et quando, num. 133. *cum ſeq.*

Ipſo iure quando eſt dictum an poſſit mora purgari, et an requiratur ſententia, num. 134.

Iuramentum homagij, et fidelitatis ſi non eſt præſtitum, pœna exigitur via executiua, num. 135.

Fiſcus exigit debitum liquidum contra tertios, ibid.

Iuramentum fidelitatis, et homagij an præſumatur præſtitum, ſi poſſideretur feudum ſciente, et patiente domino, et quid in ſolutione iurium, num. 136.

Iuramentum homagij et fidelitatis, an poſſit ab initio remitti, num. 137.

Iuramentum fidelitatis eſt inueſtitura abuſiua, num. 138.

Litteræ de conſignanda, vel reſignanda poſſeſſione in feudalibus operantur præſtationem homagij, et fidelitatis, et inueſtitura, num. 140.

Homagium frangens quam pœnam incurrat, num. 141.

Digitized by Google

1 FIdelitatem præſtare † (quæ & alio no-
mine iuramentum aſſecurationis voca-
tur & homagii, ſecundum gloſſ. in Con-
ſtit. Domini à Vaſſallis, lib. 3. cum ſimilib.
poſt Iſern. & Frecciam lib. 2. de author. &
poteſt. Baron. in 4. authoritate in princ. &
alio nomine dicuntur affidationes, quæ
idem realiter ſunt, ac ſi aſſecurationes, vt in
cap. 1. Regis Petri, de quo ſubdam modo)
Dominis ſuis Vaſſallos numquam fuit hæ-
2 ſitatum infra tempora † ideſt annum, &
diem, vel menſem, vt de inueſtitura dixi in
cap. 452. Regis Alph. num. 6. cum ſeq. tom.
5. Soccin. Iun. conſ. 115. lib. 2. cap. 1. qualit.
vaſſalli iur. deb. fidel. cum duob. ſequen-
tib. titulis, cap. 1 de form. fidelit. & in cap. 1.
qual. dom. propr. feudi priuet. & in cap.
domino, ſi de feud. fuer. controuerſ. int.
dom. & agnat. cap. nulla, per quos fiat in-
ueſtit. & de hac inueſtitura ſentitur in tit.
de pac. conſtant. §. priuilegia omnia, ibi
(*ſimili mo d. à filio noſtro, vel eius ſucceſſore inueſtituram recipietis*) & per ea, quæ vide-
bimus infra, ampl. 13. ¶ Meminit huius
capituli Cumia in cap. ſi aliquem, verbo
mortis, num. 48. fol. 132. & concordat ſu-
pra cum cap. 1. facit d. cap. 452. ſupra tom.
5. Regis huius Alphonſi, vbi tractaui de in-
ueſtitura petenda infra tempus, hic vero di
ſcutiemus aliqua de fidelitate, & homagio,
hoc enim ſufficit, præſtare, nempe iſtud iu-
ramētū fidelitatis infra hęc tempora infra
quæ debebat peti ipſa inueſtitura, quia
Barones, & feudatarii non tenentur ca-
pere amplius ipſam, prout vt hic in textu
indecretata ibi (*Placet Regiæ Maieſtati, quòd Marchiones, Comites, Barones, & feudatarij non teneantur petere, ſeu capere inueſtituram, etiam propter mortem Domini Regis Alphonſi, & ex hoc nullam incurrant pœnam, ſed loco inueſtituræ præſtetur, & præſtare teneantur iuramentū, & homagium fidelitatis, &c.*) & ita pertran-
ſit hic Boniorn. dicens quòd in Regno Si-
ciliæ ſolæ litteræ aſſecurationis vaſſallo-
rum habent vim inueſtituræ, ex Andr. in
cap. 1. & ibi Affl. de capit. Corradi, & in
cap. 1. quib. modis feud. amict. quia con-
ſtitut. Regni non requirunt inueſtituram,
ſed tātum oraculum, & recordor ſic ſcrip-
ſiſſe in d. cap. 452. eiuſdem Regis Alphonſi,
in limitatione quinta, num. 60. & ſic vbi an-
3 tiquitus non petita inueſtitura † infra di-
cta tempora, hoc eſt infra annum, & diem,
vt in d. cap. 452. dixi in d. cap. 1. quo tem-
pore miles, Iaſon in l. fin. num. 41. C. de
iur. emphir. Ant. Sola in conſtit. Pedamōt.
& ſubaudię gloſſ. 4. & 5. num. 9. cap. 1. §.
præterea ſi quis infeudatus, de prohib. feu-
di alien. per Federic. Guid. Pap. deciſ. 167.
& pertranſit ſic Boniorn. feudatarius erat
in pœnam amiſſionis redituum duorum
annorum, ita non petito & præſtito dicto
iuramento fidelitatis, vt hic ibidem (*niſi amiſſionis redituum duorum annorum*) & ſi
poſt lapſum temporis, facta requiſitione
infra aliud trimeſtre non præſtiterint ipſi
feudatarii tale iuramentum fidelitatis, &
homagii, tunc incurritur pœna amiſſionis
feudorum, ibi (*niſi poſt lapſum temporis, &c.*)
cap. 1. §. præterea, tit. de prohib. feudi
alien. per Federic. & prout dico latius in-
fra ampl. 22. & 23. quod ideo ſic homagiū
4 dicitur † quaſi faciendo ſe hominem alte-
rius, quamuis realiter homagium in terris
Demanii ſpectet ad Regem, vt ſubdam
modo, & ait Speculat. in tit. de feudis, §.
2. cum tribus verſic. ſeqq. Io. Andr. in Cle-
ment. paſtoralis, §. rurſus, in gloſſ. in verbo,
homo ligius, de regul. iuris, Aluarott. in
proœm. feudor. quæſt. 7. Dec. conſ. 413. nu.
3. Albericus de Roſat. in dictionario, ver-
bo homagium, Iaſon in vſib. feudor. num.
7. vbi ſubdit, ſub illo homagio contineri fi-
delitatē, & obedientiā, vt ait Innoc. in re-
gula indignū, Speculat. & alii, & ſeruitium
perſonale, ſiue obſequium, prout diſtin-
ctius inferius videbimus, quia ex quo Ba-
rones ſunt de Regno, Regnum vtique ip-
ſum debet præſtare obſequium Regi, ex
traditis per Matth. de Affl. in proœmio Cō-
ſtit. Regni, fol. 24. num. 5. deſcenditque illud
nomen fidelitatis à fide vnde dicitur feu-
5 dum poſui in d. cap. 452. Regis Alphonſi,
nu. 9. † cap. nulla, per quos fiat inueſtitur.
Bald. in pręlud. col. 5. Aluar. Zaſ. Abb. Ia-
ſon, Paris, & alii per Menocch. conſ. 2.
num. 65. lib. 1. & per hoc inferatur vt res
poſſeſſæ ſint feudales, & ita poſt Guid.
Odoffredd. & Rayner. teſtatur idem Ia-
ſon vbi ſupra, num. 28. Aluarott. Cardinal.
Florent. Hoſtienſ. & cæteri per eum cita-
ti, inferendo, num. 29. non valere pactum,
ob quod vaſſallus etiam ob felloniam non
caderet a feudo, quia ex hoc inuitaretur
ad delinquendum, quod eſſe non debet,
neque eſſet fidem ſeruare, quę etiam hoſti
ſeruanda eſt, vt ibi per eum, vt latius pono
infra ampl. 3. & per ea etiam, quę tradidi
remiſſiue infra in cap. 2. Regis Catholici
Ferdinandi, tom. 7. vbi demonſtratur, il-
lud homagium, & fidelitatis iuramentum
pręſtitum ipſi Regi Ferdinando exiſtenti
ante altare mauis poſt Miſſarū ſollemnia
per Oratorem, & Ambaſciatorem, ſiue
Legatum pro hoc Regno Sicilię, & prout
clarius pono infra, ampl. 14. ¶ Immo per
d. cap. nulla, tit. per quos fiat inueſtit. de-
monſtratur ſtrictius teneri vaſſallum Do-
6 mino, quàm econtra, quia vaſſallus † iu-
rat Domino, non autem econuerſo, Andr.
in cap. 1. de form. fidelit. in fine, & in d.
cap. 1. qualit. dom. propr. feud. priuet. Af-
flict. deciſ. 265. num. 3. & de hoc iuramen-
to fidelitatis ab omnibus Optimatibus, ac
7 Proceribus præſtando in Hyſpania † te-
ſtatur Molina, de primogen. Hyſpan. cap.
6. lib. 3. num. 19. fol. 388. l. legatum, ff. de vſu,
& vſufr. leg. gloſſ. in pragmat. ſanct. Andr.
cum aliis iurib. relatis per eundē Frecc. de
ſubfeudis, §. fuit quęſitum lib. 1. num. 33. fol.
16. tam ſi eſſemus in emptore feudi, quàm
in ſucceſſore ipſius feudi, vt videbimus inf.
ampl. 5. n. 34. cū ſeqq. Et ita fuit pręſtitum
ſimile iuramentū per Proceres Hyſpanos
Sereniſſimo Principi Philippo IIII. ętatis
annorum duorum, & mēſium anno 1608.
die

die 13.Ianuarii,ſicquè realiter diſponitur
in d. cap.1.ſub Rege Petro II. inter capitu-
la Regis Federici,tom.1.de quo ſcripſi in
pragm.vnica.tit.38.de pæna homagii vio-
lati in 1. notab. tom. 1. ipſarum pragmat.
vbi, an ſit de reſeruatis Prineipi illud con-
cedere homagium,de quo alibi dante Do-
mino.
8 Sub quo quidem iuramento † ſex princi-
paliter cõtinẽtur,prout legitur in d. c.1.de
nou.ſorma fidelit. & in decret. 22. quæſt.
5.cap.de ſorma, & in d. cap. 2. Regis Fer-
din.tom.7.nempe,ſeruare dominum inco-
lumen,tutum,honeſtũ,vtile,ſacile,& poſſi-
bile, Simon Schard. in ſuo lexicon iuris,
verbo, homagium, Forcat, Necyom int.
dialogo 8.nu.5. Ioann. Paul. Balzaran. lib.
2.de noua form.fidelit. §.inueſtitura,num.
11. & poſuit Aluarott.in cap.1. quib. mod.
feud.amict.ſequitur in dictis vſibus ſeudo-
rum,num.17. licet quoad illos, qui non
ſunt vaſſalli, ſed tantummodo ſubditi, &
habitatores, & in conceſſione reſeruata
præſtant iuramentum fidelitatis, iuxta ea,
quæ dicam infra ampl.9. quatuor præſta-
re teneantur, vt ibi ponam limitatione 2.
num.57.& per conſequens Vaſſalli ſemper
remanent obligati ad ea, quæ inſunt ſub
9 dicto fidelitatis iuramento † Alex.conſ.79.
col.5.lib.1. Affl. d. deciſ. 265. num. 39. &
hoc per antonomaſiam, & excellentiam,
illo in hoc differt à iuramento etenim
præſtito per veros vaſſallos, ab alio præ-
ſtito per dictos ſubditos, vel habitatores,
quia primum dicitur, obligatio legalis, ſic
Crauett.conſ. 27. num. 6. permanens, &
ſucceſſiua, non autem momentanea,Gugl.
de Cun.in l.ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur.
Natt. conſ. 544.num.6. Rolland.conſil.44.
num.8.vol.1.Affl.Bald.Aluarott. Ardizon.
Bertrand. Iſern. & mille per Surd. conſil.
172.ſub n.5.vol.2. &parcat mihi ipſe Surd.
qui ibidẽ voluit reprehendere eundẽ Rol-
land.in conſil.53.n.16.vol.2.Affl.in conſtit.
Regni,incip. de aſſecurat.bonor. dicentes
quod hoc iuramentum vocatur aſſecura-
10 tionis † & fidelitatis impropriè, & quam-
uis idẽ Surd. dicat hoe eſſe erroneum, ſed
eſſe ſemper fidelitatis,ſiue à vaſſallo, ſiue à
dicto ſubdito ratione iuriſdictionis præ-
ſtetur,ſtante quia vtroq. caſu promictitur
fidelitas,& vterque iurat ſe eſſe fidelem,
cum toto hoc iudicio meo non remanet
quin dicatur improprium, quia ad quid
ipſe Surd.dixit ſupra quòd primum voca-
tur obligatio legalis,permanens,& ſucceſ-
ſiua,non autem momentanea, quaſi ac de
ſecundo ſentiat,& ſic impropriè.
Et prima igitur obligatio eſt, quia vt vi-
11 dimus, iurant vaſſalli ſeruare † dominum
incolumem,ideſt,vt non offendant, nec in
corpore ſuo,nec per alium,& ſic iurant nõ
eſſe proditores, tit.de ſeud. ſine culp. non
amict. vbi Iſernia dicit, quòd ideo de hoc
mentio ſit, propter ſrequentiam, l.nam ad
ea,ff.de legib. & hæc obligatio colligitur
ex d.cap.Regni 2. Regis Ferdin. ibi (*& ſic
promiſit*) & rurſus ibi (*& ſi conſilium*) &
ibi (*& numquam aliquid facient ſcienter, quod
ad iniuriam, & contumeliam dictæ Maieſtatis
pertineat, ſeu ſpectare poſſet*) & ibi (*non ami-
ctant vitam, vel membrum aliquod, & ibi, aut
recipiant in perſona aliquam læſionem, iniuriam,
contumeliam,offenſam,vel dehonorem,&c.*) &
prout late legitur in fidehomagio præſtito
per Oratores,& Legatos huius Regni inſr.
poſt c. 89.& 90.Immo procurare,& ſace-
re iuxta eorum omnes conatus, & poſſibi-
litatem,vt alius non offendat, non enim
ſufficit abſtinere à malo,niſi ſaciat bonum,
ſicut vidimus ſupra in eap. 39. Regis Iaco-
bi,in xi. intellectu,tom 1. ¶ Et ſicuti pro-
12 miſſio eſt circa perſonam domini † ſic
etiam extenditur ad perſonam ſratris Re-
gis, vt dixi in alio eap.5. eiuſdem Regis Ia-
cobi, verſic. ſratris, d.tom.1. idem voluit
Affl.in d.deciſ. 265. num. 41. quòd ſub iſto
verbo (*incolumem*) continetur, vt vaſſal-
lus non accuſet dominum ſuum, niſi ſuam,
ſuorumque iniuriam proſequatur: ſecun-
do, quòd non dicat teſtimonium in cauſa
criminali contra eundem dominum: ter-
tio,quòd non ſit in concilio,vel in ſacto, vt
dominus vitam vel membrum amictat,
vel in perſona lęſionem,iniuriam,vel con-
tumeliam recipiat,aut honorem, quem ha-
bet,vel habebit, perdat.
Obligatio ſecunda eſt,quæ oritur ex di-
13 cto iuramento fidelitatis, nam iurãt † vaſ-
ſalli dominum ſuum tutum, & colligitur
etiam hæc 2. obligatio ex d. c. p. 2. Regis
Ferdin.d.tom.7. ibi (*non amictant vitam, &
quòd non reuelabit ſecreta domini ſui*) prout in
cap.34.eiuſdem Regis Ferdin. ſub verſic.
hinc dixi, de quo tranſportaui in cap. 63.
Regis Iacobi, nu. 10.& ſeq. eod. tom. 1. &
pulchrius in d.cap.2.Regis Ferdin. ibi (*&
aliquod ſecretum nemini pandet*) Bouadill. in
ſua politica,lib.2.cap.5.num. 18. & ſeq. to.
1. ex Bald. in cap. 1. de pac. conſtant. §.
credentias,num.2.Didac.Perez in l.21.tit.
3.lib.2.ordinament. col.364. Pila in Curia,
lib.3.cap.1. in princ. & per ea quæ tango
infra in cap. 71. poſt princip. & prout ſub-
dam inferius,num.15.Freccia, authorit. 4.
num.6.lib.2.de auth. Baron.
Obligatio tertia eſt, vt iurent vaſſalli
14 † dominum ſeruare honeſtum, illa hone-
ſtate,de qua poſui ſupra in cap.35.eiuſdem
Regis Iacobi, verſic. crimen, num. 66. &
ſeq.d.tom.1.
Obligatio quarta, vt iurent domino
15 † vtile, prout hoc diſponitur in eod. cap.
2.Regis Ferdinandi, ibi (*& ſi ſcinerit, & ſi
contingeret*)& inſr.hoc tomo in d.c.90.vbi in
fidehomagio pręſtito per eoſdẽ Oratores,
& Legatos Regni iurãt Regi tenere ſecre-
tè quicquid Rex dixerit ſuis vaſſallis, nec
vlli pandere, neque reuelare, vt tetigi ſu-
pra in cap. 21.Regis Martini ſub num. 37.
tom. 3.cum ibi citatis, & in pragmat. Re-
gias,tit.36.de pæna reuel. geſta in conſilio,
tom.1. earundem pragmaticarum cum ſi-
milibus tactis ſuperius, num.13. Iſern. in
conſtit. domin. à vaſſallis, & in eap. 1. de
controuerſ.ſeudi apud par. termin.

16 Obligatio quinta, vt iurent facile ✝ ſic in
d. cap. 2. eiuſdem Regis Ferdin. ibi (*& ſi
contingens, retinere curab.*) & conſequenter
hac de cauſa putamus, vt ſeuda, non poſ-
ſint poſſideri per exteros a Regno ſubdi-
tos alienę iuriſdictioni pręterquam Regię,
vt videbimus infra in d. cap. 71. poſt prin-
cipium.
17 Obligatio ſexta, vt iurent poſſibile ✝ d.
cap. 2. Regis Ferdin. ibi (*pro viribus, & pro-
ut poteris, auxilium præſtabis*) inferunt DD.
ex his, vt etiam ſi Epiſcopus non eſſet fide-
lis Regi ex ſupradictis requiſitis, poſſit ip-
ſe Rex eum repellere, vt dixit Abb. in
cap. ex parte, de teſtib. Ioann. Bertacchin.
in ſuo repertorio, verbo, Rex, part. 4. fol.
meo 326. col. 4. & per ea, quæ dixi ſupra in
cap. 21. Regis Martini, num. 35. 36. 37. tom.
3. & ex iis, & in tract. de peſte, queſt. 1. verſ.
immo plus, quæ ſubdã nũc in prima ampl.
Ampliatur primo hoc cap. procedere,
18 etiam in Prælatis ✝ & aliis eccleſiaſticis
perſonis ſeuda poſſidentibus (& ſic etiam
ab Epiſcopis iuratur fidelitas ipſi Principi,
ex tactis paulo ſuperius, & in cap. 39. Re-
gis Iacobi, verſic. præſtari quarto, num. 65.
to. 1. cap. nimis, de iureiur. vbi Clerici ha-
bentes temporalia à laicis, tenentur iura-
re, & præſtare eis iuramentum fidelitatis,
alias non, Abb. in cap. veniens, de accuſat.
cum ſimilib. per Alberic. in dictionario, d.
verbo, homagium, & ita ait Bermond. Chi-
ueronius in tract. de concubin. §. ergo vi-
detur quòd Rex, num. 15. & 16. vbi aliqua
adducit ad demonſtrandum, quòd in tem-
19 poralibus Reges nõ ſubſunt Pontifici ✝ ni-
ſi in certis caſibus, vt ibi per eum, & ſuo
loco dixi in proæm. capitulorum Regis
Caroli in princ. tom. 8. & in cap. xxi. eiuſ-
dem Regis Alphonſi in princ. tom. 4. ex
Afl. in proæm. Conſtit. Regni, fol. 23. nu.
2. nempe in exercitio, & actu, Innoc. in
cap. per venerabilem, §. rationibus, & in
cap. cauſam, vbi Hoſtienſ. & Io. Andr. qui
fil. ſint legit. Salycet. Iacob. Butr. & alii
per Alex. pulchre conſ. 3. in principio, vol.
5. Petr. Ant. de Petra in tract. de poteſtat.
Princip. cap. 32. num. 40. ex Calderin. &
aliis, & quæ poſt Frecciam tetigi ſupra in
cap. præcedenti, num. 149. quia in habitu in
toto mundo S. P. ipſe habet adhuc in tem-
poralib. iuriſdictionẽ, idẽ Afl. in Cõſtit. Re-
gni Officiorum, num. 5. & 6. tit. 58. de offic.
Magiſtr. Camer. lib. 1. ſicuti in ſpiritualibus,
20 ✝ etenim totus mundus hoc modo eſt in
Prouincia ipſius S. Pont. vt poſt Surd. con-
ſil. 479. num. 10. vol. 4. Aponte conſil. vnico
ſuper interd. venet. voluit Maſtrill. Col-
lega noſter eruditus in tract. de Magiſtrat.
lib. 1. cap. 3. num. 6. & ſeq. & latè ſcripſi in
cap. 1. Regis Federici, num. 27. cum ſeqq.
tom. 2. & hac ratione dixit S. Thom. 4. ſen-
21 tent. diſt. 14. quod Papa non vtitur ✝ Bacu-
lo ſicut Epiſcopi, quia non habet poteſtatẽ
incuruatam, nec coarctatam, ſicut in cur-
uatio talis baculi deſignat, Fęlin. in rubr. de
conſtit. col. 2. Purpurat. in l. 1. ff. de offic.
eius, cui man. eſt iuriſdictio, nu. 615. & 616.
Archidiac. in cap. diſciplina, diſt. 45. & pul-
chrè per text. & ibi gloſſ. in cap. vnico, de
ſacra vnct. in fine, vbi propter duo Papa
non vtitur baculo ✝ quem Græci βάκτρον
22 appellant, ſcilicet propter hyſtoriam,
quæ erat quòd Martialis vnus de diſcipulis
Petri, quem poſuit Dominus inter diſcipu-
los, cum dixit (*niſi efficiamini ſicut paruulus
iſte, &c.*) cũ fuiſſet miſſus ab eod. Petro cũ
alio diſcipulo S. Mattheo ad prædicandũ
in Germaniam, ibi mortuus fuit, & rediit
collega ad eũdẽ Petrũ, & Petrus ait, accipe
baculum, & tangens eum, dic, vt in no-
mine Domini ſurgat, & prædicet, iuit, te-
tigit, & ſurrexit poſt 40. dies mortis, &
prædicauit, & ita Petrus remouit à ſe ba-
culum, & tradidit ſubditis; alia ratio, quare
non vtatur ipſo baculo eſt propter myſti-
cam rationem, quia baculus habet in ſum-
mitate recuruationem, quaſi ad trahendũ,
quod non eſt neceſſarium Romano Ponti-
fici, quia nullus ab eo diuertere poteſt fina-
liter, cap. pudenda 24. quæſt. 1. vel quia
per ipſum baculum deſignatur coërctio, ſi-
ue caſtigatio, ideo alii Pontifices recipiũt à
ſuis ſuperiorib. baculos, quippe quia ab ho-
mine poteſtatẽ recipiũt Papa à ſolo Deo.)
23 nam Princeps ✝ ſecularis habet intentio-
nem fundatam de iure communi ſuper tẽ-
poralibus poſſeſſis per eos, & per eum do-
natis, ſiue collatis in feudum, per ea, quæ
dicam infra in cap. 37. Regis Catholici, Fer-
din. limit. 6. d. tom. 7. cum concord. vbi
quid in appellatione, & maximè quando
haberent temporalem illam adminiſtra-
tionem ex priuilegio à Regibus conceſſo,
vt eſt etiam videre in deciſ. 99. M. R. C. nu.
20. cum ſeqq. & in pragmaticis, tit. 48. de
pœna Clericorum, &c. tom. 1. earundem
pragmaticarum in 1. notab. Non obſtante
24 quod tales Prælati ✝ haberent licentiam,
ſiue cedulam Regalem, quæ communiter
habetur loco dictę inueſtituræ, prout vidi-
mus ſupra in d. cap. 452. Regis Alph. li-
mit. 22. & remiſſiuè tetigi in cap. 519. eiuſ-
dem Regis, to. 5. & ſentitur in hoc capit.
dum dicitur ibi (*& feudatarius*) ſi ergo ta-
les Prælati habent ſeuda à Rege, non vi-
deo excluſiuam rationem, quare tale iura-
mentum fidelitatis non teneantur præſta-
re, ad hoc, vt eiuſmodi præſtatio iuramen-
ti arguat res eſſe ſeudales.
Et licet regulariter videatur obiici poſſe,
25 ✝ quomodo dicti Prælati teneantur ad di-
ctum iuramentum fidelitatis, cum nec
etiam ipſi teneantur præſtare ſeruitium?
tamen hoc non obſtante, ſunt aſtricti, vt
* de com. * opin. poſui in cap. Regni 540.
Regis Alph. verſic. ſeptimo, ſupra, d. tom.
5. quia loco ſeruitii, ſucceſſit hodie conſe-
quutio fructuum per ipſum Regem poſt
mortem ipſorum Prelatorum, vt vidimus
in materia ſpoliorum in alio cap. 478. eiuſ-
dem Regis Alph. num 24. & 25. eod. tom.
5. & latiſſimè in hac materia ſcripſit
Arnulph. Ruzeus in tract. de iure Re-
galiæ in princip. vſque ad num. 16.
cum ſeqq. tom. 1 2. tractat. fol. meo 358.
&

& faciunt etiam, quę dixi in alio cap.
456. eod. tom. 5. & quę poſui ſupr. in d. cap.
39. Regis Iacobi, in d. verſic. prętari, quar-
to, do aliam rationem, & dico, quòd licet
ſtatuta laicorum non ligent eccleſiaſticas,
perſonas, vt ſuis locis latè ſcripſi, tamen
quando vtile, vel directum dominium eſt
penes eos, tunc ſtatutum dicitur diſpone-
re de re ſibi ſubiecta, vt eſt videre in d. de-
ciſ. 99. M. R. C. num. 20. 21. cum ſeqq.

Ampliatur ſecundo procedere, nedũ in
26 vaſſallis ratione feudorũ † ſed etiã in vaſſal-
lis burgẽſibus ſecundum Andr. de Yſern. in
cap. 1. qualit. vaſſall. iurar. deb. fidelit. quem
ſequitur Affl. d. deciſ. 265. num. 39. Bald. in
tit. de pace Conſtant. verbo, vaſſalli, & con
ſil. 270. Pridem, vol. 3. Freccia in d. tract. de
author. & poteſt. Baron. author. 4. lib. 2. nu.
7. vbi ait quòd iſtud iuramentum quando
iuratur vt burgenſis, non vocatur ſacra-
mentum fidelitatis, ſed iuramentum origi-
nis, dicens quòd fortius obligat iſtud iura-
mentum, quod pręſtatur ab eo, vt burgen
ſe, de quo tamen dubito, quia mihi videtur
quòd fortius obligaret iuramentum quod
pręſtatur, vt feudatarius, & ſentitur per
gloſſ. in conſtit. Regni, Comite, vel Baro-
ne, tit. 24. de ſucceſſ. nobil. lib. 3. v. g. quan-
do, ſponte voluiſſent iurare, quia dicitur ibi
quòd poſſunt vaſſalli, etiam non feudales,
ſed burgenſatici iurare, & intelligit, pre-
cedente licentia Regia, (arg. eorum, quę
dico infra, ampl. 4.) ratione quia recipere
ſacramentalia, ſignificat quãdam ſuperio-
27 ritatem, & preeminentiam † quam non
concedit Rex Dominus Regni ſine ſua li-
centia, vt ſubdit ibidem gloſſ. per conſtit.
ea, quę ad ſpeciale decus, de Offit. Ma-
giſtr. Iuſtit. & iſtud eſt, quod videtur dice-
re Petr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feu-
di, part. 1. quęſt. 9. (quamuis varius poſtea
in part. 8. quęſt. 2. in 2. pręſuppoſito) Cumia
in d. cap. ſi aliquem, verbo, ſeruitii conſue-
ti, num. 65. qui dicunt, quòd habens feudũ
28 liberum, & ad franchum allodium † te-
neatur pręſtare ea, quę in fidelitatis ſacra-
mento continentur, vt reaſſumo infra am
pliatione 15. num. 77.

Ampliatur tertio, vt non poſſit tale iu-
29 ramentum fidelitatis remicti † quia eſt de
ſubſtantia, vt ſubiungam nunc, & eſſet pa-
ctum contra ſubſtantialia cõtractus, Pern.
conſ. 12. Curt. Iun. & Petr. de Gregor. cum
concordantib. adductis per ipſum Cumiã
in pręludiis d. cap. ſi aliquem, nu. 176. cum
ſeqq. & num. 243. Luc. de Penna, in l. 3. C.
de his, qui non libe. ſe excuſ. lib. xi. vbi quòd
ex quo hoc iuramentum pręſtatur Regi, di
citur pręſtari gratia Regni, ideoque non
poteſt remitti, maximè ſine conſenſu ma-
ioris partis Procerũ, Archid. in c. authori-
tatẽ, 15. q. 3. Innoc. in cap. quãto, de iureiur.
Cardinal. conſ. 127. Freccia, in d. author. 4.
nu. 9. licet, vt video, cõtrarium teneat ipſe
Cumia in eod. verbo ſeruitii conſueti, n. 96.
vbi ait poſſe remicti quamuis ipſa fidelitas
non poſſit relaxari, cap. 1. §. fin. per quos
fiat inueſtit. Curt. part. 1. quęſt. 7. dixit ta-
men ipſe Pern. d. conſ. 12. col. 8. quòd feu-
30 dum † poteſt concedi, vt ſine iuramento fi-
delitatis habeatur d. cap. 1. §. nulla, d. tit.
per quos fiat inueſtit. cap. 1. §. 1. quæ fuer.
prim. cauſ. beneſ. amict. cum ſimilibus, idẽ
Pernus in primis notabilibus in princip.
& conſ. 24. col. 3. qui loquendo de inueſti-
tura, ſubdit, quòd poteſt pacto, & conceſ-
ſione remicti, vt de eo Sacramentum fide-
litatis fieri non debeat, & ita poſt Cardin.
in pręlud. feudor. quęſt. 14. Curt. cõſ. 50. col.
50. Alex. cõſ. 3. vol. 1. & alios ait idẽ Frecc.
in eod. tract. de author. & poteſt. Baron.
d. authorit. 4. nu. 8. vbi tenet quod eſt de for-
ma, non tamen de ſubſtantia feudi, in dubio
tamen ſemper debet intelligi, vt præſtari
debeat, vt habetur in cap. 1. de capit. Cor-
radi, in ſumma tamen ipſa fidelitas remicti
non poteſt ſtante quod eſt de ſubſtantia
feudi, abſque qua non poteſt feudum conſi-
ſtere quaſi ſemper ineſt in ipſo feudo, quic-
quid dicant aliqui, qui voluerunt non eſſe
de ſubſtantia, inter quos fuit Boniſac. de
Rogger. conſ. 4. num. 81. lib. 1. imo potius
ſit ſubſtantialiſſimum, quàm ſeruitium, vt
latè firmaui ſupra in d. cap. 452. Regis Al-
phonſ. num. 9. & per tradita infra in capit.
67. verſ. & in tantum, vbi quòd fidelitas eſt,
de ſubſtantia feudi, non reditus d. cap. 1. §.
fin. per quos fiat inueſtit. Petr. de Gregor.
de conceſſ. feud. ead. part. 1. d. quęſt. 9. ex
Curt. Andr. de Yſernia Matth. de Affl. &
Abbate, iuramẽtum vero, ſic, vt ipſe deter-
minat, & ita intelligo infra limitationem
quintam, non obſtante quod feudum ſit
conceſſum ad dictum franchum allodium,
quia tamen feudatarius tenebitur pręſtare
ea, quę continentur in dicto ſacramento fi-
delitatis, ex Bald. Curt. Iun. Iacob. de S.
Georgio, & Petr. de Gregor. vbi ſupr. nu. 9.
Intantum, vt ſi Rex faceret pactum, quòd
31 vaſſallus † ob felloniam non cadat à feu-
do, non teneat huiuſmodi pactum, tetigi
ſupra ſub num. 4. ex Aluarott. Hoſtienſ.
Cardinal. Florentino, & Iaſone, dixit Ma-
ſtrill. ad Petr. de Gregor. d. quęſt. 9. ex Ia-
ſon. in dictis vſib. feudorum, nu. 29. Moz-
zio, Thom. de Marinis, niſi ſit iuramento
firmatum, & dicit eſſe com. * quod tamen
nec puto tenere hoc iuramentum, cum
ſit contra bonos mores, & ita puto voluiſ-
ſe eũdem Freccia in d. authorit. 4. vbi quod
licet iuramentum ſit remiſſum, ius tamen
reuerentiale ſemper debetur, arg. eorum,
quę dicam infra, ampl. 18. n. 83. quia non
per hoc deſinit eſſe vaſſallus.

Amplio quarto, vt etiam ſi ſimus in ſub
32 feudatariis † nam tenentur pręſtare iura-
mentum pręedictę fidelitatis, vt tetigi in
cap. 34. Regis Iacobi propè princip. d. tom.
1. num. 1. & ſeq. Marin. Freccia in d. tract.
de ſubfeudis, verſic. fuit dubitatum, num.
18. fol. 14. col. 2. inquiens, quòd non ſequi-
tur ex hoc vt ipſi ex iſto iuramento intrent
in parlamentum, vt poſui ſupr. in cap. pre-
cedenti ſub verſic. ſecundum Bracchium,
& in verſic. declara quinto, num. 143. cum
ſeqq. ſed pręſtant ſeruitium Baronibus

ſuis,

ſuis,cum renouatur inueſtitura per mortẽ
vaſſalli,idem Freccia, num. 25. per conſtit.
poſt mortem,ipſiſque conſequẽter Baroni-
bus,& non Regi iurabunt fidelitatem,quia
vaſſallus vaſſalli non dicitur vaſſallus ſupe-
rioris domini,vt in d. cap.præcedenti dixi
loco citato,Bald.tit.de pac. conſtant. ver-
bo,inueſtituram recipietis, & in l.1. col. 3.
C.comm.delegat.Cardinal.in prælud.feu-
dor. col. 19. eſt verum quòd primo preſta-
ri debet Regi,& poſtea Baroni , iam enim
ſunt vaſſalli Regis ratione feudi , quod ipſi
tenent , & ratione rei , quæ ſpectat ad ip-
ſum Regem , cui primo teneantur parere,
& mox Baroni,& ita in Regno ſeruari ait
ipſe Freccia in d.authorit. 4. eod. lib.2. de
poteſtat. & authorit. Baronis ,num. 3. &
ſeq. per conſtit. Regni , Domini à vaſſallis,
Moderni in conſtit.diuę Memorię,Afflict.de-
ciſ. 129. quia Rex eſt etiam dominus om-
nium perſonarum , & ſuper omnibus feu-
dis Regni habet directũ dominium , vt ibi
per eum, & Yſern.in conſtit.frequenter:&
ſic videmus , quòd filii , vel nepotes , aut
alii quicumque,qui ſucceſſores ſunt dicto-
rum Comitum, vel Baronum præmortuo-
rum,poſſunt petere ab eorum vaſſallis prę-
dictum iuramentum fidelitatis, vel aſſecu-
rationis, & homagium, dummodo hoc fa-
ciant præcedente licentia Regia , ad hoc,
ne incurrant illam pœnam confiſcationis
bonorum,nedum feudalium, verum etiam
burgẽſaticorum tam mobilium quàm ſta-
bilium , vt ſubdam nunc , & de qua pono
infra ampliatione 16. nu. 78. ¶ Neque ex
hoc dici poteſt , vt ex iſta ſubinfeudatione
ſint duo feuda conſtituta, quia vnicum eſt
feudum quod feudatarius poſſidet totum
directè , & ſubfeudatarius vtiliter partem
totius , vt dixi ſupra in d. cap. præcedenti
in eadem quinta declaratione , vbi plura
poſui in materia ſubfeudatariorum.

Limito hanc quartam ampliationem,vt
vaſſalli Baronum , Comitum , &c. non te-
33 neantur ad ſacramentum fidelitatis † ſi eo-
rum Barones,Comites , &c. domini eſſent
banniti , ſed ſunt liberati,ita Petrus de Mõ-
teforte ad d. conſtit. Comite , vel Barone,
per gloſſ. in l.ait prætor,ff.de his,qui nót.
infam. cum ſimilibus , argum. eorum, quæ
dixi ſupra de burgenſaticis, ampl. 3. idem
eſſe in vaſſallis burgenſibus, & vide , quæ
ſcripſi in pragmaticis , tit. 69. de his , quæ
prohib. &c.num. 13. tom.1. ipſarum prag-
maticarum , & quæ dico inferius in 6. li-
mitatione.

34 Ampliatur quinto † vt nec excuſentur
filij , vt puta quia in paternis priuilegiis, &
inueſtituris haberetur , quòd prædeceſſo-
res ipſorum,de iure hoc ſacramentum , &
homagium fidelitatis præſtiterunt Regiæ
Maieſtati pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſo-
ribus in perpetuum , namque hoc non ſuf-
ficit in feudis pacti , & prouidentiæ . Et li-
cet ſoleat dici, quòd quãdo eſt factus actus
35 recognitorius pro ſe † & hæredibus , &
ſucceſſoribus in perpetuum , ſucceſſores
iterum non teneantur dictum actum con-
ficere, neque præſtare, nam aliter vaſſalli
vexarentur, vt ſentitur in hoc cap.ibi (*poſt-
quam acceperint inueſtituram feudorum
pro ſe , hæredibus , & ſucceſſoribus ſuis*)
& ita dixit Soccin. Iun. d. conſ. 115. lib. 2.
qui dicit quòd aliter eſſet ſuperfluum,cap.
veritatis, extr. de iureiur. maximè loquor
in feudis hæreditariis , vt dicam nunc,quia
iuramentum ligat adhuc ſucceſſores præ-
dictos,d.cap. veritatis,extr.de iureiur. vbi
Hoſtienſ. Io. Andr.Butr. Abb. & Imola,
ſufficeretque primum iuramentum , quod
eſt, nedum iſto caſu perſonale,ſed reale, vt
per Iacob. de Aulizone in ſumma , quib.
mod.feud. amict.in rubr. quando vaſſallus
deb.iurar.Syluan.in tract.de recognit.feu-
di,quæſt.88.Brun. conſ.121. col. fin. Alex.
conſ.79. num. 24.vol. 1. Curt. Iun. in tract.
feudo. part. 4. in 24. cauſ. priuat. Iacob.de
S.Georgio in ſua inueſtit. verſic. qui qui-
dem inueſtiri,num.35. verſic. quæro ſubſe-
quenter,Aluarott. in cap. 1. quæ ſit prima
cauſ. benefic. amict. & ibi Beluiſ.Speculat.
in tit.de feudis , §. quoniam , in fine , quos
omnes refert Surd. conſ. 208. col. 1. vol. 2.
cui addo Foller. de cenſib. in tit. huiuſmo-
di cenſus, num. 100. fol. 351. Ant. à ſola ſu-
per d.Conſtit. Pedamont.& Subaudiæ , in
d.tit. de iure emphit.gloſſ. 4. & 5. num. 9.
36 vbi quod recognitio † facta per recogno-
ſcentem præiudicat eius hæredibus,idem-
què dico , quando eſt facta domino,& ſuis
hæredibus , ex Corn. Crauett. & aliis , &
ratio eſt , quia hoc caſu iam extant inſtru-
menta cum via executiua , pacto de non
opponendo, & aliis clauſulis , quæ ligant
etiam hæredes, vt ex forma Ritus cum il-
lis actionibus actiuis , & paſſiuis tranſeun-
tibus contra hæredes , vt dixi ibidem in
cap.122. & ſeq. tom.4. vbi vero extat pro-
batio probata , non tenetur quis iterum fa-
cere nouum inſtrumentum ſecundum
gloſſ.in l.ne caſu , C. de diſcuſſo, lib. x. vbi
Bart. & Caſtrenſ. in l.omnibus,ff.de iudic.
Alb. conſ. 33. in princ. tradit Surd. vbi ſu-
pra,num. 2.tum quia , ſubdit ipſe , num. 3.
37 aliter conditio emphiteotæ † efficeretur
vtique deterior , ſi cogeretur ſe de nouo
obligare per l.pactum debitorum , C. de
pact. l. & ſuum , §. fin. ff. eod. & ſine cau-
ſa non cogitur quis,qui ſemel iurauit,iterũ
109 les in Regno † ſi non habent feuda non admittantur ad hãc iuramenti, & homagii præſtationem, vnde numquam audiſtis quod Magiſter Iuſtitiarius, nec Cãcellarius, Comeſtabilis, Camerarius, Præſidentes, Iudices M. R. C. nec Iudices cõſiſtorii, neque alii Regii cõſiliarii, nec ſecretarii præſtiterũt hoc iuramẽtũ nec per v ſceriũ, ſiue Regię aulę Porteriũ fuerũt vocati, vt ait Frec. de ſubfeudis in d. additione fol. 9. ſub nu. 51.

Limita ſecundo, vt licet non præſtans fi-
110 delitatem, poſſit feudo priuari † fallit quando feudum eſſet exiguum, v. g. quia quando Imperator, vel Princeps vni Magno Comiti conceſſerit caſtrunculum, ſic Ludouic. in ſuis ſingularib. 118. incip. Tu qui, Marin. Freccia in d. lib. 2. de poteſt. & author. Baron. in d. 4. authorit. ſub d. num. 6. qui dicit quòd iuramentum fidelitatis non præſtatur niſi in magnis feudis, Bald. in cap. 1. §. & eſt alia, tit. quæ fuit prima cauſ. benef. amiſt. cum concordãtibus per Gugliel. de Perno in primis ſuis notabilibus, col. 8. verſic. dicit. & iuit cum regula, quòd de minimis non curat Prætor, vt videbimus infra in cap. 72. verſic. ratio, ſed in iſto caſu contrarium tenet Io. de Anan. conſ. 7. viſis, & ponderatis, num. 13. col. 3. Crauett. conſil. 182. nu. 16. Gabriel. lib. 7. Cardinal. Tuſch. in eius practicis concluſ. iuris, verbo, minima,
111 to. 5. ratio poteſt eſſe quia † in formalibus minima curantur quando ſunt de ſubſtantialibus formæ, & forma ipſa eſt ſubſtantialis, ex Dec. in cap. de appellationibus, num. 5. & ſeq. de appellation. idem Tuſch. ibidem loco citato, vnde cum iuramentũ prædictæ fidelitatis ſit de ſubſtantia, vt ſupra ampl. 3. ob id curantur iſto caſu minima, eſt verum quòd ipſe Freccia vbi ſupra dicit quòd in hoc ſtaret conſuetudini, ſi fuit aliàs præſtitũ dictũ iuramentum fidelitatis, arg. l. ſi fundus, ff. de euict. quia vbi non eſſet cõſuetũ præſtari pro paruo feudo, ſeu tenimento, vel attenſię, vt declaraui in cap. 35. eiuſdẽ Reg. Iacob. n. 80. to. 1. nõ crederes teneri vaſſallũ ad præſtationẽ talis homagii.

Limito tertio aliter eſſe in minore
112 † quia fidelitatem exercere non cogetur, niſi poſtquam peruenerit ad maiorem ætatem, cap. ſi minor, ſi de feud. controuerſ. fuerit, §. præterea ſi quis, de prohib. feudi alienat. per Federic. Io. Franc. à Ponte pulchrè deciſ. 27. num. 15. per text. in cap. ſi minori ſi de feud. def. mili. vbi quòd dilatatur iuramentum, vſquequo ſit pubes Gugliel. de Perno d. conſ. 24. col. 3. in fine, & conſeritur, ac ſuſpenditur exercitium, ſiue præſtatio talis iuramenti fidelitatis interim, & poterit ſiquidem per eius tutorem, balium, ſiue curatorem, ſi quem haberet, præſtari, vel per aliam perſonam eligendam per Principem, arg. conuocationis in parlamento, vt dixi ſupra in d. capit. præced. in xi. declaratione, ex adductis per Gemin. & Franch. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. Cagnol. in l. fœminæ, §. item impubes, ff. de regul. iur. Io. Franc. à Ponte d. deciſ. 27. num. 12. per cap. ex eo, de elect. in 6. vbi Canoniſtæ communiter & per tradita in d. cap. 452. Regis Alphonſi, nu. 61. d. tom. 5. ſicuti eſt in officiis, nã licèt,
113 ipſi minores ſint incapaces † officiorum ratione dicti iuramenti, quod realiter præſtare interim non poterunt, maximè ſtante lege Regni, vt in cap. 46. Regiæ Martini, vbi ſcripſi, tom. 3. tamen ſi v. g. ex diſpenſatione Regia vel Principis fuerit collatum ſcienter minori officium, porrò tenebit collatio, & dilatabitur ſollemnitas

præ-

præſtandi dictum iuramentum, quouſque ſit maior, vt ibidem tetigi ſub num. 39. & ita in puncto loquitur ipſe Aponte d. deciſ. 27. vbi de Caſtellania Sancti Cataldi per Don Didacum de Vargas renunciata eius filio Don Petro de Vargas minori, & ipſe pater illo medio tempore eam exercebat, ſic ſubdit ipſe num. 12. eſſe de iure, non pupil-
114 lus, & ſic minor poteſt exercere † officium tribunal[illegible], quod eſt cum adminiſtratione, & interim eius exercitium confertur in tempus maioris ætatis, vel per adminiſtratorem eius exercetur, vt videmus ſuperius, & ego etiam tetigi poſt Pauſ. de Caſtillo & Riuerlq. Suarez in d. cap. Regni [illegible] num. 4. & practicamus hodie in officio Prothonotarii collati in perſonam minoris, quod exercetur interim per Spect. Prothonotarium, V. I. D. Antonium Scirotta Regium Conſiliarium, Iudicem tribunalis Conſiſtorii S. R. C. meritiſſimum, ſic ſubdit idem Aponte, num. 13. eſſe de dignitate cū adminiſtratione, quæ iure hæreditario pu-
115 pillo competit, † namque interim exercetur per Vicarium per ſonas, ex Angel. in l. cum prætor, § pen. ff. de iudic. Dec. & Alex. in l. fin. C. de teſtam. milit. cap. 1. extra de ætat. & qualit. vbi gloſſ. Innoc. Abb. Butr. & Anchar. & communiter alii per l. ſpurii, § minores, ff. de decur. qui expectantur exitus maioris ætatis, ſic de collatione beneficii, vt ibidem per eos. Sic conceſſo feu-
116 do minori † intelligitur diſpenſatum, vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum quouſque peruenerit ad perfectam ætatem, & ſuſpenditur interea ſeu exercitium perſonale, idem Aponte, num. 14. ex iſtern in cap. 1. de benefic. femin. cap. 1. vt Clericus, & cap. 1. ſi quis [illegible] de feud. cont. quem fuerit, eorumque pote ſupra in d. cap. volentes quod eſt 48. Regis Federici, num. 110. tom. 2. cum ibi citatis, vbi loquor de habilitato, & diſpenſato, vt ſeruiat in feudo per ſubſtitutum.

Limito quarto ſecus eſſe in feudo improprio, de quo potius præſtatur ſerui-
117 tium reale, quam perſonale † quemadmodum vidimus ſupra in cap. [illegible] Iacobi. ſub verſ. [illegible] num. 2. tom. 1. & in cap. 29. Regis Federici, de [illegible] 4. tom. 2. v. g. quando præſtaretur annuus cenſus, canon, vel redditus, implicitur non dicendo in feudum, quia tunc magis præſumitur contractus emphiteoticus, quam feudalis, Bald. in l. liberti, libertæque, C. de oper. libert. Moderni in d. conſtit. diuæ memoriæ Affl. d. deciſ. 129. Freccia in d. lib. 2. de poteſtat. & author. Baronum d. 4. Authorit. num. 4. cum ſeqq. niſi vltra certum, ac determinatum ſeruitium præſtandum etiam iuramentum ipſius fidelitatis, quia tunc præſtari debet hoc iuramentum, vt tetigi ſupra in [illegible] 7. & poſt S[illegible] Corn. Paris. & Ruyn. in Iacob. Menoch. conſ. 65. num. 16. vol. Bertazol. conſ. ciuil. 98. num. 30. Maccabrun. conſ. 23. num. 8. Cephal. & alii allegati per Io. Petr. Surd. conſ. 302. ſub num. 4. & ſeq. vol. 4. Afflict. Sola ſuper conſtit. Pedamont. tit. de feudis, in gloſſ. vnica tertiæ partis, num. 3. poſt Bald. Afflict. Dec. & Ruyn. per ipſum citatos, Freccia in d. authorit. 4. nu. 6. vbi quod quando conceditur in feudum, regulabitur ſub regulis ipſius feudi, præter dictos canonem, cenſum, vel redditum contentos, ex Alex. conſil. 8. lib. 5. conſil. 74. vol. 1. Soccin. conſ. 162. vol. 4. Albert. Brun. conſ. 41. Bolognin. conſ. 63. cum ſimil. per ipſum Frecc. Habet enim
118 feudum improprium † quædam, quæ non habent alia feuda, prout eſt, quia in eo poſſunt ſuccedere fœminæ, vt in d. cap. 28. incipientes, Regis Federici, ſcripſi, num. 958. num. 27. quæ alias non ſuccedere poſſent, ſed excluduntur per lineam, & gene-
119 rationem maſculinam † etiam ſi eſſent maſculi, deſcendentes tamen ex feminis, quia in eo ſunt excluſi per maſculos deſcendentes à maſculis, vt per Fosian. conſ. 359. num. 3. inter conſilia Ancharani, Ruyn. conſil. 49. num. 5. & conſ. 150. num. 8. & 15. vol. 1. Piſtorienſ. in tract. feud. quæſt. 9. num. 27. Garzon. de fœmin. ad feud. nõ recip. limita. 2. Menoch. conſ. 40. Alciat. in l. Gallus, § nunc de lege, num. 18. vbi Soccin. num. 5. & ibi Rubeus in § quædā recte, num. 140. ff. de lib. & poſthum. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 26. num. 2. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 20. cum ſimilibus per Surd. conſ. 308. num. 1. 2. & 9. lib. 3. Vegius conſ. 63. num. 24. Guid. Papæ conſ. 176. in primo dubio Abb. conſ. 86. num. 4. & dicit ibi Surd. quod quoties habita fuit ratio, non ſexus, ſed agnationis, tunc non ſolum maſculi ſunt vocati, ſed etiam maſculina generatio, idem Alciat. conſ. 13. num. 5. Ruyn. Rub.
120 Anchar. & alii: ſecus vero † quando habitus fuit reſpectus ad qualitatem ſexus, nam tunc maſculi ex feminis admittuntur, & num. 14. poſt Soccin. in d. § nunc de lege, & num. [illegible] vbi etiam Claud. Aquenſ. Alciat. Dec. ab eodem Peregr. citati, d. art. 26. nu. 12. Molin. de primog. Hyſpan. lib. 3. cap. 5. num. 48. Rub. Anchar. Mantic. & cæteri per ipſum Surd. adducti, nu. 14. Subaudiendo tamen, quando non extant deſcendentes maſculi per maſculinam lineam, ſed ſucceſſiuo ordine eis deficientibus, quicquid dicat idem Surd. d. conſ. 308. qui intricatè loquitur, & ſentire videtur, quod maſculi ex feminis excludant maſculos ex maſculis, quoties inueſtitura eſſet concepta, & vocaret maſculos, & feminas, quia hoc eſt falſum, & contra opinionem Doctorum dicentium, quod tunc maſculi ex feminis ſuccedunt, quando ceſſant maſculi ex maſculis, vt per Garzon. in tract. de feminis ad feud. recipiend. vel non, verſic. deinde, nec excludi debent, vt male ſentiit Surd. loco citato ſub nu. 15. & 16. & ſeq. vbi etiā noſtrates allegat, nempè Cumiam, & Intrigliol. & quamuis ipſe dicat, quod non
121 debet † credi dicto Garzon. tamquam nihil allegantí, per cap. ego ſolus, diſt. 9. Bald. in l. Reſpublica, C. ex quib. cauſ. maior. Archidiac. in cap. nolite, 11. quæſt. 3.

Marſil.

Digitized by Google

Marſil.conſil.136. numer. 4. Berous con-
ſil. 9.num. 22. volum. 3. Rolland. conſil.2.
numer.187. libr. 2. Contard. in l.1.num.
7.Cod.de monent.poſſeſſ. idem Surd.num.
12. tamen, quando non habet contradi-
ctorem, creditur Doctori ſine lege lo-
quenti, vt ſcripſi in Commentar.Conſue-
tud. Panhorm. cap. 9. ſub numer.31.& ca-
pit 44. numer. 25.addo Caualca. deciſion.
43. numer. 9.part.1. & deciſion.5.part.2.
in fine, Vincent.de Franch.deciſion.363.
num. 4. vbi ait quòd deciſio Doctoris ad-
122 huc ſine lege loquentis † quando non
habet contradictorem, habet vim legis
poſt Iaſonem Caualcan. Cyn. Rott.Luc-
cenſ.Ioann.de Platea, & alios,Caſtrenſ.
in l.mutum, ff.de acquiren.hæred.Becius
conſil.28.numer.6. & conſil.35.numer.18.
conſil. 68.numer.9. Gomez.in §.æquè.co-
lum.6.inſtitut.de action.Iaſon in l.penult.
Cod.de pact.& in l. non eo minus,colum.
2. Cod. de procurat.de quibus idem,Surd.
conſilio 313. num.4. volum. 3. vbi dicit,
quòd deciſio Doctoris etiam ſine lege lo-
quentis plurimum valet ; niſi eſſet feu-
dum ſimpliciter, & abſolutè hæredita-
rium, pro quibuſcunque hæredibus, nam
123 tunc fæmina ſuccedit † vbi quòd tunc ad-
mittitur fæmina de deſcendentibus, &
multo magis maſculi ex ipſis fæminis, vt
per eundem Surdum dict.conſil.308.num.
13.ex Rolland. conſil. 3. num. 6.volum.1.
Purpurat.conſil. 66.num 18.Anton.ſola
ſuper Conſtitution. Pedamont. in gloſſ.
3.part.numer.3.Thom. de Marin.de feud.
titul.11.nu.46.Oſaſc. deciſion.Pedamont.
26.num.18.Menoch. dict.conſil.129.num.
10. Brun.Socein.Iaſon, & alii,de quibus
per ipſum Surd. Benè verum, quòd ipſe
Surd.& ſupra citati Doctores, dum dicunt
quod iſto caſu fæmina poteſt ſuccedere v-
na cum maſculis agnatis eodem tempo-
re, & ſimultaneè, ſi pares eſſent in gradu,
non benè loquuntur iudicio meo pace
tantorum virorum in terminis prædicti
capit. volentes, vbi ſcripſi,num.318. feu-
124 da etiam hæreditaria, eſſe indiuidua † &
ad vnum remanere, faciendo communi-
cationem ſolummodo erogandam per
partes per eum, penes quem remanet
feudum, vel dicas eum loqui cum aliis de
iure communi feudorum,vt dixi in eodem
capit. volentes, quod eſt 28. Regis Fide-
rici,n.310.eod.tõ.2.per c. 1.de eo qui ſibi,
& hæredibus ſuis, cætera quando fæmi-
na poſſit ſuccedere feudo, videas infra in
cap.18.Regis Philippi I I. ſub verſic. vide-
mus,tom.9.

Limito quinto, † vt hoc iuramentum fi-
125 delitatis poſſit remitti per Regem quomi-
nus illud præſtare non teneatur vaſſallus
per ea,quæ poſui ſupra ampl. 3. & eſt tex-
tus in l. priuilegia, §. vaſſalli noſtri in prin-
cip. ibi (*quibus debeant, & poſſint ſine
fraude ſacramenta remitti*,) titul.de pac.con-
ſtant.

Limito ſexto, non teneri vaſſallos ad
dictum fidelitatis iuramentum, quando
verbi gratia dominus eſſet excommuni-
126 catus †(vel bannitus, loquor de inferiori-
bus dominis, quoad bannum)& ita tetigi
ſupra ampl.4. verſic. limito hanc quar-
tam &c.argumen.eorum, quæ de inueſti-
tura petenda concluſi.in dicto cap. Re-
gni 452. Regis Alphonſi, num.67.d.tom.
5. poſt Andr. de Iſern ibidem citatum. be-
ne quidem, quòd ipſo poſtea reconciliato
reducuntur ad primæuam ipſius obliga-
tionem,argument.eorum, quæ ait Petrus
de Monteforte in conſtitution.Regni,hu-
manitate,titul. x. de his,qui fideiuſſor.dar.
non poſſ. libr. 2. & poſui ſupra in cap.
49.Regis Iacobi, ſub verſic.ſunt tamen,
tom.1.& hic ſuperius in dict. ampl.4.dict.
verſic.limito hanc quartam.

Limito ſeptimo non procedere in filiis
127 Comitum,† & Baronum,non enim eſt eis
permiſſum, poſſe recipere Sacramenta
fidelitatis ab eorum vaſſallis abſque licen-
tia Regis, non obſtante conſuetudine in
contrarium, vt dixit Iſern. & Afflict.in
conſtitut.Comite vel Barone, lib.3.Ioann.
Anton. Batius in eius annotationibus ad
Afflict.in proæm.conſtitution.Regni, fol.
25.column.3.& vide ſupra, num.32.cum
ſeqq.

128 Limito octauo, & declaro † vt tunc ſint
coacti vaſſalli ad fidelitatis prædictæ, &
homagii iuramentum,ſucceſſori, quando
ſucceſſiſſent ex contractu, vel alio titulo
ſingulari, ſecus verò quando verſaremur
in ſucceſſore vniuerſali domini,quaſi quod
ex quo præſtiterunt illud domino, tunc
moriente ipſo domino,non teneantur ite-
rum ſicuti,vt per Goffredd. Hoſtienſ.Ioan.
Andr. & alios in dicto cap.veritatis,extra
de iureiuran. de quibus per Syluan.de re-
cognit.feudi, d. quæſtione 88. Surd.dict.
conſil.171. num.11.libr. 2.de quo tamen
vide quæ latè diximus ſupra ampl.5.per
totam.

Limito nono, vt tempore guerræ,
ſiue belli,aut treguæ, ſi non eſt poſtula-
ta inueſtitura, vel debita ſeruitia non fu-
erint præſtita,aut exhibita, & ſic eſto fide-
129 litatis iuramentum non ſit præſtitum † his
occaſionibus non perditur feudum, dict.§.
vaſſalli noſtri, eodem tit. de pac.conſtan.
& plures excuſationis cauſas ponunt DD.
& Curt.in tract.de feud. part.4.poſuit de-
cem,tetigit hic Boniorn. & alii, & in d c.
452.Regis Alphonſi, & per ea, quæ ponit
Iaſon conſ.64.in 2.dub.vol.3.vbi tria copu-
latiuè requiri, vt quis cadat. ſufficit ne ſit
in dolo,vel aliqua culpa,vt dicam infra li-
mitatione 12.

Limito decimo,vt ſolummodo Principi
ſiue Regi præſtetur hoc homagium & iu-
130 ramentum fidelitatis † ſecundum Andr.
de Iſern.in tit.de noua form.fidelit.colum.
pen.quem ſequitur Guglielm. de Perno in
tractatello de Principe, col.7.vel eius pri-
mogenito immediatè ſucceſſuro ex ad-
ductis.per eum

Digitized by Google

Limito vndecimo aliter eſſe ſi v.g.vaſſallus alteri † quam verò domino iurauerit fidelitatem, vt puta ob metum,aut alias quia nil nocet , & ſi eſt iuſtus, excuſat ,nec tob id incidiſſe dicatur crimen læſæ Maieſtatis , Menoch. conſ.302.num. 14. libr.4. Gratt,conſ.5.vol. 1. Ruyn.conſ.23.libr.1. Dec.conſ.604.num.7.& conſ.690.num.12. quos ſequitur Marcus Ant. Roueſcalenſis ad conſilia Baldi 96. volum.3. maximè ſuperuenienti obedientia , quæ purgat culpã omnem præcedentem , & ad dominum redierit ,Luc.de Penna in l. deuotum C.de metatis,lib.x. ſecus ſi ex dolo hoc faceret, & ſponte , ac nulla neceſſitate cogente ,ex ſui quadam animi ſeſtinatione , quia deliquiſſe videretur, ac dominum contemnere,latè poſt Abbat.Bart.Feder.Soccin.Calcan. Neuizan. Corſett.Speculat. Iſern.Ardizon. Ioann. Raynald. Bald.Marſil.Barbat.Innoc.& alios, ait pulchrè idem Freccia in d.Authorit.4.eod.lib.2.de author.& poteſt.Baron.num.12.

Limita duodecimo ſecus eſſe in hærede , & ſucceſſore † qui credebat fortaſſe ſuffeciſſe iuramentum fidelitatis præſtitum fuiſſe ab eius patre , vel anteceſſore, quia hoc excuſat adiuncta ignorantia cõſtitutionum,& conſuetudinum,vt per Guglielm. de Ferno d.conſ. 24.& ex his,quæ tetigi ſupra ſub nu. 43.

Limita decimotertio poſſe hanc moram petendi † inſta dicta tempora prædictum homagium , poſſe purgari,& colligitur ex textu ibi in decretata ſub eiſdem tempore, & diſcuſſione, quibus petenda , & præſtanda erat inueſtitura,) & melius in decretata prædicta , ibi(& ſi poſt lapſum temporis, infra quod præſtandum erat fide homagium , facta prius requiſitione , inde ad tres menſes , &c.(& prout tetigi ſuperius ſub num. 3. vbi quod punitur in plus , ſi non pręſtat fide homagium infra alios dictos trés menſes,id eſt, quia amittitur feudum,nec miremini,quia diabolicum eſt perſeuerare, maximè ſi ſine dolo hoc commiſerit feudatarius, vt ait Soccin.Iun.d. conſ.115.lib.2.nec ſecuta tamen litis conteſtatione,neque ſententia vt ſentit hinc Boniorn. ex Guid. Papæ.d. deciſ.164.item.Bald.& Aluar. in dict.ca.1. quęrit prima cauſa benefic. amict.ſi celeri ſatisfactione ſibi conſulat,id eſt,antequam vocetur in iudicium, idem Guid.Pap.dec. 166.quem cum Ardizon. Aluarott. Hoſt. Cardinal.Afſl.Salicet. Iacobin.de S.Georgio , & cæteris citaui in puncto inueſtiturę,in d.cap.452.Regis Alphonſi num.89.d. tom.5.Non obſtante quid idem Ferdin.dubius videatur,dicens quod ex quo per hoc cap. pena incurritur ipſo iure † non per ſententiam,conſequentur , non poſſit mora purgat i.hic in textu ibi §.incurrant, (ex Soccin. conſil.66.libr.3. Albert. Brun. conſ.42.Curt.de feudis,part.7. gloſſ.in clement.,prima. verſic. incurrat, de vſur.Fælin.in cap. Rodulphus,num.33. de reſcrip. idem Boniorn.in Allegatione Ville franc ce contra Comitem Calatabillottæ,iam enim dixi in Conſuet. Panhor. cap 51.nu. 45. quod in omnibus caſibus,in quibus lex vel ſtatutum loquitur ipſo iure,intelligitur ſemper,ſi petatur,& ſic opus eſt ſententia, & ſuppleui ſupra in cap. Regis Federici 108.num. 77.ampl. 18.tom. 2.& ad Regias pragmaticas tit. 41. de armis probibitis.n. 93.& tit.48. nu.10.de pæna Clericor.tom. 1.ipſarum pragmaticarum , & ita concluſi in materia inueſtituræ , in d.cap.452.Regis Alphonſi,num. 42. & num. 58. Alex.in Addit.ad Bart.in l. Imperator.ff.de iure fiſci,cap. cum ſecundum , de Hæret. in 6. Curt.Iun. d. conſ.142. Iaſon.conſ.9.col.1. lib.1. eſt verum , quod idem Boniorn.hic perſiſtit in contrario , quod non reqiratur ſententia declaratoria , quia cenſetur lata ſententia à lege immo quatenus requireretur , potius eſt quædam exequutio ex Soccin.d.conſ.66. & nihil addit per l.hæredes palam , §. ſed ſi notam.ff.de hæred. inſti.idem Boniorn. in Allegation. pro Andrea Agliata contra D. Comitem Calataifettæ, itaq; quolibet die practicari , & fuit deciſum per M.R.C. mẽſe Martii,vii.indic. 1534. contra Don Conſaluum de Iomio. & propterea ſubdens ipſe Boniorn. hic quærit , quis ordo ſeruandus ſit ad cõnſe-
135 quendã hanc pænam,dicit quod † exigitur via exequutiua etiam contra hæredes, ex And. & aliis in c.2. quo tempor.mil.Curt. conſ.127. idem Andr. & Afſl. in conſtit.ſi vaſſallus.lib.3.& in conſt.inter multas.li.1. Alex.ad Bart.in d. l. Imperator. & in l.2. §.quod autem , ff.quod quiſque lur. & in l. 1.col.2.de priuat.delict.DD.in l.1.C.ne ex delict.deſunct.

Limita decimo quarto , vt licet dixerim ſupra † ampl.20. vt quoties vaſſallus poſſideret feudum per annum continuum,domino ſciente, & patiente,quod præſumatur ipſam inueſtituram habuiſſe,tamen dubitationem valdè, quoad hoc iuramẽtum, & homagium fidelitatis , & conſequutionem illorum iurium , & notæ quæ debere & fieri in officio Regii Prothonotarii,& Regiæ Cancellariæ , iuxta tradita ſupra ampliatione vigeſimatertia .

Limito decimoquinto,vt poſſit ab initio
137 concedi feudum † cum pacto,quod pro eo non præſtetur ſacramentum prædictæ fidelitatis , quod quomodo ſit,vide ſupra ampl.3.num.30.

Quatenus verò hic dicitur in rubr.quod inueſtitura non capitur, ſed ſufficere iuramẽtum fidelitatis & homagii,dic ideo eſſe quia præſtatur dictum iuram. fidelitatis † quòd nil aliud eſt,quã inueſtitura abuſiua, ſecundum Andr.in c.1,quib.modis feudum conſtitui poteſt: vel ſecundum ea,quæ de ſupra,nu,79. fieret priuilegium dationis in feudum cum literis exeutorialibus de ponendo † in poſſeſſionem , & ſcripſi in d.c. 452 Regis Alph.n.1. 2.3.11.& n.60.tom.5.& per ea,quæ vidimus ſupra in c.19.eiuſdem Reg.Alph.n.19.to.4.& infra in c.44.Regis Catholici Ferdinandi , ſub verſ.ſubanditur

hoc

Digitized by Google

hoc capit.tom.7. & in puncto ſic dicit Lu-
dou.Sacc.reſponſo 1.n. 76.vol.1. vbi tractat
† de illis literis de cōſignanda, vel reſignā-
140 da poſſeſſione ex Ripa in c. ſæpè. n. 27. de
reiu.Rub.in l.naturaliter§. nihil cōmune,n.
ff.de acq.poſſ75.Gab.concl.1.n.57.per ipsū
Sacc.citatis,benè verū quòd ſubdit ipſe Cu
mia in Regno nō requiri inueſtiturā forma
lem, ſed iuramentum fidelitatis, quoties
nempe ſumus in terminis dicti cap.volen-
tes,ex And.de Iſern. Petr.de Greg.& aliis

Quæ autem ſit ſit pæna fragentium di-
ctum homagium, vide in pragm.vnica,d.
41 tit. 38. de pæna homagii violati † 10.1.vbi
loquendo quoad alios caſus præter mate-
riam hanc,pęna ſit deportationis,& perpe
tui carceris, vel mitius ſecundum arbitria
Principū, contra quos prius pōt principa-
liter agere,non obſtante partis ceſſione,&
proutibidem latius ſcripſi,tom. 1. ipſarum
pragmaticarum ,& ſupra in c. Regni,359.
Regis Alphonſi, verſ.trigeſimus, n.89,to.5.

De pace ſeu tregua facienda cum omnibus Christianis,& maximè cum infidelibus. Cap. XIII.

ITEM, cum mercantiis Regna,Prouinciæ, Ciuitates,Terræ, & Incolæ ipſarum ditentur, magnæ fiant,& amplificentur,& guerrarum turbine exerceri non poſſunt,ſupplicat ob id totius Regni vniuerſitas Sacratiſſimæ Maieſtati,vt placeat conficere pacem cum omnibus Chriſti fidelibus,cum quibus diſcordias habet, præſertim cum Ianuenſibus, & præmaximè propter vexationes, & incommoda,quæ continuò Regnum Siciliæ patitur à Barbaris eidem Regno vicinis. Et præterea propter occupationem Conſtantinopolis Magno Turco inhibitus eſt aditus ad partes Romaniæ, vbi plures mercantias, præmaximè Siculi exercebant, vnde maximum commodum,& vtilitatem,& exceſſiua lucra ad dictum Regnum Incolæ tranſportabant cum præfatis infidelibus placeat inire treguam, vel ſaltem permictere dictis Incolis dicti Regni, quod poſſint ab his habere ſaluum conductum contrahendi,& maximè cum magno Turco,& interponere partes ſuas apud Summum Pontificem, quod poſſint dicti Siculi habere licentiam cum omnibus infidelibus practicandi,vt ſupra,propter quam cōuerſationem, & practicam mercimoniandi,Regnum Siciliæ,quod in præſentiarum exiguum,& tenue facultatibus exiſtit, in breuibus temporibus, & in pauco tempore ditiſſimum fiet, magnificabitur, & augmentabitur,propter quod maximum commodum etiam Regia Curia conſequetur ¶ Dominus Rex prouidebit, conſulendo vtilitati dicti Regni,taliter quod commercia fient per omnes gentes in eodem Regno,& faciet proviſiones ampliſſimas,& opportunas prout dixit Ambaſciatoribus ,iuxta eorum votum.

SVMMARIVM.

Maximè dictio, aliquando non ponitur comparatiuè, ſed abundat in caſu diuerſo,& impleat.n.1.

Pax debet adeſſe in toto Regno dum ea gaudet,& quietè viuit populus. num. 2.

Pacem conſeruare populis debent Reges, ibid.

Pacis lenitas ſopit,quod belli calamitas introducit,ibid.

Pace pro habenda,poteſt Epiſcopus excommunicare,& coarctare, & Iudices laici debent de hoc prouidere,num.3. cum ſeqq.

Iudices debent curare, vt populi ſtent in pace, tam in delictis grauibus,quàm leuib.& eos compellere.ib.

Principes, & vniuerſitates,ſi ſunt in diſcordia, poteſt Summus Pontifex illos compellere ad pacem vel treguam, nu.4 cum ſeqq.

Papa poteſt compellere Principes,diſcordiam habentes inter ſe ad pacem, vel treguam,ibid.

Pacis fauore multa permittuntur Iudicibus, quæ aliàs non permitterentur,nu. 5.cum ſeqq.

Pacem componere debet Præſes antequam ad rixam deueniatur, num.6.& ſeq.

Rixa antequam initientur, debet obuiari ab initio per Præſides,ibid.

Principijs obſta, ſero medicina paratur, num.7.

Iuſtitiarij, Capitanei, & alij officiales ſolent in caſibus rixæ, & diſcordiæ facere iniunctionem partibus, vt teneant domos pro carcere,& cogere ad pacem,nu. 8,cum ſeqq.

Pax licet eſſe debeat voluntaria, quandoque fit coactè,n.9 & ſeq.

Pacis pactum an valeat,per quod vna partium probibeatur ingredi Ciuitatem, vel locum patriæ,n. 10.

Illuſtres perſonæ committentes non poſſunt carcerari,niſi conſulto Prorege,& quomodo,n.11.12.13. & an interim poſſint capi informationes,& an poſſint Capitanei facere eis iniunctionem, vt teneant domos pro carcere, & numer. 12.

Capitanei quomodo debeant procedere cōtra Illuſtres, & titulatas perſonas delinquentes, & committentes delicta,& quia debeant obſeruare, n.13.

Clerici rixantes in fragranti crimine, poſſunt capi adhuc per laicos, & carcerari & ſtatim remitti ad Eccleſiaſticum Iudicem, n.14.& ſeq.

Clerici in multis caſibus poſſunt per ſecu-

 larem

Digitized by Google

larem familiam capi, & quibus remiſſiuè, n. 15.

Pacem frangentes, quam pænam incurrant, & qui dicantur eam frangere, num. 16.

Tregua ſolet fieri ad tempus, num. 17. & eſt ſecuritas temporalis conceſſa rebus, & perſonis diſcordia nondum finita, num. 18.

Pax ſit in perpetuum non ad tempus, ibid.

Saluus conductus eſt ad tempus, & ſeruari debet, num. 19.

Saluo conductui conceſſo per inimicum capitalem confidi non debet, nu. 20. cum ſeqq.

Saluus conductus eſt fragilis cautio. num. 21.

Ianuenſes olim habebant diſcordias cum Siculis, mox facta pax, n. 22.

Pax non eſt aliud, niſi capitula pacis cum inſtrumento, nu. 23. & an ſit illud neceſſarium. n ſequ.

Scriptura an ſit neceſſaria ad pacem, vel poſſit probari per teſtes, n. 24.

Ianuenſes olim erant ſub dominio Franciæ, n. 25. mox ſubiecerunt ſe ditioni Ducis Mediolani, n. 26 poſtea in protectione Regum Hiſpaniæ, nu. 27. & eſt libera & franca, nullum cognoſcens ſuperiorem, n. 28.

Archiepiſcopus Mediolani olim fuit Dux ipſius Mediolani, ibid.

Ianuæ Dux, an ſolus poſſit, vel vnà cum duodecim regere, n. 29.

Ianuenſes fecerunt pacem, & concordiam cum Venetis, et Piſanis, n. 30.

Principi ſpectat dare vel tollere practicã, & quando, n. 31.

Regaliarum eſt conceſſio vel amotio practicæ ibid.

Forenſes, et exteri poſſunt ex cauſa prohiberi per principem, ne intrent in Regnum, imò expelli de Regno, nec practicam habere cum incolis, ibid.

Peſtis tempore poteſt interdici practica vſque ad nouum ordinem remiſſiuè, ibid.

Hieruſalem terra ſancta detinetur per infideles inimicos noſtros, cũ quibus pax non eſt ineunda, ſed bellum, nu. 32. cum ſeqq. eſto vellent viuere in pace, num. 35.

Bellum eſt iuſtiſſimum contra Mauros, Turcas, et infideles tanquam detinentes terram ſanctam, n. 33. eſto vellent viuere nobiſcum in pace, n. 35.

Serui Chriſtiani captiui ſuper triremibus Maurorum potius deberent mori, quàm remigare contra Chriſtianos, n. 34.

Hieruſalem terra ſancta olim erat noſtra pro qua recuperanda tercentum mille homines ſe ſubſcripſerunt in militia Chriſti, & ſumpſerunt inſignia Crucis, et multi pro ea pugnarunt, numer. 36.

Aequites Hieruſalem terra ſancta geſtant inſignia Crucis ibid.

Princeps non poteſt concedere licentiam vaſſallis ſuis practicandi cum infidelibus, niſi haberet ipſe licentiam à Summo Pontifice, n. 37.

Infideles ſunt deſignati per boues, et pecora deſcendentes ab Iſmaele, et Agar, ibidem.

Infideles licet non ſubſint Petro, quoad paſtum, tamen quoad dominium, et poteſtatem ſic, et an dicantur de ouibus Chriſti, n. 38.

SVmpta occaſione tractabimus hic aliqua de pace, tregua, & ſaluo conductu, ſtante quia de his omnibus tribus fit in rubrica, & in textu mentio, ibi (*ſaluum habere conductum*,) quid dicat in ſumma breuiſſimè apparet, quòd petitur pax cum Chriſtianis, & tregua cum Turco, & infidelibus, & illa dictio maximè, quæ poſita eſt hic in rubrica, &
1 intextu, non intelligitur † comparatiuè, ſed abundat in caſu diuerſo. & per rationem nempe ob vexationes, quas patitur Regnum ab ipſis Barbaris, & implicat e-conuerſo per tradita in Ritu, vbi adnotaui in cap. 159. & ibi littera F. tom 4. Ioann. Andr. in cap. 1. de renunc. in 6. & in cap. inter corporalia, de translat. Epiſc. l. illud, ff. ad l. aquil. l. fi. C. de manum. teſt. m. Alberic. de Roſat. in dictionario, verbo, maximè. Ripa in l. 1. num. 122. ff. ſolut. matr. concordat cum cap. 102. infra eod. vbi de verbo ad verbum eſt inſertus totus tenor præſentis capituli vſque ad decretatam, eſt verum, quòd in vtràque decretata Rex non concecit, recordor legiſſe, quòd cum infidelibus, & Saracænis non licet habere pacem, propter occupationem Conſtantinopolis, vt hic dicitur, & terræ ſanctę, vt videbimus inferius in 2. notabili.

Et quantum attinet ad primam, id eſt, de pace, hoc idem fuit conſideratum, non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure conſtitutionum Regni, prout habetur in conſtitut. pacis cultum. de cultu pacis, vbi in effectu præcipitur, vt totum Regnum ſtet in pace † quia de ea quidem gaudet, & quieſcat in tuto, & proficit populus, l. vnica, C. de public. lætit. lib. xii. cum ſimilibus
2 allegatis per gloſſ. in d. conſtit. vbi plura adducit eſſe neceſſarium Regi, vt conſeruet populos in quiete, quod enim belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopiuit, l. vnica, C. de caduc. tollend. Roma. conſil. 459. n. 10. Corſett. & depriuil. pacis, n. 244.

quie-

Digitized by Google

& de poteſt.Regia, Moron.quæſt. 102.nu.
22. Gratt. conſ. 114.lib.2.quia,ſi Epiſcopus
3 poteſt excommunicare, † & coarctare
propter pacem, vt in cap.pacuit,& c.ſci-
endum, 90.diſt. cum ſimilibus,quæ modo
dicam, quanto magis in laicis Iudicib. de-
bet hoc eſſe cautum, vt curent populos in
pace viuere, nedum in delictis grauibus,
ſed etiam leuibus, vt per Bieſſium lib. 3.de
Repub.cap.x. & dicit in d.conſilit.Bartho.
lom.de Capua, quòd ſi duo Principes, vel
duæ vniuerſitates ſunt in diſcordia † quod
4 S. Pontifex poteſt ad pacem, vel treguam
compellere, cum etiam inferiores magi-
ſtratus hoc idem poſſint, cap.præcipimus,
& cap. attendendum, & cap.prælatum,
diſt. 19. & vide plura, quæ poſui in prag-
maticis,tit.27.de Capitaneis,num.20.tom.
1.ipſarum pragmaticarum, ſaxit D.O.M.
vt hac noſtra ætate iſthæc practicarentur
inter iſtas diſſenſiones,& bella inter Regē
Franciæ cum Duce Sabaudiæ contra Ia-
nuenſes,quos Catholicus,& potentiſſimus
Rex noſter Philipp.IV. Dei gratia prote-
5 git hoc anno. 1625. huius .n. fauoris occa-
ſione † ac reſpectu permittuntur Iudicib.
aliqua,quæ alias nō permitterētur,l.ſi cius
§.ſi inter duos,& l.æquiſſimum,ff.de vſufr.
l.qui cædem, ff.de Sicar.cap.ſi quando de
reſcript.cap. cum teneamur,de præb.cap.
nulli,de ſent excomm. Maſcard.de proba.
concluſ.148.num.xi.Hoſtienſ. Aufrer.Spe-
culat.Gregor. & Bellug. de quibus pe Bo-
uad. in politic.libr.2.cap.13.num.45.tom.
1.l.2.§.cura carnis, vbi Bald.& in l.1.§.
queſtionis,ff.de offic. Præf.vrb.l.congruit,
de offic.Preſid. Conrad.in tract.de ſeditioſ.
cap.4.lib.4.Zabarell.conſ.85. per totum,
Fabius lib.12.inſtit. quem refert & ſequi
tur Mantua ſingul.2. Fælin.in c.1.de treg.
& pac.Hyppol.& Marſil.in §.pro comple-
mento,num.43.cum ſeqq.& conſ.21.num.
6 23.Cathal de Synd. quæſt.15.num.130.qui
ait,† quod Præſes antequam perpetretur
rixa,debet incendio obuiare.& ad dictam
pacem componere,Siman.de Republ.lib.
8.cap.27.num.4.5.6.10 11.& ſeq.poſt Ariſt.
& Plutarch. dicendo quod ſedicio aliqua
cum primum orta ſit, conſeſtim reprimē-
da,& componenda eſt, ne vniuerſam infi-
ciat Ciuitatem,Rollan.conſ.8. num 26.lib.
4. Anto.Gomez.tom.3.delict.cap.6.num.
decimoſexto.Gregor, Lopez in l. 20. ver-
bo(*las peleas*)titulo nono, part.2.Auiles in
cap.9. Prætor. verbo (*partialidad*)numero
duodecimo, Placa libr. primo, delictor.
cap.7.num.3. & cap. 8.num.18. Didac.Pe-
rez in l.18. tit.14.lib. 2.ordinat.Paz in pra-
ctic.1.tom.18.parte,cap.vnico,num 2.boni
enim euentus ſemper fuit mater diligen-
tia,arg.Auth. vt Iudic.ſin quoq.ſuffrag.§.
illud,,& ita poſt Ludouic Valla in diſcurſu
ſtatus,& belli fol.10. cum ſeqq. Cicer.in
Orat.pro Cn.Plancio, & alios ait Valen-
quel. Velazquez conſ. 99. num.12. Put.de
Syndic. verbo, negligentia, cap.5. nume-
ro octauo pulcher textus, in l.vſusfructus
§.æquiſſimum, ff. de vſufruct.ibi (cure-
nim ad arma,& rixam procedere patiatur
Prætor,quos poteſt iuriſdictione compo-
nere) non n.expectandum eſt,vt inſula
ruat,meliuſque eſt in tempore occurrere,
7 † quàm poſt exitum vindicare,l.1 C.quan.
lic. & multas authoritates affert ipſe Bo-
uadill. dicto numero 43. & 49. ex illo
adagio (principiis obſta, ſero medicina
paratur, cum mala per longas inualuere
moras) & paulo ante idem adduxerat
ipſe. numero 38. & per Philoſophum Xe-
nophontem, quod melior gubernatio eſt
8 præuenire delicta, quam poſtea illa caſti-
gare. ¶ Et propterea in hoc propoſito ſo-
lent Iuſtitiarii † & alii Capitanei,ac offi-
ciales facere iniunctionem partibus,vt te-
neant v.g.domos pro carcere,& ne tranſ-
eant per ſtratam talem, ac ſimiliter com-
pellendo eas ad ineundum pacem,vt in
dictis pragmaticis poſui, eod.tit.27.quic-
9 quid dixerint Iul.Clar.in §.fin.quæſt.58.v-
bi quod voluntaria debet eſſe pax † & Iu-
dex, eſto ſit Præfectus prouinciæ, & de
maioribus non poteſt compellere ad pa-
cem,Tuſch.verbo pax concluſ. 171.num.
32.tom.6. nam hic videmus ex præmiſſis
eſſe coactam, & benè, idem Bouadill.nu.
44.poſt Bart.in l.tranſigere, num.13.C.de
tranſ.vbi Padilla,num.90. Auilez in cap.2.
Prætor. d. gloſſ. (*parcialidad*) nu. 23. cum
ſeqq. Beluc.in Specul .Princip. rubr.xi.§.
compendioſè num.6.& 9.& rubr.27.§.mi-
lites,num. 46. cum ſeqq. Marant.de ordin.
iudic.part.6.tit de in[illegible] num. 164.Segu-
ra in director. iudic.part. 2.cap.9.num.5.
cum ſeqq. l. ſi quis in [illegible],§.in ciuilib.
ff.de captiu.cap.inter & cap.verbalem,de
elect.Bart. Montalt Didac.Perez. Alben-
ſis,Monthol.Oroſc.Laudenſ. Butrigar.Ca-
tald.& mille, quos adducit ipſe Bouadill.
eod.num.44.& ex Tito Liuio,lib.vigeſimo
quinto ib.(nihil aliud à cæde, ac dimica-
tione continuit homines, niſi patientia
Magiſtratuum, quòd ceſſerint in præſen-
tia furori,atque audaciæ paucorum.) Di-
oniſ.Halicarn.lib.6.hiſtor. Caſſiodor.lib.1.
epiſt.22.Chaſſan.in Cathalog.gloriæ mun-
di par.5.conſideration.16.& quamuis lega-
tur, quòd non valeat pactum pacis † per
10 quod vna partium prohibeatur ingredi Ci
uitatem,vel locum patriæ,quaſi ſit contra
naturam ipſius pacis,ex Vulpellio de treg.
& pace, quæſt.55.Alciat.conſ.134.tom.2.
libr.5.vel quod non liceat tranſire per viā
domus,in qua habitat alia pars,quaſi quod
non ſit vera pax non remittens rancorem
Anchar.conſ.75.Moron. de tregu. & pace
quæſt. 187. tamen benè poteſt Iuſtitiarius,
ſiue Iudices hoc præcipere partibus,vt eſt
dictum, & ſic ſubdit ipſe Moron.vel quan-
do dictum pactum eſſet ad modicum tem-
pus,Vulpell.loco citato.

Sed quid fiet, ſi v.g.perſonæ,inter quas
eſſet rixa,vel diſſenſio, eſſent illuſtres,&
Aequites, vel ſuperiores † aut ſimiles,qui-
bus fortaſſe Iuſtitiarii, vel officiales non
poſſent facere iniunctiones prædictas? dic
quòd contra hos capient informationes
ſecre-

ſecretas,& mittent illas Illuſtriſſimo Do-
mino Proregi , & M.R.C. nuntiantes de
hac re graui , argum. eorum , quæ ſcripſi
ſuper dict.pragm.dict.titul.27.num.2.cum
ſeqq.l.2.tit.1. libr. 8. recopilat. Simancas
libr.8e Republ. cap. 35. & infra in cap.15.
in 1. not. quippe quia contra ſuperiorem
delinquentem in ſuo territorio non poteſt
Præſes procedere ad punitionem, cap.in-
ferior,21.diſtinct.cap.cum inferior,de ma-
ior.& obed. gloſſ. in cap.1. de raptor. vbi
Abb. Calderin. & Felin. Nauarr. in cap.
nouit, in 3. not. num. 72.de iudic. Aufrer.
in Additionib.ad Capell. Tholoſan. deciſ.
423.ita idem Bouadill.d.cap.13.n46.per l.
1.C.ne licen.pot.Auth.d mand. Princ.§.pa
trocinia l.Præſides,C.de offic.Rector.pro
uinc.Bernard. Diaz in pract.criminal.c.3.
verbo,officiali,numer. 3. Auiles in cap.27.
Prætor.in Gloſſ.requiram,num.1,Platea
in l.ſi grauius, Cod. de dignit. lib. 12. Ma-
rant. dict. part.6.ſectione 6. num.177. Di-
dac. Perez, Paris de Puteo,& ſimiles per
ipſum Bouadill. adducti , vbi ex eodem
Platea refert,quod in rebus commiſſis per
12 infamiam † aut per iniuriam, poſſunt hi
tales ab ordinario ſine relatione Principi
faienda puniri , & conſequenter poſſunt
his perſonis ordinare,pro pacifico ſtatu,vt
exeant , & migrent , ac ſe præſentent co-
ram Principe, l.ſi quis filio , §. hi autem o-
mnes.ff.de inoff.rupt.teſtam.Boniſac.in
peregrina,verbo potens,gloſſ. potens,Aui-
les in cap.22. Prætor. gloſſ. elacion,& in
cap.6.gloſſ.notifiquen,Petr.Bellug.in dict.
ſpecul.Princip.rubr.27.nu. 46.ſubdens ipſe
Bouadill quod quando per tales titulatos
Illuſtres fuiſſet commiſſum aliquod homi-
13 cidium † vel atrox, horrendumque crimē
publicum , vel ſcandaloſum, poſſunt dicti
Iuſtitiarii,& Officiales locorum (dummo-
do illi non eſſent miniſtri Regis ,quia alias
de directo,& abſque aliquo alio requiſito
poſſunt eos carcerare, vel domi,aut in Ca-
ſtro,ſiue in carceribus , vt pluries tāquam
Iudex Tribunalis Regiæ Curiæ Prætoris
vidi, atque obſeruaui cum meis Dominis
Spectabilibus Iuſtitiariis)vltra informatio-
nes ſecretas , & tranſmiſſiones ad Princi-
pem,eoſdem carcerare , & nuntiare Pro-
regi,& M.R C.per l. diui fratres,ff.de pæ
nis, ibi (*vinctos eos cuſtodies , & ſcribes, & aducis quid quiſque commiſerit*)Greg. in l.4.
tit.24.par.2,Anch. in clem.1.de for. comp.
Bald.in cap.1.§.ad hæc,de pace , iur.firm,
Bapiblanc. de author. Baronis in prænuo,
num. 15. Archid. & alii in cap.1.3.queſt.6.
Fælin.in dict.cap.cum inferior, de maior.
& obed. Aufrer. ad candem Capell. Tho-
loſ.dict.quæſt.423. qui plus dicunt, quod
poſſent illos punire , ex eod. Bouadill.vbi
ſupra,& ita poſt Surgent. de Neapol. Il-
luſtrat.Irecc., & alios poſt hæc vidi Ma-
ſtrill.in tractat. de magiſtratib. cap.13.de
prærogatiuis habent,regal. dignit. lib.4.n.
5 part.2.qui ait hæc non procedere M.R.
C. quæ competens eſt contra titulatos, &
illuſtres perſonas per conſtitut. Regni no-
men,& normam, cum concordantib. di-
cens , quòd carcerantur in caſtro non au-
tem in carceribus publicis conſulto domi-
no ipſo Prorege .

Et hoc ad ſimilitudinem eorum , quæ
ſcripſi infra in cap.37.Regis Catholici Fer-
dinandi,limit. 1. num.7.vbi quòd ſi verbi g.
inter clericos eſſet rixa grauis,vel crimen
committendum.& circa enormia delicta
14 † poſſunt per officiales adhuc laicos capi
in fragranti , & etiam carcerari abſque
metu excommunicationis.argum.l.2.Co.
de exhib.& tranſm.reis. Capic.deciſ.73.c.
non inferenda,& cap.ſequen.2 .quæſt.3.
dummodo tamen ſtatim remittātur Iudi-
ci Eccleſiaſtico ex Tuſcho verbo , calum-
nia concluſ.9. num. 25. tom.1.& ex verbis
dicti capituli Regni ſic colligitur , vt ibi-
dem habes,per cap. ſi iudex laicus de ſent.
excomm.in 6.Couarr. var.reſolut.cap.20.
lib.2.Dom. Carol. Tapia in adnotationib.
ad Ius Regni Neapolis ſub tit.quando Rex
inter Eccleſiaſticas perſonas cognoſcere
poſſit,fol.28.lib.3.& conſequenter poſſunt
Iuſtitiarii,& Capitanei capere Clericum
delinquentem ratione , quia quemadmo-
dum Cęſar probis Clericis eſt protectioni,
ita reprobis terrori eſſe debet , ex Andr.
Gayll.lib.1.de pace publica,cap.1.num.18.
fol.277.per tex.in l.per omnes,C.de deſen-
ſor.ciuit.& §.feſtinabis , Auth.de mandat.
Princip.& in l.2.in fine,Cod.de priuil.ſcho
larium , lib.13.ne ſub prętextu conceſſi pri-
uilegii, vel flagitiorum creſcat authoritas,
vel publica vacillet vtilitas,Matth.de Afl.
in conſtitut.Regni , Iuſtitiarii,tit.qualiter
Iuſtitiarii,ſub n.9,lib.1.per cap.12 ne vt fa-
mę,de ſent excommunic.gloſſ.in cap.cum
non ab homine , de iudiciis concord.per
eum, qui loquitur in quolibet malefacto-
15 re. Et † licet in hoc propoſito non deſint,
qui dixerint, non poſſe aliter clericum ca-
pi per familiam ſecularem in dictis caſibus
tamen multi ſunt caſus , in quibus eſt per-
miſſum hoc , quos enumero in d.cap . 37.
Regis Ferdinandi loco citato poſt Fari-
nat.Diaz.Dec.Aret. Angel.Boſſ. Foller.&
mille , vbi eſt ſua materia, ne diuertar ad
alia.

Quæ verò ſit pæna frangentium ipſam
pacem † in quam incurrunt adhuc illi,qui
16 inſultauerunt conſanguineos , & fautores
amicos eorum inimicorum , à quibus v.g.
nulla fuerunt affecti iniuria , vt tetigi in
pragmat. tit. 46. prope princip. tom.1.ea-
rundem pragmaticarum , de hac materia
latè ponunt Ioann. Andr.Boſell.ad ſtatut.
Parmæ,tit.de rumpentibus pacem,fol.177.
lib.3.& quomodo, & quando dicatur ru-
pta,ponit multa more ſuo Cardinalis Tuſc.
in pract.concluſ.iuris , verbo pax concluſ.
179.& 180.cum aliis ſubſequentibus vſque
concluſ. 191.dict. tom.6.

De tregua verò in hoc datur aliqualis
differentia, quia etiam ex ſuperuenienti
cauſa non poteſt rumpi,ratione,quia fit ad
17 tempus , † pax vero fit in perpetuum,Ia-
ſon in l.qui ſeruum, colum.2.ff.de verbor.
oblig.

obligat. per dictum Vincentii in cap. 1. de
treg. & pace. Riminald. Iun. conſ. 300. in
præſenti, num. 36. libr. 3. & ita dicit Ho-
ſtienſ. in ſumm. de treg. & pac. dum ait,
18 quòd tregua † nihil aliud eſt, quàm ſecu-
ritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita
tempore guerræ, diſcordia nondum fini-
ta, Bald. & Schol. ad eum conſ. 131. volum.
3. Calderin. conſ. 366. aliàs 37. de teſtam. &
ſic tempore calamitatis, in qua homines
adinuicem ſe laceſſunt, Anchar. conſil. 88.
præmiſſa facti ſerie.

Qua de cauſa multoties ſolitum fuit ſe-
qui ſaluus conductus, qui etiam ſapit na-
turam dictæ treguæ, ex quo eſt ad tempus
19 † & nihilominus ſeruari debet, vt poſui
in pragmatic. 6. in 4. notab. titul. 12. de ſent.
banni, & foriudicationis tom. 1. ipſarum
pragmaticarum. Caueant tamen delin-
quentes & alii, ne committant ſe ſaluo
conductui conceſſo per Iudicem inimicũ
20 capitalem † quia non tenetur quis ſe com-
mittere, & cõfidere tali cautioni, vt poſt
Imol. in l. nam quòd, §. non omnis, ff. ad
21 Trebell. & in l. 15. † qui reus, colum. vltim.
in princip. ff. de public. iudic. Fælin. in ca.
accedens, il. 2. num. 2. & lit. non conteſt.
Afflict. & alios ſcripſit Menoch. conſ. 10.
num 216. volum. 1. de quo, ni fallor, memini
in dicta pragmatica, & hac de cauſa puto,
quòd hic inclitus Rex noſter non conceſ-
ſerit Siculis; vt poſſint obtinere à Saracæ-
nis, & infidelibus dictum ſaluum condu-
ctum, quia ipſi in effectu ſunt capitaliſſimi
inimici noſtri, vt videbimus infra in 1. no-
tab. Et hac de cauſa multos videmus ca-
ſus, in quibus ſalui conductus conceſſio nõ
operatur, & guidati, ſiue ita aſſecurati cõ-
fidere non debent, cum quandoque ipſe
ſaluus conductus † ſit cautio fragilis, cui
22 parum fidendum eſſe ſcripſi in dicta prag-
mat. 6. in 4. notab. nempe circa hæreticos
rebelles, & hoſtes patriæ, & exbannitos,
vt dixi ſupra in cap. 52. Regis Iacobi in
prima, & in ſecunda excluſione, tomo
primo, Bart. quæſt. 1. Lucanæ ciuitatis, qui
per decem fundamenta dicit, quòd ſic, &
per alia totidem quid non, mox diſtinguit
& ibi Apoſtill. Marſil. in praxi criminal. §.
aggredior, num. 84. & ſeq. & ſingul. 352.
vnde ſi non poteſt, aut ſaltim eſt dubium,
vt fiat pax cum bannitis, quanto magis cũ
infidelibus, & Saracenis.

Noto primo ex iſto capitulo, ibi (*præſer-
tim cum † Ianuenſibus*) cum quibus dicitur
hic, quod hoc Regnum diſcordias habe-
bat; & propterea ſupplicatur Regi, ut cum
eis conficiat pacem, id eſt, capitula, pax e-
nim non eſt aliud, quàm capitula ipſius pa-
cis † vt ait Bald. conſ. 195. column. penult.
lib. 2. & de quibus poſt Signorol. Iaſ. Mar-
ſil. Petr. Bellin. Brun. Nicol. Moron. Ca-
ſtrenſ. Geminian. Corſett. Iacob. à S. Ge-
orgio, Innocent. Mart. Laudenſ. & alios
ſcripſit Cardin. Tuſch. in ſuis pract. concl.
iuris, verbo pax, concluſ. 178. tom. 6. & ſic
per inſtrumentum eiuſdem pacis, quod eſt
contractus vltro, citroque obligatorius,
Bertazol. conſil. 30. criminal. num. 31. etiam
tollendo pro hoc bono pacis actiones ſub-
ditorum ex contractu, adhuc adeſſet iu-
ramentum, cap. in noſtra, de iniur. vbi In-
noc. Rom. conſil. 310. n. 3. Zabar. dict. conſ.
85. n. 3. Eſt verum, quod non eſt neceſſariũ
24 † totaliter dictum inſtrumentum ad pa-
cem, quia ſufficit conſenſus, & pactum, id-
eoque probatio per teſtes idem operatur.
ac ſi inſtrumentum ipſum, vt inquiit Bart.
conſil. 66. verſic. ad ſecundum, lib. 1.

Et puto quod hic loquatur capitulum
de eo tempore, quo dicti Ianuenſes erant
vel ſub dominio Regis Franciæ, vt poſt
Dec. Alber. & Paul. de Caſtro tetigi ſupra
in c. 16. eiuſdẽ Regis Iacobi, n. 21. Nicol. Fe-
ſtaſius in tract. de æſtimo, & collectis, cap.
7. num. 31. tom. 12. tractatuum, fol. meo 192.
25 column. 2. † quo tempore Carolus Zeno
depredatus fuit naues ipſorum Ianuẽſium
& Gubernatoris Regii, & poſtea fecerunt
pacem, & cum quædam nauis Venetiana
perueniſſet in portũ Ianuæ, fuit redempta
per Gubernatorem, de quo caſu loquitur
Paul. de Caſtro, cõſil. 424. Quia ſcio, libr. 1.
vbi an teneantur ipſi Ianuenſes pro ſuo
Capitaneo, vel loqui de eo tempore, quo
ipſa ciuitas Ianuæ erat ſub dominio, &
ditione Illuſtriſſ. & Reuerẽdiſſimi Archiep.
Mediol. tunc tẽporis Reuerendiſſimi Du-
cis Mediolan. initio inter eos fædere, vt ait
Iul. Ferr. in tract. de re Nauali, n. 85. d. to.
26 12. tractat. fol. meo 349. † quo tempore
omnis poteſtas, quam ipſa ciuitas habebat,
fuit tranſlata in ipſum Ducem Mediolani,
& ceſſauit Dux Ianuæ prædictæ, qui erat
Creatura Ipſius Ciuitatis, non autem quod
eſſet Dominus, nec præeſſet ipſis Ianuen-
ſibus, quia aliter non potuiſſet priuari, pro-
ut fuit priuatus, & depoſitus ille Antoniet-
tus, de quo loquitur Bald. conſil. 323. &
conſ. 326. lib. 5. quem tamen Antoniettum
non inuenio vſque huc inter Duces Ianuæ
numeratos, in d. tract. de re naau. Signor.
cõſ. 138. vbi n. 10. Subdidit eſſe ſacrilegium
diſputare de authoritate ipſius Ducis Me-
diolani in ipſa Ciuitate Ianuæ, vnde cum
hæc poteſtas Ducis Mediolani reſederit
27 mox in Carolo V. Rege, † & Imperatore,
ex quo eam acquiſiuit, & ſub cuius prote-
ctione ſtat hodie vſque huc, & ſtabit Gra-
tia Dei & ipſa ſcit, quomodo ſe defenderit
his annis 1624. & 1625. contra ipſum Du-
cem Sabaudiæ, & Regem Franciæ, & alios
niſi Regem Catholicum habiſſet protecto-
rem potentiſſimum, cuius eſt, & Mediola-
ni Vrbs prædicta, vt teſtantur hiſtoriæ, non
videtur profecto hoc capit. loqui de iſto
tempore acquiſitionis, quicquid ſit tamen
non curo de hoc, nec intendo me ingere-
re in materia Hiſtoriarum, & parum ho-
noris, & commodi de hoc poteſt conſequi
apud Ianuenſes, vt dixit Marcus Ant. Ro-
ueſcalenſis ad Scholia Bald. vbi ſupra, vbi,
licet ſecundum eum Cæſarem cognoſcat
28 aut ſit Franca † nullumque recognoſcat
ſuperiorem à quampluribus annis citra
viuens tanquam libera, & Franca, locum-
que

que Principis poſſidet,vt per eundem Ni-
colaum Feltanum loco citat.& per ea,quę
ſcripſi in cap. Regni, 424. Regis Alphonſi
num.11. & 12.tom. 5.vt ex Bald.conſ.452.
lib.3.& conſil. 182. n.3.lib. 5.vel ſit de per
ſe ſola ,vel quid poſſit vna cum duodecim
29 † & quid ſolus, vt ex Signorol. dict conſ.
138.in princip.ſatis ſit,vt Regnum hoc Si-
ciliç ſupplicauerit Domino noſtro Regi,
vt ineat capitula pacis cum ipſis Ianuenſi-
bus ex diſcordiis inter ſe habitis. Sicuti le-
gimus alias in ſimilibus occurrentiis, iuiſſe
factam ſimilem pacem, & conuentionem
30 ſiue concordiam inter Venetos † & ipſos
Ianuenſes de rapinis,& controuerſiis, de
qua ſcripſit Paul.de Caſtro d.conſ. 424. li.
1.Sic alias dicti Ianuenſes guerram habue-
runt cum Piſanis, & fecerunt treguam
per multos annos cum obligatione, quòd
ipſi Piſani non poſſint recapitare banni-
tos Ianuenſes,vt per Angel.conſ.261. Pun-
ctus eſt. Sic alias dicta Ciuitas Ianuæ, &
conſequenter Ianuenſes habuerunt bellū
cum ipſis Venetis, & inierunt pacem,vt
Ianuenſes cum nauiliis armatis non poſ-
ſint nauigare in gulpho Venetorum, ſed
ſolum pro mercantiis, & bona fide,neque
Veneti vltra portum Piſanum, idem An-
gel. conſ. 290. Thema eſt tale, & prout
multa alia recenſentur vltra hæc ab eo-
dem Iulio Ferretto in dict. tractat. de re
nauali ,vbi ſupra, colligimus ergo ex illo
notabili † quòd ad Principem ſpectat co-
cedere,vel tollere practicam. quia eſt de
31 regaliis,quod facere poteſt, per ea ,quæ re
cordor ſcripſiſſe poſt Surd. Ruyn. Bald.
Brun.Bertrand.Angel. Aluarot.& ſimiles
in c.Regni, 18. Regis Martini, n.2.& 3.ſu-
pra tom.3.& ita poſt Aff.Frec.Anton.Sola
ro.Franc. de Ponte Brun. & cæteros ſcri-
pſit Maſtrill.in tract.de magiſtratib. tit.de
iudiciis Principum,c.4.n.135.vſq. ad num.
143.lib.3.pract. , vbi quòd poteſt ex cauſa
eiicere foreneſes,& exteros, ne conuerſen-
tur,nec practicā habeant cum Incolis ſuis,
ne detegantur ſecreta Regni,vel ſimiliter,
ſed ſi velleint introire Regnum, debeant
prius habere licentiam, & oſtendere ſe ſu-
perib.loci,& explicare cauſam,quare ve-
niant,vt fit in Lombardia, Venetiis Ianuæ,
& alibi ex Surd. per me citato in d. c.18.
& ita etiam poſt Chaſſan. Bald. Paul.de
Caſtro,& ſimiles ſcripſi in peſtis tempore,
in tract.de Epidimia,ſiue de peſte cauſa 4.
verſic.auferendo.& tango inferius n.37.

Secundo noto ibi (*propter occupationē Conſtantinopolis*) quòd hac de cauſa petitio
facta, per hoc Regnum fuit aliquatenus
impertinens, & merito non conceſſa per
Regem, dum petebat cum infidelibus,&
Saracænis pacem, quia ipſi infideles, Tur-
32 cæ † & Mauri detinent terram ſanctam
Hieruſalem, vt dixi ſupra in cap. 1.Regis
Federici,num.23.24.25.& 26.tomo ſecun-
do, cum concordantib. ibi citatis, vbi dixi
poſſe ſemper nos contra eos mouere bel-
lum ex hoc ,addo Ant. à Gamma deciſio.
335.poſt Oldrad .conſ.72. de quo in d.cap.
1.Regis Federici memini, & ex D. Thom.
2. 2. quæſt. 10. artic.8. Archiepiſc.Florent.
part. 3.titu lo vigeſimoſecundo,qui conclu
dunt,quòd contra Mauros,Turchas,& a-
lios infideles, qui in habitu ſunt parati
peruenire in noſtram offenſionem, bellū
eſt iuſtiſſimum † quia liberam prædicatio-
33 nem Euangelii impediunt,nec permittunt
illius promulgationem, argumēto eorum,
quæ ſcripſi ſupra in cap. Regni 471. Regis
Alphonſi, num. 30. tom.5. vbi quòd licet
nobis illis facere furta, conſequenter ſi
bellum eſt contra eos faciendum, ergo nō
eſt ineunda cum eis pax, eſto ſi illi vellent
viuere in pace, ratio eſt,quia cum primū
occaſio eis ſe præbuerit contra nos Chri-
ſtianos bellum facient, cum ſint inimici.
Chriſtianorum,l.fin.vbi Bald.Cod.de capt
Oldrad.conſ.54.Franc.Aret.in auth.naui-
gia C.de furt. & ita in propoſito poſt eun-
dem Oldrad.dict.conſ.72.qui ita conſuluit
contra Saracænos Hiſpaniæ, ait Cardin.
Tuſch.in practic.concluſ.iuris, verbo infi-
deles,concluſ.124. tom. 4. & in verbo bel-
lum concluſ. 36. tomo 1.imo illi Chriſtiani
34 † captiui, qui fortaſſis in eorum Turcarū
& Maurorum poſſe inuenirentur ſuper
eorum triremibus, potius deberent mori,
quàm remigare contra Chriſtianos ita,
poſt Nauar.in manuali,ca.27. n.63. Molin
de iuſtit.& iur. tract.2 .diſp.115. Toledo in
ſumma lib.12.. ait Illuſtriſſimus Præſes de
Ameſcua in tract. de poteſt. in ſe ipſum,c.
2.lib. 2. n.30. 31.32.& ſeq. licet Cordoua,&
Azor.queſt.137.& part. 1. inſt. moral.c.25.
quæſt.17.lib.8. eos excuſent, eſto realiter
ex eodem Oldrad. de directo ſibi contra-
rio in alio conſ. 264. ex ſeptem fundamen-
35 tis referat † non poſſe iniri bellum cum
illis quoties vellent viuere in pace,& per
Calderin.conſilio 92.,numer.ſecundo alias
conſ.1.de treg.& pace, Geminian.conſil.
96. quaſi quòd teneantur etiam Chriſtiani
diligere ipſos infideles, adhuc Iudæos, qua-
tenus ſunt noſtræ naturæ,& volunt quietè
viuere ,imo tenentur dare eleemoſynam,
& ſubuenire ,vt poſt Alexand.conſ.130.n.
3.li.7.ait ipſe Tuſch.in pract.concluſ.iuris.
verbo infidelibus,num.12. concluſ.125.to-
mo 4. in ſumma nihilominus video, quòd
ipſe Tuſch.concludit, vt quoties ipſi infi-
deles occupatam teneant terram Chriſti-
36 anorū,quæ aliquando fuit † noſtrum fide-
lium, prout eſt ipſa terra ſancta Hieruſa-
lem,& terra promiſſionis,quam promiſit
Dominus Abrahæ, & ſemini eius,vt ſu-
mus nos, ex Apoſt. de qua ſcripſi in con-
ſuetud.Panhormi cap.xi. in fine,Bart.in
ſpecie in l.id, quòd ff. de legat. 1. Oldr. d.
37 conſ.72,87.101.& 264.& pro qua Hieruſa-
lam recuperanda ſub Vrbano II. Pont.
Max. anno 1094. tercentum mille homi-
nes ſe ſubſcripſerunt in militia Chriſti, &
ſumpſerunt inſignia Crucis, quo tempore
ipſe Pontifex in Francia prope Montem
clarum incitauit Principes pro ea recupe-
randa, & pro qua pugnauit Vitalis Mi-
chael Dux xxxv. Venetiarū anno Domi-
ni,

Digitized by Google

ni,1095.& pro ea retinenda Aureus, Magiſtro Petrus alter Dux XLII. anno 1178. vt per Iulium Ferrett.in d.tract.de re Naualí,num.64 & 71.fol.548.col.4.eod.tom.12. tractatuū, & de his Æquitibus Cruciferis terræ ſanctæ tango in cap.163 Regis Caroli,tom.8.tunc bellum ipſum fiat,& quod Innoc.in cap.quod ſuper iis,de uoto,Alex. d.conſ.130.num.4.& 5.vol.7.

37 Tertio Noto ibi(*& interponere partes† ſuas apud Summum Pontificem habere licentiā prædicandi cum infidelibus*) faciunt adducta ſupra num.31. optimè eſt dictum, quia iſti infideles qui ſunt deſignati per boues, & pecora deſcendentes ab illo Iſmaele, & Agar ancilla quicquid dixerint Spec. tit. de iud.& Saracæn.Card. & alij poſt gloſſ. in Clem.1. de Iudæis, qui voluerunt quòd dicantur à Sara vxore Abrahæ, de qua liberi afferunt ſe exiuiſſe, quia contrarium eſt verum,vt per Bertacchin.in repertor. verbo, Saracænus.part.5. fol.11. col. 3.reprobato etiam Alberico in dictionario,eodem verbo,Saracænus,fol.301.col. 1. licèt

38 non ſubſint Petro, † quo ad pactum,tamē ſubſunt quoad dominium,vt recordor latè poſuiſſe ſupra in cap 112. Regis Federici, num.16.17.18.cum ſeqq.tom.2.Dom.Cardinal.Tuſch.d.concluſ.124.poſt eundem Oldr.d. conſ.264. quia Papa ſuper eis habet poteſtatem , & ſunt de ouibus Chriſti. Subaudias tamen vt iſta practica , quatenus conceſſa eſſet cum infidelibus,& Chriſtianis,prout eſt denegata, non intelligitur quo ad delationem armorum ad eos,nec ad victualia, & ſimilia , de quibus videbimus infra in cap.92.6. x. ibi, (*item nonnulli*) niſi in caſibus licitis , & permiſſis , vt ibi cum licentia Principis.

Quòd Iudices Magna Regia Curiæ,finito tempore officij,ſint perſonæ priuatæ,& de eorum mutatione, & quot eſſe debeant. Cap. XIIII.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas,quòd placeat Regiæ Maieſtati , quolibet biennio de menſe Septembris, iuxta formam Capitulorum Regni, mutare Iudices, Magnæ Regiæ Curiæ,& quando,elapſo biennio,non mutarentur iuxta formam dictorum Capitulorum,quòd elapſo biennio,ſint perſonæ priuatæ : & fiant Iudices de peritioribus, & idoneioribus Ciuitatum comprehenſarum in dicto capitulo Regni, & illi de Regno eodem modo ſint de peritioribus, & idoneioribus,cum quatuor eſſe debeant,ſcilicet, vnus Meſſanenſis,de Ciuitate Meſſanæ , alius de Vrbe Panhormi , tertius de Ciuitate Cathaniæ , & quartus de Regno : Erit namque hoc valdè vtile toti Regno,& omnino ſindicentur & Placet Regiæ Maieſtati, quòd finito tempore officij, dicti Iudices ſint perſonæ priuatæ.

Multa Regni capitularia ſunt de hac re concordantia. de quib.ſuis locis ſcripſi, & hoc in ſpecie concordat cum alio,cap.43.infra eod & vide infra in cap.231.Regis Caroli, tom. 8.vbi de hoc etiam facio mentionem vbiq, porrò an retineant dignitatem , & continuent in officio , nondum capta poſſeſſione, per nouos Iudices.

De proceſſionibus conficiendis in cauſis criminalibus , per ordinarios locorum. Cap. XV.

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni,pro commodo,& magna vtilitate ſingularum Ciuitatum,terrarum,& locorum dicti Regni,& beneficio Regiæ Curiæ , quòd placeat ſibi concedere,vt in omnibus criminalibus cauſis,in quibus ordinarij locorum non habent cognitionem,quòd abſque denuntiatione facienda Magnæ Regiæ Curiæ, prædicti locorum ordinarij poſſint audire accuſationes,& partes compellere ad ſatiſdationes iuxta formam iuris,& conficere proceſſus,ad petitionem partium, & partibus deſiſtentibus , ad petitionem procuratoris Regij fiſci, in caſibus,in quibus fiſcus poteſt ſubintrare , vſque ad concluſionem incluſiuè procedendo , & ad carcerationem,& ad aliā iuxta formam Ritus, Magnæ Regiæ Curiæ,& præaſſertos proceſſus concluſos tranſmittere ad Magnam Regiam Curiam,per eam decidendos : Nec aliquid pro dictis ordinarij Iudices accipere poſſint,niſi tantum iura copiatorum,& receptionis teſtium: ſed ſi contingerit per Magnam Regiam Curiam,compoſitionem fieri,conſequantur dicti ordinarij, pro labore eorum, quartam partem compoſitionis,iuxta formam Capitulorum Regni , ſeu Ritus Magnæ Regiæ Curiæ,& in cauſis,in quibus per inquiſitionem procedi poſſet, committi debeant præaſſertæ cauſæ ordinarijs locorum, & omnino Commiſſarij non accedant ad conficiendos proceſſus, ſed fiat , vt ſupra dictum eſt : Neque etiam ſindicatores , cum non conſueuerint habere iura dietarum ab aliquo . Similiter, & dictis ordinarijs committantur executiones ſententiarum,& aliarum cauſarum executiuarum,& in caſu,quo ordinarius eſſet ſuſpectus, detur

detur adiunctus de eadem terra, ſeu loco, nec pro cauſis arduis Commiſſarij valeant accedere, pro quibus alias fuit interpetratum, ipſos poſſe accedere. ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd in criminalibus, in quibus non venit infligenda pæna mortis, iudices ordinarij poſſint procedere, & quartam partem compoſitionis ſuo tempore habere, prout ſupplicatur; non tamen propter hoc tollatur facultas Magnæ Curiæ, quin poſſit cognitionem dictorum criminum, ad petitionem, ſeu ſupplicationem partis, cuius intereſt, ad ſe auocare, vel committere, prout conſueuit. Et placet Regiæ Maieſtati, quòd executiones ſententiarum, & aliarum cauſarum committantur ordinarijs locorum, niſi ex iuſta cauſa Magna Curia aliter duxerit prouidendum.

SVMMARIVM.

Officiales ordinarij locorum poſſunt in delictis, vbi non venit imponenda pæna mortis, &c. procedere abſque nunciatione facienda M. R. C. & quod in delictis enormibus, num. 1. etiam in cauſis proceſſuis. num. ſeqq.

Delicta omnia an ſemper debeant nunciari per officiales Proregi, & M.R.C. & quæ, ibid.

Proceſſus compilati per officiales ordinarios locorum in criminalibus debent tranſmitti decidend. ad M.R.C. & quando, num. 3.

Compoſitio ſi fieret per M. R. C. ſuper adductis verificatis in proceſſibus compilatis per ordinarios locorum, & tranſmiſſis, an ipſis competat quarta pars compoſitionis, num. 4.

Officiales Ordinarij locorum, an habeant portionem de compoſitionibus factis, per M. R. C. ſuper delictis verificatis in proceſſibus, per eos tranſmiſſis ad eam, ibid.

Ærarij fiſcales locorum ordinariorum an habeant portionem de rebus confiſcatis, vel compoſitis, ibid.

Auocare cauſas ad ſe poteſt Magna R.C. & committere cui velit, num. 5.

Magna Regia Curia poteſt auocare quaſcunque cauſas ad ſe, ibid.

Delegati poſſunt deſtinari per M.R.C. cũ dictis, rem ſtiuè, ibid.

Syndicatoribus exiſtentibus in loco poſſunt delegari cauſæ etiam cum dictis, remiſſiuè, ibid.

Suſpectus ſi eſſent aliqui officiales ordinarij locorum, poteſt eis dari adiunctus, num. 6. & ſq.

Suſpecto Iudici vel officiali ſi datur adiunctus, nullam notam incurrit, num. 7. & eſt ſpecies auocationis, num. 8. & ſeq.

Suſpecto Iudici ſi datur adiunctus ſoles fieri, per adiunctum, intimatione procedatur in cauſa, & quomodo, ibid.

Par in parem licet non habeat imperium, fallit quando datur adiunctus Iudici, num. 9.

Adiunctus ſi eſt datus Iudici ſuſpecto, non poteſt alter iudex procedere ſine voto adiuncti, aliàs ſententia eſt nulla, num. 10.

Sententiæ executio ſolet remitti ad ordinarios locorum, per M.R.C. & quando, num. 11.

VTilem materiam habemus in hoc Regni Capitulo, ex quo Noto primo,
1 quòd Ordinarij † officiales locorum poſſunt in delictis, in quibus non venit infligenda pæna mortis procedere, abſque alia denunciatione facienda Proregi, & M.R.C. & conficere proceſſus, quos confectos traſmittere ad M. R. C. ſolutos ſibi iuribus campiarum, ergo ſecus in delictis enormibus in quibus venit ipſa pæna mortis, mutilationis membri, aut deportationis de quibus ſcripſi in multis locis, & præciſè in pragmaticis, tit. 27. de Capitaneis, alijſque officialibus, nu. 2. cum ſeqq. tom. 1. earundem pragmaticarum, & tetigi ſupra in cap. 13. ſub verſic. ſed quid fiet, poſt Simanch. de Republ. cum ſimilib. ibid. & per tradita in cap. Regni 430. huius Regis, & licet realiter videatur quòd hoc cap. per ſuam decretatam non excludat denũ-
2 ciationẽ † faciendã eſſe ipſi M.R.C. & D. Proregi, ſed ſolum conceditur compilatio proceſſus (loquitur enim hic proceſſiuõ modo) tamen apparet ex petitione Regni ſacta per iſtum textum, in principio ibi (*abſque denũciatione facienda &c*) & clarius per ipsã decretã, ibi (*poſſunt procedere,*) quia illa tranſmiſſio mox dicti proceſſus confecti ad eandem M.R.C. habetur ex tunc loco denunciationis, & colligitur ex ijs, quæ vidimus in cap. 33. Regis Alphonſi, vbi eſt propria materia, tom. 4. & ibi ſemper dicitur de delictis grauibus, nu. 1. & 2. & quæ ibi addidi in moderatiſſimis Adnotationibus, quaſi ne in delictis non grauibus, ſecus, v.g. à relegatione infra, & ſimilibus, argum. à contrario ſenſu, Fælin. in cap. 1. in 3. fallent. de offic. delegat. & in cap. qui alios verſic. maximè in atrocioribus, de Hæret. & in cap. quartæ, num. 4. de ſenten. excomm. Aplacha in epitom. delict. capit. 28. num. 30. Oſaſch. Pedamont. deciſ. 81. num. 7. ſentit Farinat. de indic. & tortur. quæſt. 51. num. 54. tom. 2. eſt verum quòd de iſto modo proceſſiuè vix, aut numquã in Regno agitari videmus, vt dicã in cap. 58. Regis Caroli tit. de modo proced. ex abrupt. tom. 8. & videbimus infra in cap. 34.
3 Noto ſecundo, quòd iſti proceſſus † ſic compilati non poſſunt decidi per Ordinarios locorum, ſed confecti, & compilati tranſmittuntur decidendi ad ipſam M. R. C. ita intextu ibi (*proceſſus concluſos tranſmittere*) arg. eorum, quæ in ſimilibus ſcripſi de Armorum capitaneis, & Delegatis ſupra in cap. 36. Regis Alphonſi, tom. 5. vbi, niſi

Digitized by Google

niſi totius deciſionis eſſet commiſſa cauſa
incluſiuè vſque ad exequutionem ſenten-
tiæ, etiam in cauſis palatinis, vt ibidem.
Tertio noto, ſecundum lecturam huius
textus, quòd quando proceſſus ſic proceſ-
ſiuè compilati per ordinarios locorum
tranſmittuntur ad ipſam M.R.C vt vidi-
mus, & per ipſam M.R.C. contingeret fie-
4 ri † compoſitionem ſuper dictis delictis in
ipſis proceſſibus ſic compilatis, de tali cō-
poſitione fortè facienda competebat quar
ta pars ipſis ordinatijs locorū, ibi (*& quar-
tam partem compoſitionis, &c.*) & hoc non
memini legiſſe, eſto hic dicatur quòd hæc
quarta pars ſibi competat iuxta formam
Capitulorum Regni, ſeu Ritus ipſius M.R.
C. niſi fortè ex adductis ſupr in c.10. Reg.
Alphonſ. vbi ſcripſi, nu.5. to.4. ibi (*opera,
cauſa, & induſtria procuratorum fiſcalium*) &
ex traditis in cap. 205. eiuſdem Regis Al-
phonſ. num.7. tom.5. cum ibi concordan-
tibus adductis ad pragmaticas, & ad alia
ſtatuta, vbi vidimus quòd Ærarijs compe-
tit certa pars pro qualibet vncia, vel dico
melius eſſe capit. Rit. 149. vbi ſcripſi, num.
49. tom.4. eſt verum quòd loquitur de con-
fiſcationibus.
5 Quarto Nota, quòd M.R.C. habet † hoc
ſpecialitatis, vt poſſit ad ſe auocare cauſas
quacumque, vel committere cui velit, ita
hic ibi (*non tamen propter hoc tollatur, &c.*)
ſic habes in cap. 16. Regis Iacobi, num.1.
cum ibi adductis, tom.1. & in cap. 51. Re-
gis Martini, num.78.79. & 80. tom. 3. & in
cap.442. num.26. eiuſdem Regis Alphonſi,
tom.5. & quæ tetigi remiſſiuè ad deciſ. M.
R.C. 29. num.5. & infra hoc tom. in cap.
39. ſub verſ. primo limito, & ideo eſto hic
in petitione petatur quòd non accedant
Delegati, nec Syndicatores, ſtante quòd
de his non competere ſoleant eis iura die-
tarum, vt habes in textu. & eſt ſcriptum
ſupra in d.cap. 361. eiuſdem Regis Alphō-
ſi, attamen Rex in decreta negat, nec con-
cedit hoc ſed poteſt committere cui vult,
ibi, (*vel committere, &c.*) & ſic obſeruatur,
nam etiam ſindicatoribus exiſtentibus in
partibus, & ſuper loco ſolent committi ſi-
milia negotia etiam cum dietis, vt ex litte
ris in regiſtris apparet, & ſcripſi in ſua ma
teria infra in cap. 51. & 52. Regis Catholi-
ci Ferdinandi, ſub verſic. intellige primo,
tom. 7.
Quinto Noto, quòd quando ex dictis
ordinarijs Iudicibus, & officialibus locorū
6 aliquis eſſet ſuſpectus † poteſt dari adiun-
ctus, ita poſt Couarr. pract. quæſt. cap. 26.
num.2. Scribentes in l. errore, C. de iur. &
fact. ignor. Gabriel. de iudic. concluſ. 5. nu.
9. Mandoſ. in cōmiſſ. deputat. adiunct. in
gloſſ. in verbo, adiunctum. Fælin. in cap.
paſtoralis, num.17. de except. Staphil. de
commiſſ. & litter. iuſtit. verbo datur, nu.
3. tom.15. dixi in pragmat. tit. 4. de recu-
ſat. Iudic. nu. 63. & 8. poſt Gratian. ibi ad-
ductum, qui citat etiam Abbat. Biſinger.
Bald. Barbat. Menoch. Lancellott. Mādoſ.
Ruyn. & multos more ſuo optime cita-
tos in illo cap. 100. diſceptat. forenſ. a num.
31. cum plurib. ſequent. tom. 1. vbi dicit
7 quòd & ſi † nullam notam incurrat is, cui
datur adiunctus per l. tutor, ff. de ſuſpect.
tut. Mandoſ. forma 8. commiſſ. quæſt. 5. l.
pietatis, vbi Bart. C. de ſuſpect. tutor. tamē
8 eſt ſpecies auocationis † quando datur ad-
iunctus vnus, vel plures, & fit inſinuatio de
exercitio iuriſdicionis, ideoque poteſt fieri
inhibitio per adiunctum, ne procedatur in
cauſa, eſto regula ſit, quòd par in parem
9 non habeat imperium † vt recordor ſcrip
ſiſſe plura in cap. 82. Regis Federici, num.
12. tom.2. & in cap. 51. num. 86. Regis Mar
tini, tom.3. quia talis regula vltra aliàs li-
mitationes, quas ibidem adduxi fallit non
procedere illo caſu adiuncti, vt poſt Lan-
cellott. de attentat. cap. 20. num. 98. tom.
5. Mandoſ. de inhibition. quæſt. 6. Staphil.
de litter. gratiæ, & iuſtit. p. 1. ſubdit ipſe
Dom. Gratianus, vbi ſupra d. cap. 100. nu.
10 40 & conſequenter † non poteſt procede-
re primus Iudex abſque voto adiuncti nec
adiunctus abſque alio, & ſic ad paria iudi-
cantur aliter ſententia erit nulla ex Ge-
min. Mandoſ. Soccin. Fælin. Bart. & cete-
ris. Bald. conſ. 79. lib. 2. Gemin. conſ. 24. ſu-
per ſexto dubio, num. 11.
Sexto Noto, quòd in delictis commiſſis
in loco, de quibus eſſet factus proceſſus, &
11 remiſſus ad M.R.C. decidendus † vt ſupra
vidimus in præcedentibus notabilibus, ſo-
let M.R.C. facta deciſione, remittere exe-
quutionē ipſius ſententiæ ad ordinarios
locorum niſi ex iuſta cauſa aliter proui-
derit iudicandum, ita hic, ibi (quod executiones ſententiarum, &c.) ita in puncto
ſcripſi in pragmaticis, tit. x.d. for. copet.
tom.1. earundem pragmaticarum, num.
47. poſt lex. Boſſ. Farinat. Salycet. Bald.
Anan. [illegible]ar. & alios addo, l. 3. Hyſpan. tit.
16. lib. 8. recopilat. Azeued. in l. 1. num. 31.
tit. 16. eod. lib. 8. recopil. Didac. Perez, in l.
1. tit. 4. lib. 3. ordinat. Auendann. reſponſ.
40. num. 60. Gregor. in l. 1. tit. 29. part. 7. cū
concordantib. per Caſtill. de Bouadill. in
ſua politica, lib. 2. cap. 13. el corregidor,
&c. num. 70. tom. 1.

De viſitatione Terrarum Demanialium, per Magiſtrum Iuratum quolibet anno.
Cap. XVI.

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni, quòd Magiſter Iuratus teneatur quolibet anno viſitare omnes Terras Demaniales per ſe, aut ſubſtitutum ſuum idoneum ſolitas viſitari, illas videlicet, quæ habent aliquod patrimonium, & videre computa Iuratorum,

& aliorum Officialium,ad quos peruenerint pecuniæ vniuerſitatum,& eos compellere ad reſtitutionem, & Iuſtitiam facere,ſecundum quòd natura ſui officij poſtulat,& requirit,nec inde recedat,niſi re perfecta,hoc eſt,auditis compotis,& mandata exequutione reliquorũ, Qui Magiſter Iuratus non vltra accipiat pro ſalario ſuo, quàm ſui prædeceſſores ab annis XXV.citra accipere conſueuerunt,& pro anno, pro quo non viſitauerint, non habeat ſalarium ab Vniuerſitate non viſitata (ſaluo iuſto impedimento.) Ciuitates.& Terræ, ſiue loca Demanialia,quæ non habent Patrimonium,exemptæ ſint à iure ſalarij dicti Magiſtri Iurati,ad quas Terras,ſi voluerit accedere ad petitionem Vniuerſitatum,non habentiũ Patrimoniũ,accedat, ſolutis ſibi prius expẽſis inter eos accordandis ¶ Placet Regię Maieſtati.

Vide de iſto capitulo cum multis concordantibus,quæ adduxi ad pragmaticas Regni, tit. 25. de mercatura frumenti, prohibita Iuratis, &c. tom,2,ipſarum pragmaticarum, in quo tracto de hoc officio Magiſtrorum Iuratorum, ſtante quòd hodie tres ſunt in tribus vallibus huius Regni.

Quòd officia ſint annalia, & fiant per ſcrutinium.
Cap. XVII.

ITem,vt Ciuitates repleantur viris probis,& idoneis,& ad virtutes, & mores laudabiles plures alliciantur,atque ad litterarũ ſtudia,petit,& ſupplex orat totius Regni Vniuerſitas Sacram Regiam Maieſtatem,quòd officia in qualibet vniuerſitate,& terra Demaniali,quæ conſueuerunt gratioſè per Regiam Maieſtatem concedi, vt ſunt Capitanei locorum Iudices,Notarij actorum,ſeu magiſtri notarij,& alia officia, quæ per ſcrutinium, vel per Regem ex gratia conceduntur,quòd de cætero concedere placeat, non in perpetuum,ſed alternis annis,hoc eſt ſingulis annis; ita tamen quòd illa,quæ per ſcrutinium conſueuerunt dari,ſi aliter reperitentur conceſſa,reuocentur, præterquam quo ad officiũ Capitaneatus Terræ Caſtri Ioannis, quod fuit alienatum pro luitione, & redemptione dictæ terræ ad Sacrum Regium demanium,& officia vniuerſitatum conceſſa ad vitam, ſi ad ipſam Regiam Maieſtatem fuerint deuoluta,viris virtuoſis concedantur,& idoneis,ob id futurum erit maximum commodum Reipublicæ cuiuſlibet Ciuitatis, & Terræ.quamplures etenim,ſpe ducti præafferta officia promærendi,ſtudijs litterarum operam dabunt, & docti doctiores fient,& Ciuitates,& Terræ dictis viris replebuntur, & velut exemplar quoddam,alter ardore virtutis,alterum ad beneuiuendum trahet ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd officia conſueta concedi per ſuam Serenitatem annis ſingulis, aut per ſcrutinium, non concedantur in perpetuum,ſed alternis annis.

Habes de hoc,& de capit.hic ſubſequenti,& conſimilibus infra in cap. 57. Regis Catholici Ferdinandi,tom.7.vbi de his officijs annalibus, & per ſcrutinium, ſiue nominationem creandis,& in cap.97.infra hoc tomo noſtro,quo vero vt concedantur virtuoſis, & benè meritis habes ſupra in capit.8.in verſic.intelligas ſeptimo cum ſeqq. ibi. & quod Terra Caſtri Ioannis ſit de Regio Demanio vide ſupra in cap.2. Regis Martini,tom.3. & infra eod.hoc tom.6.cap.41.vbi fuit reuocata Capitania Ciuitatis Noti, quæ erat vendita pro vnc. 250. perpetuo.

De adminiſtratoribus officiorum inſtituendis, per maiorem numerum vocum.
Cap. XVIII.

ITem cum per maximè vtile ſit quibuſlibet vniuerſitatibus,quòd adminiſtratores officiorum,quæ per ſcrutinium conceduntur,ſint idonei,& virtuoſi,& per ſæpè fit, vt hi, qui idonei electi ſunt,litteris,& virtute præditi,& maiorem numerum vocum habent, non conſtituuntur,ſed alij minus idonei,quòd placeat Regiæ Maieſtati, vt illi tantum debeant inſtitui, & creari,qui maiori numero voces habent, & quòd electi contra formam præſentis capituli non ſint officiales,ſed ipſo facto priuatæ perſonæ habeantur, & reputentur, & electi, vt ſupra,vacationem habeant duorum annorum,& electis, non ſeruata dicta forma, tamquàm priuatis non pareatur impune ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd ſi electus à maiori numero ſit idoneus,teneatur Vicerex illum inſtituere, etiam ſi alter habens minores voces numero ſit magis idoneus,cum ſatis ſit,illum,qui habet maiorem numerum vocum, eſſe idoneum,licèt alij ſint magis idonei.

Continuatiuum eſt cum præcedenti,ideo ibidem videas de hoc in locis ibidem citatis.

De

De locis, & Terris Demanialibus habitatis non alienandis,
Cap. XIX.

ITem, cum maximum commodũ Regiæ Maieſtati, & vniuerſitatibus demanialibus affuturum ſit, vt terræ demaniales habitare in Regio demanio perſeuerent, Placeat Regiæ Maieſtati concedere, vt de cætero non alienentur terræ, & bona demanialia habitata, quæ ad præſens in demanio reperiuntur, & exiſtunt, aut alienata ſunt cum carta gratiæ, nec impignorentur, nec in gubernationem, aut rectoriam dentur, cum, & hæ ſpecies alienationis ſint. Itaquè nec directè, nec indirectè, ſiue colore aliquo quæſito, alienari debeant, ſed ea in Regio demanio continuo perſeuerent, & quatenus fieret alienatio, ſit ipſo iure nulla, & impunè, & manu armata, poſſit reſiſti ſine pœna, & infamiæ nota ¶ Placet Regiæ Maieſtati, exceptis Sereniſſimis coniuge, & liberis.

S V M M A R I V M.

Demanialia ſunt prohibita vendi, & alienari, num. 1. cum ſeqq. declara, num. 16. 17. 18. 23. 25. 26.

Officia adminiſtrantia iuſtitiam vendi, & alienari non poſſunt, etiam ex vrgentiſſima neceſſitate, ibid.

Demanialia aliud non ſunt, niſi pecunia Regis, vel Principis abſoluti, quam demanium vocant, num. 2.

Fiſcus in quo differat ab Ærario, ibid.

Vaſſalli Regni non poſſunt alienari, non conſentientes, & poſſunt reſiſtere impunè, maximè quando in deteriorem dominium alienantur, num. 3.

Demaniales terræ ſi alienantur, quilibet Regnicola poſſit petere retrotractionem ipſius alienationis, ibid.

Demanialia bona adipiſcuntur per Reges cum ipſo Regno quaſi ſint vnum corpus, perpetuo deſeruientia pro bono publico, quæ nec minui, neque elargiri poſſunt, num. 4. & ſeq.

Regales introitus non debent minui, ſed augeri, num. 5.

Rex debet eſſe ditior pro beneficio populorum, & Regnorum, ibid.

Papa Honorius ideo confecit aliqua capitula Regni pro bono ſtatu, & bono regimine, nu. 6.

Gabbela ſerici, & ſimilium non poteſt alienari tanquam demaniale, num. 7. & ſeq.

Euictio ſi eſt promiſſa, per Regem in venditione rerum demanialium non tenet, ibid. & num. ſeqq.

Fideiuſſoris obligatio pro perſona prohibita vendere vtputa vxoris, filiuſfamilias, vel minoris non tenet, num. 8.

Filiuſfamilias obligatio non tenet, nec eius fideiuſſoris, ibid.

Rex quando ſe obligat in venditione rerum demanialium, eius obligatio non tenet, num. 9. cum ſeqq.

Rex dicitur adminiſtrator Regni ſui, num. 9. 10.

Homo liber eſto vendatur, ſiſto lex reſiſtat contractui valet obligatio, & quomodo, num. 11.

Euictionis promiſſio ſemper valet, etiam à Rege, & quando, num. 12.

Demanialia an poſſint per Regem alienari ex iuſta cauſa, & de plenitudine poteſtatis, & quomodo, num. 13. & ſeqq.

Demanialia alienari non poſſunt ſi reſultat præiudicium Regiæ dignitatis, & grauiter eius corona lederetur, maximè ſi cum vaſſallis, & terris alienantur, num. 14.

Clauſula de plenitudine poteſtatis abſolutæ eſt diſpenſatio ad leges ordinarias, & periculoſa eſt, num. 15.

Rex poteſt concedere vtile dominium, rerum demanialium, retento directo, & concedere in feudum, num. 16.

Demanialia poteſt Rex concedere in feudum, & quomodo, ibid.

Exeadentiæ poſſunt per Regem alienari, nec in eis ſuccedit ſucceſſor in Regno, ſed hæres, num. 17.

Rex poteſt facere donationem puram de demanialibus, vel remuneratoriam, num. 18. cum ſeqq.

Donatio mera pura inter viuos, vel mera cauſa mortis an excludat donationem remuneratoriam, nec poteſt reuocari, nec habet locum in ea pœnitentia, num. 19. & ſeq.

Donatio remuneratoria eſt magis priuilegiata quam mera, & pura, num. 20.

Parlamento generali olim interueniebat notarius electus per illud, pro conficiendis actis, ibid.

Subiugatio poteſt fieri ſuper gabellis, num. 21.

Rex ſi donat res imperij, & demanialia cum læſione enormi, poteſt eius ſucceſſor eas reuocare, num. 22.

Rex poteſt donare demanialia pro ſuo, & Reginæ, num. 24.

Demanialia poſſunt per Regem alienari, quoties alienatio redundaret in publicam Regni vtilitatem, num. 25.

Demanialia poſſunt per Regem alienari cum conſenſu Regni, num. 26.

Emphiteutica res eſto eſſet primo emphiteotæ alienata, poteſt tamen ſecundo alienari ante domini conſenſum præſtitum ipſi primo, num. 27. & ſeq.

Emphiteuticæ res alienatio ſi eſt nulla, pœna commiſſi non habet locum, & alteri poteſt concedi, num. 27. 28.

Alienaſſe non dicitur, qui rem non tradidit, ibid.

Digitized by Google

IN hac materia prohibitionis alienationis bonorum demanialiū multa ſcripſi ſupra in cap.1.Regis Martini,tom.3.&de quibus habes plura capitularia Regni,Regis Alphonſi præſertim à cap.357. ſupra tom.5. vbi etiā enumero aliqua ipſius Regni capitula concordantia, ibique adnotauit Ferdin.Boniorn,quæ hic reportare decreui concludens,prohiberi
1 † venditionē, & alienationem omnium rerum demanialium, & officiorum adminiſtrantium Iuſtitiam,etiam ex vrgentiſſima neceſſitate,vt per Afflict.in conſtit. perſonas, & Guid.Pap. quæſt. 239. Florian.in l.allenationes,ff.famil. hærcſc, idem Affl. in prælud.feudorum,col.7.Alberic.part.1. ſtatu-
2 tor.quæſt.148.& aliud† non ſunt,niſi pecunia Imperatoris,Regis, vel Principis abſoluti,quam demanium vocant etiam alij Doctores,vt poſt Budæum ſuper tit.de offic.quæſtoris, ff.& Aſconium ait Chaſſan. in Cathalogo Gloriæ mundi,part.7. conſider.35.qui dicunt quòd differt fiſcus ab Ærario quippe quia ærarium dixerūt pecuniam publicam,& Imperij, fiſcum vero pecuniā Imperatoris, quā demaniū voca-
3 mus vel melius dicimus† eſſe bona,quę nō aliter per Reges adipiſcuntur, niſi cum ipſo Regno tamquam prædeceſſoribus retenta, & quaſi vnum corpus cum ipſo Regno, coronæ Regiæ perpetuo deſeruientia pro bono publico.& communi, & hinc eſt quòd minui,nec elargiri poſsūt per eos,vt poſt Andr.Neuizan.Brun. Affl. & alios tradit Scipio Theodor. Allegat. x.num.43.cum ſeqq. cum ſuadeat publica
4 vtilitas ne regales † introitus minuantur, ſed potius augeantur, & Rex facilius hoſtes debellare poſſet,ſubditos minus vexare benemerentes, commodius remunerari,& reliqua huius generis peragi, quæ à ditiori Principe perfectius fieri poſſent ad beneficiū totius Regni ex adductis ſupra in cap.xi.num.36. & prout in hoc propoſito fuerunt condita per illum Papam Honor.illa capitula pro bono ſtatu Regni,de quib.ſcripſi in cap.38.Reg.Iacobi, ſub nu. 2,tom.1,cum ibi citatis, quod tantum eſt
5 etſi pro bono † regimine vt poſt Bald.in l.1.§.huius ſtudij,num.6.ff.de iuſtit. & iur. Martin.Laudēſ.in tract.de crim.Læſ.Maieſt.in 12.notab.Capyc. Duaren.Menocc. & alios,& Natt. conſ. 596. num. 6. tradit Ioann.Petrus Surd.conſ.574.num.12.lib.4. in puncto idem Theodor. loco citato ſub nu.67.Maximè quoad terras, & vaſſallos,
6 † qui nec poſſunt alienari,vt in dictis locis ſcripſi præſertim ipſis non conſentientibus,vt per eundem Scipionem Theodor. ſub num.53.& 56.cum ſeqq.& num.60.61. 62.vbi in ipſis conſideratur dupplex intereſſe nempe maioris ſubiectionis,& diſpēdij,& volūtatis,dū Rex eos vult ad ſe auocare,& alium loco ſui cōſtituere maximè in deteriorem,vt poſt Iſern.Camer. Paul. de Caſtr.Salycet.Corrad.Bald.Claud.Sexcell,Iaſon,& alios ait ipſe Theodorus, d. allegat.x.d.num.61.62.& per Piſanell.in Additionib.ad Lyparul.ad Andr. tit. quæ ſint regal.Io:de Piat.Andr.de Barulo Tiraquell. Vinc. de Franch. Crauett. & multos in tantum, vt quilibet Regnicola poſſit petere retractationem alienationis, vt per Affl.in cap.Imperialem,§. an ducatus in 3.notab num 51. & 65. terræque alienatæ poſſint agere,Soccin. conſ.4.col. 4.lib.4.& expreſſe innuitur, imo explicatur per textum hunc,ibi (*ſit ipſo iure nulla, & impunè, & manu armata poſsit reſiſti ſine pœna,&c.*) præſertim ſi dictæ terræ eſſent habitatę,vt hic, ibi (*demanialia habitata*) itē ſi grauiter corona Regis læderetur, vt per eundem Theodor.num.57.58. 59.60.

Inſert ipſe Boniorn.in d.cap.357.ad Re-
7 gem qui vendidit † gabellam ſerici,vt tango infra num. 20. & 21. & promiſit de euictione,quia non tenetur, ex quo capitula Regni tamquam leges reſiſtunt cōtractui, & ſic non oritur actio, neque obligatio naturalis, nec ciuilis,per l.cum lex.ff. de fideiuſſor.vbi Bart.col.2.qui dicit,quòd fi-
8 deiuſſoris obligatio † pro perſona prohibita vendere (prout in fideiuſſore vxoris alienantis fundum dotale,vel in fideiuſſore minoris,ſeu filijfamilias,nō valet,vt recordor ſcripſiſſe in commentar. conſuet. Panhormi cap.31. nu. 29. 30.31.poſt Laurent.de Pino, Alex. Croet. Carauit. Rom. Menoch Vaſquez.Machel, Caualcan. & Sforza Oddo,& per tradita infra in capit. 98.Regis, & Imperat. Caroli V. ampl. 5. tom.8.& per Io:Ant.Boſell.ad Statutæ Parmæ,tit.quòd filiusfam.fol.130.per adductæ in l.marcellus,vbi Bart.& Alex.ff.de fideiuſſor. Pract.Papiēſ.in libell.qui duos reos, &c. Abb.in cap.ex reſcripto,extr.de iureiur.Anchar.conſ.330.Soccin.conſ.22.lib. 4. col.4.Corn.conſ.214.col.3.vol.2.) ratione quia per indirectum mulier,filiusfamilias, minor, &c. priuilegiati cogerentur cōtra eorum priuilegium, & fideiuſſores non poſſent eos aſtringere, quatenus ſoluerēt, vnde argumentatur ipſe *Bonior*. ſic eſſe
9 in iſto caſu quia ſi teneret obligatio † Regis de euictione,per indirectum,vel cōfirmaretur venditio, & res exigeretur pretio,tum quia hæc ſunt contra bonam fidē, l.ſi fortè,C.de Caſtr.pecul.Alex. conſ.109. col.3.vol.4.ratione quia hoc cap.cum ſimilibus ſit factum in commodum Regni, & ne ipſum Regnum grauaretur per obliquum ob dictam promiſſionē de euictione,quia deberet ſolui ex pecunijs Regijs, eſſetque neceſſe imponere gabellas, ſiue collectas,vt per Bart.in d.l.cum lex,col.2.
10 de fideiuſſ.non obſtante quòd Rex † dicatur adminiſtrator eiuſdem Regni vt ait Iſern.in cap.imperialem, num. 48. & 53. Bart.de regim.Ciuit.num 12,& per capit. prędictū Papę Honorij,Scip. Theodor.d. alleg. x.ſub num.44. & promiſerit agere, reuocando contractum ſuum,ex Caſtrēſ. conſ.74.Quia fruſtra,tamen nō negat quin obligatio retorqueret contra ſe, Salycet.

in l.

in l.fin.in fine,C. de legib. & quicquid ſit,
idem Boniorn.vbi ſupra videtur contrariũ
concludere,dicens ſic apparere, & eſſe
11 quandoque,quia eſto vendatur liber † homo,
& lex reſiſtat contractui,ex Bart. in
d.l.cum lex,col.pen. tamen valet obligatio
de euictione, per l. ſi tibi,C. de euict.
vbi Salycet. qui intelligit in emptore
ignorante, per text.in l. ſi fundum
ſciens, ff.eod. neque obſtat,quòd ſit in dicta
malafide,quia ſemper valet promiſſio
12 de ipſa euictione † ex gloſſ. in l. quemadmodum,
C.de agric. & cenſi. Io:Fab.in ſtit.
quib.alien.licèt,vel non,Alex. vbi ſupra,
Abb.in cap.1.§.ſi quis presbyterũ, de reb.
eccleſ.non alien.Auth.quæ res,C de Sacr,
Eccleſ.Bald.& Salycet.in d.l.fin, C. de legib.
vbi,quòd tenet promiſſio,etiam quando
lex reſiſtit,l. 2. C. de litigioſ. & conſequenter,
ſubdit ipſe Boniorn.quòd ſemper
valida eſt obligatio de euictione facta per
Regem, dummodo non redundaret in
conſequentiam contra Regnum,Alexan,
poſt Angel. conſ. 174. vnde valet contractus
in præiudicium fiſci ex Soccin. d.cõſ.
4.col.1.& 2. lib.4.

Inferunt etiam DD.quòd licet aliqui voluerint
poſſe Principem ex iuſta cauſa, &
de plenitudine poteſtatis ſupremæ aliena
13 re ipſa demanialia † vt poſt alios dixit
Ayſi Crauett.cõſ.241.col.17.Claud.de Sexcell.
in ſpeculo feud.tit.qui feud. dar. poſſ.
col.5.& 6. tamen,vt optimè ſcripſit Scipio
Theodor.d.alleg.x.num.55.nulla cauſa
vrgens adeo eſſe poteſt,vt exuperet dãna,
& incõuenientia, quę orirentur ex graui
preiudicio ipſius Regiæ dignitatis,eiuſque
14 Regni diminutione † ex Andr. Yſern.
Innoc.Abb.Bald. Luc. de Penn eod. Sexcell.
& cęteris,& ſic læditur grauiter corona,
numquam alienari poſſunt, vt actum
eſt pręciſe quando alienantur dicti vaſſalli
Regij cum terris,& caſtris, quia pro talibus
alienationibus oportet vti poteſtate
15 abſoluta cuius vſus poteſtatis abſolutę † eſt
diſpenſatio ad leges ordinarias ex D. Tho.
Suarez Arnold.Soto,Turrecremata,ac cæteris
per ipſũ Theodor.vbi ſupra,& ſcripſi
in Conſuet.Panormi poſt cap. 28. ſuper
noua declaratione, num.53. 54. 55. & 56.
fol. 148.& in cap. 64. Regis Ferdinandi in
verſ. quod prius, tom.7. & in cap.30.Regis
Martini,num.18.tom.3.& ob id ſcripſi
in dictis Conſuetudinibus Panormi, loco
citato quod periculoſa eſt ne dixerim
diabolica vt in d. num.54.

16 Declara primo non procedere † quando
Rex concedere vellet vtile dominium
retempto directo & concedere in feudũ,
quia poteſt non obſtantibus his priuilegijs,
& capitulis Regni iuratis, ita hic idem
Ferdinand.Boniorn.poſt Abb. & Aff. in
prælud.feud.quæſt.4. Ferdin. Loazes de
iuſtit.& iure,num.152.&.158.Camet.Bald.
Aluar.Cardinal.& alij, per eunde Scipionem.
Theodor.d.alleg.x. num.66.ſic vidimus
in cap.9.Regis Iacobi,num.64. tom.

& num.52.itaque vult Petr.de Gregor.de
conceſſ.feudi part.1.quæſt.5.num. 3. 5. &
ſeq.vbi ſubdit.quòd poterit etiam in dictis
bonis conſtituere nouam dignitatem, &
facere Marchionatum ex Bald.conſ. 266.
vol.3.

Declara ſecundo,ſecus eſſe quoad exca
17 dentias † quæ videntur poſſe alienari quia
in eis non ſuccedit ſucceſſor in Regno,ſed
hæres,vt per ipſum Boniorn. in d. capit.
357.& Luc.de Penna,in l.1. C.de bon.vacant.
lib.x. vide quæ poſui in cap. Regni
35.Regis Iacobi,num. 79.80. & in cap. 46.
prope finem,d.tom.1.& in cap.67.§.4.Regis
Martini,num.11.cum ſeqq.tom.3.

Declara tertio,aliter eſſe in donatione
18 mera tantum † vt per Boniorn. vbi ſupra
vbi allegat multa Regni Capitularia, &
ita dicit alias fuiſſe factam donationem
per Imperat. Carolum V. Magno Magiſtro
Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ,
& faciunt quæ dixi in d.cap.9.Regis Iacobi,
num.64.d.tom.1.idem Boniorn.ſupr.in
cap.410.eiuſdem Regis Alphonſi, d.tom.5.
vbi etiam remiſſiuè tetigi,dicens, quòd illud
capit. licèt loquatur in donatione me-
19 ra(quæ eſt illa mera † pura inter viuos,ſeu
etiam mera cauſa mortis ex adductis, per
Bald. in addition. ad ſpeculat. de inſtr,
edit.§.ſi quis dona,gloſſ.& Bart.in l. legatum,
ff.de legat.2.& per Io: Bertacch. in
ſuo repertor.verbo donatio,part.2.fol. 113
col.2. vbi facit illam triplicem diſtinctionem)
quæ regulariter videtur excludere
donationem remuneratoriam per l. ſed ſi
lege,§.conſuluit,ff.de petit.hæredit.& per
Bart.in 1.conſtit.digeſtorum, & in l.Aquilius,
ff.de donat.Alex.omninò in l.iuriſgẽtium,
§.quinimmo,ff.de pact. & per tradita
ab eod.Bart.& Bald.in l.cum ancillam,
C.de condit.ob cauſ. 3. ff. eod.l. 2. & ibi
idem Bald.C. eod. tit. quaſi quod hæc donatio
pura,& mera nõ poſſit reuocari,nec
in ea habeat locum penitentia ſecundum
opinionẽ DD.in l.Ariſto,ff.de donat. vbi
Bart.& alij poſt gloſſ. in l.fin.ff. de condit.
ob cauſ.Alex.in l.qui Romæ,§.flauius,ff.de
verb.oblig.)tamen ſubdit idem Boniorn.in
d.cap.410.Regis Alph. quòd hoc eſſet im-
20 pium,cum illa ſit magis priuilegiata † quã
pura,& mera,ex DD.in l.Aquilius, Iaſon
in l.ex hoc iure,ff de iuſtit.& iur.& refert
Boniorn.ibidem,quòd in anno 1477.16.Ianuarij,
xi. Indic. Vniuerſitas huius Regni,
in actis Parlamenti generalis, per Notarium
Vitum de Panicolis tamquam notarium
electum per ipſum Regnum hodie
adeſt Sp.Prothonotarius,vt vidimus ſupra
in cap.xj.num.61.declarauit poſſe donari
in remunerationem ſeruitiorum ſiculis.
exceptis terris habitatis vt hic,gabellis, vt
factum eſt ſupra,num.7.quæ non poſſunt
diſmembrari,ſed ſuper eis ſubiugari, &
ſentitur hic ibi (alienata ſunt cum carta
21 gratiæ) † & fieri gratias, & per ea, quæ
poſui in d.cap.1.Regis Martini, num. 47.
d.tom. 3. & de hac donatione remunera-
toria

Digitized by Google

toria ego intelligo, quia aliàs donare eſt perdere, ex traditis in deciſ. M.R.C. 57. nu. 37. & iſtud eſt, quod dicunt DD. quòd immo ſi talis donatio, per Principem ſic fa-
22 cta de rebus Imperij † eſſet cum læſione enormi, tunc poteſt ſaltim per ſucceſſorē reuocari, non aliter ex Io. Papia in ſumma, tit. de except. contra inſtr. verſic. alijs rationibus, & cauſis, Specul. de inſtr. edit. §. 1. verſ. quid ſi Imperator, cū verſic. præcedenti, Io. Bertac. in ſuo repertor. verbo, donatio, part. 2 fol. 116. col. 2.

Declara quarto, & conſequenter maximè quando talis donatio eſſet facta Reginæ, quia valet alienatio demanialium
23 † v.g. pro contrahendo matrimonium, & ſimiliter, Bongiorn. vbi ſupra, Alberic. de Roſat. in 1 part. ſtatut. & conſil. 148. Iaſon in l. filiusfamilias, §. diui in 1. lectura, num. 60. & in 2. lectura, num 9. ff. de legat. 1. & per capit. hoc ibi (*exceptis ſi remiſsimus coniuge, & liberis*) Affl. in conſtit. Regni, dignum. & ſi etiam ſi eſſet facta filijs, quia valet vt ſcripſi in d. cap. Regni, 1. Reg. Martini num 13. & num. 17. argum. l. cum multa, C. de bon. quæ liber. Andr. in cap. 1. qui
24 feud. dar. poſ. vbi quòd † licet textus loquatur de Imperatore, habet etiam locū in Rege donante filiofamilias, Bald. in l. penult. C. de donat. int. vir. & vxor. Maſtrill. in tract. de Magiſtratib. cap. 4. num. 20. & 21. lib. 1.

Declara quinto ſecus eſſe quando alienatio demanialium redundaret in publi-
25 cam Regni vtilitatem † Noſtrates hic per l. iubemus nulli, C. de ſacroſ. eccleſ. Roman. in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. & ideo fauore pacis dicunt DD. quod poteſt Rex donare terras ſuas vaſſallis, vt poſt incertum Authorem poſt regulas Soccini, regul. 6. tetigit Cardin. Tuſch. in pract. cōcluſ. iuris verbo, pax, concluſ. 173. num. 32. tom. 6.

Declara ſexto, aliter eſſe quando alie-
26 natio fieret cum conſenſu Regni † vt per Corn. conſ. 2. lib. 4. Noſtrates in d. capit. 357. qui dicunt intantum, vt ſi v.g. vni primo eſſet facta alienatio demanij prohibiti, & poſtea alteri cum dicto conſenſu Regni, præfertur ſecundus, ſtante quòd prima alienatio fuit nulla & cōſequenter potuit ſecundo vendi, ex traditis ſupra in cap. 28. Regis Federici quod eſt cap. volentes, num. 290. cum ſeqq. tom. 2. arg. l. quoties, C. de rei vendic. & ex traditis per Ant. Sola ſuper Conſtit. Pedamont. in tit. de iure emph. fol. 31 nu. 8. Guid. Pap. quæſt. 59. vbi dicunt quòd ita ſimiliter eſt in alie-
27 natione rei emphiteoticæ † quæ non obſtante quòd primo eſſet alienata, poteſt tamen ſecundo concedi ante domini conſenſum præſtitum primo emphiteutæ, & ita recordor poſuiſſe infra in cap. Regni 116. Regis, & Imper. Caroli V. limit. 22. tom. 8. vbi quòd quando alienatio rei emphiteuticæ eſt nulla, quamuis pæna commiſſum
28 non habeat locum † ex Bald. in l. 2. num. 3. C. de Epiſc. audient. Iaſon. in l. fin. nu. 139. & ſeq. C. de iur. emphit. & in l. 1. §. hæc autem num. xj. ff. quod quiſque iur. Curt. Sen. conſ. 8. col. 2. Fælin. in cap. tua nos, num 6. de iureiur. & in cap. ex tenore, num. 6. de reſcript. Burgoz de Paz, conſ 44. num. 4. Aluar. & Cardin. Alexandr. in cap. 1. tit. quòd iuris ſi vaſſallus, in vſib. feudor. Matthienz. in l. 6. tit. 1. lib. 5. recopilat. gloſſ. 1. num. 1. Iul. Clar. in § feudum, quæſt. 31. nu. 2. Cremenſ ſing. 172 Aret. in l. continuus, §. cum quis, col. 3. ff. de verbor. oblig. Burſat. conſ. 62. num. 7. lib 1. Bellagamm. inter cōmunes Doctorum opiniones, lib 4. tit. 44. num. 240. & ſeq. C. de iur. emph. Metia ad l. Toleti, (*de los terminos*) fundament. 5. n. 8. Tiraq. de legib. connubialib. tit. 15. §. 1. gloſſ 6. quæſt. 24 num. 205. Bertacchin. de gabellis, 3. part. 8. partis principalis, quæſt. 32. Guid. Pap. quæſt. 590. Coloſſ. Pariſienſ. in Conſuet. tit. 1. § 22. num. 32 Cæpoll. Marſil. & ſimiles, de quib. per Valenzuel. Velaſquez, conſ. 32. num. 45. vbi in d. conſil. à num. 22 cum plurib. ſeqq. facit plures illationes, de quibus ſuis locis diſpoſui. poteſt cum toto hoc emphiteutica res ipſa alienata concedi alteri, & emphiteuta primus recedere à contractu nullo, & tradi alteri poſſeſſio. ex Iaſon. in d. l. fin. num. 132. C. de iure emph. Alciat. reſp. 236 num 5. quia non videtur alienaſſe, qui rem non tradidit, l. alienatum, ff de verb. ſignif. Ioann. Coraſius, in l. cum dubitabatur, num. 8. C. de iure emph. idem Valenzuel d. conſ 32. nu. 114 cum plurib. ſeqq. Speculat. tit. de locat. §. nunc aliqua, verſic. 195. Imola in cap. potuit, num. 49. in fine, de locat. Curt. Tiraqu. Marſil. Iul. Clar. de quibus per ipſum Valenzuel. (arg. eorum quæ ſcripſi infra in cap. x. Regis Philippi II. ſub verſic. quarto operatur, tom. 9.

Quòd Procuratores Fiſcales, ſeu Aduocati, ſoluant expenſas de proprio, in caſu, quo ſuccubuerint. Cap. XX.

ITem cum perſæpè fit, quòd Regni Ciues, incolæ, & habitatores vexationes indebitas patiuntur, per Procuratores Fiſcales, tam in Ciuitatibus, & Terris demanialibus coram ordinarijs locorum, quàm etiam in Magna Regia Curia, ſupplex orat totum Regnum Regiam Maieſtatem, quòd placeat concedere, quod Procuratores Fiſcales, ſiue Aduocati, de proprio marſupio ſoluant expenſas in cauſis ciuilibus, ſiue criminalibus; in quibus ſuccubuerint, ita, & prout ſolueret priuatus, non obſtante quòd dictus Aduocatus,

ſeu

ſeu procurator Fiſcalis ſe conſultaret cum Magna Regia Curia, ſeu Regio Conſilio
¶ Non procedit.

S V M M A R I V M.

Fiſcales ſuccumbentes in litibus non tenentur ad expenſas, num. 1. cum ſeqq. niſi ex calumnia inquirerent, nu. 3. & grauiter puniendi ſunt, num. 5. & ſeqq.

Expenſas ſoluere non tenentur procuratores, & Aduocati Fiſcales, quoties ſuccumbunt, vel obtinent in litibus, num. 2. fallit quando per calumniam inquirunt, nu. 3.

Delicta commiſſa per familiares Principis præ cæteris grauius punienda ſunt, nu. 4.

Procuratores fiſcales cum primum aduertunt non fauere ius, debent deſiſtere, & non temere inſiſtere contra inquiſitum, aliàs ad expenſas tenentur, & arbitrariè puniri poſſent, num. 5.

Fiſcus quando ſe dirigit contra inquiſitum proceſſiuè quæ ſeruare debeat, & quid ſi palatinè, num. 6.

VEré ridiculoſum eſt dicere, vt procu-
1 ratores, & Aduocati fiſcales † condē-
nentur in expenſis, quando ſuccubuerint,
& propterea optimè ſequuta fuit decre-
tatio per Regem ad ſupplicationem hanc
per Regnum factam, (*non procedit*) & ita
ait Baiard. ad Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.
62. num. 17. Laurent. Tennin. cautel. 5. nu.
17. Peregrin. de iure fiſc. lib. 7. tit. 4. num.
14. Andr. Gayll lib. 1. obſeruat. 90. per tot.
Cardinal. Alexandrin. de quo per Clar. in
pract. quæſt. 62. ſub verſic. ſed numquid in
iſtis, qui dicunt raró vidiſſe condemnari
ad expenſas Procuratores, & Aduocatos
2 fiſcales † & numquam meminiſſe talem
condemnationem exigi, de quibus poſt Fa
rinat. tit. de accuſat. quæſt. 16. ſub num. 22.
ſcripſi in pragmaticis tit. 82. num. 14. 15.
16. & 17. de pæn. temer. litig. tom. 1. ipſarū
pragmaticarum, vbi ab æqualitate ſeruan-
da dixi, quòd eodē modo, quo fiſcus quan-
do obtinet nullas expenſas repetit, ita nec
quando ſuccumbunt, & dicam cum Seba-
ſtiano Guazzino in tractu de confiſc. bo-
norum, concluſ. 16. num. 33. cum ſeqq. quòd
nec vidimus, nec audiuimus, neque practi-
cauimus vt fiſcus condemnetur ad expen-
ſas ſuccumbendo, & hoc ex priuilegio, &
ex ſui cōditione, poſt Ant. Columb. in tract.
de ordine proced. in cauſa criminali, art.
138. Boer. Bald. & Peregr. per eum citati,
vbi teſtatur ita obſeruari in Camera Pata-
uina, & in Ciuitate Venetiarum, & Me-
diolani Romæ, & alibi.

Non ita tamen tam impertinens videa
tur nobis hæc Regni petitio, dum petijt, vt
fiſcales ſuccumbendo in cauſis, tenerentur
ad expenſas, quia multi Doctores de hoc
3 mundo ſic intellexerunt quoties † per ca-
lumniam inquirunt vt voluit Aym. Cra-
uett. conſ. 158. num. 7. cum ſeqq. Bauer. ſin-
gul. 23. incip. Procuratores fiſcales, Bertaz-
zol. conſil. 361. num. 2. & conſ 390. num. 11.
lib. 2. Bart. Io: Fab Barbat. Bald. & alij, de
quib. poſt Salycet. in l. vniuerſi, C. vbi cauſ.
fiſcal. qui dixit, ex Conſtitutione Impera-
toris concremari debere, quaſi quòd deli-
cta à familiaribus Principis commiſſa
4 † vt ſunt hi Procuratores fiſcales, de qui-
bus per Farinat. vbi ſupra, num. 21. cum in
eiuſdem Principis ignominiam redeant,
præ cæteris grauius punienda ſunt, cum
ſimilibus per Grammat. deciſ. 60. num. 21.
Franc. Perſonal. in tract. de indic. & tor-
tur. nu. 107. cum concordant. per Ioſeph
Ludouic. Lucenſ. 1. num. 34. cum ſeqq. &
per ipſum Farinat. In hoc propoſito, num.
20. & 21. recenſetur quędam Bulla Pij Pōt.
Max. IIII. & ita fuiſſe diffinitum in Conci-
lio Toletano ann. 1561. act. 2. cap. 12. & ibi
Ignat. Lopez in Addition. ad Diaz in
pract. crimin. canon. 65. littera B, quòd pro
5 curator fiſcalis † debet, cum primum ad-
uertit non fauere ius, deſiſtere, aliàs ſi te-
mere contra accuſatum inſiſtit, non ſo-
lum ad expenſas, ſed pæna arbitraria te-
netur, & propterea aliqui, carcerati ſunt,
decapitati ſunt, trucidati ſunt, vt ibi per
eum, num. 23. & in d. pragmat. poſui loco
citato, & ita per Parlamentum, Pariſienſe
teſtatur ſic fuiſſe obſeruatum Pap. lib. 24.
tit. 1. areſt. 4. Iul. Clar. de quib per Guazzin.
vbi ſupra num. 35. impertinens ſolummo-
do mihi videtur in illis verbis, hic poſitis,
hic, ibi (*non obſtante quòd dictus Aduocatus, ſeu procurator fiſcalis ſe conſultaueri cum Magna Regia Curia, ſeu Regio Conſilio*) & propte-
rea idem hic Inclitus Rex Ioannes, per
cap. 34. infra eod. vbi tetigi in primo nota-
bili ſtatuit vt fiſcus quando ſe dirigit ab ini
6 tio in cauſis criminalibus proceſſiuè † de-
beat ſeruare illam formā, de qua ibidem,
aliàs teneatur reo reficere expenſas, de
proprio, ſicuti eſſet accuſatus ab alio pri-
uato nec hodie procedit ſtantib. quaſi om-
nibus cauſis palatinis.

De cauſis fiſcalibus expediendis infra ſemeſtre tempus, *Cap.* *X X I.*

ITem, cum nonnunquam, & quidem ſæpiſſimè accidere ſolet, quòd plurimis incommodis afficiuntur ciues, & habitatores, quòd opera, & induſtria aliquorum procuratorum fiſcalium differuntur cauſæ tam ciuiles, & fiſcales, quàm criminales, ob

Digitized by Google

cis nonnullis non iniuſtas fouentes cauſas, tedio affecti, & male expenſarum perterriti, vt culpabiles componuntur. Supplicat totius Regni vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd placeat inſtituere, vt omnes cauſæ fiſcales, vbi fiſcus principaliter agit, ſiue accuſat, vel vbi ſubintrauerit loco partis deſiſtentis, quòd à die, quo cum fiſco agi cœperit, intra tres menſes expediri debeant, quibus menſibus elapſis ipſum crimē, & iudicium protinus extinguatur, nec denuo reus, & conuentus inquietari poſſit per procuratorem fiſcalem, niſi pars, contra quam fiſcus agit, velit ſe defendere ¶ Placet Regię Maieſtati, quod infra ſex menſes à die quo per fiſcum agi cœperit causæ prædictæ expediantur, & ſi, non, quòd inſtantia fiſci ſit extincta, nec denuo iudicium poſſit inchoari niſi ſuperueniant probationes de nouo, niſi culpa delati cauſa dilataretur, & protelaretur exceptis tamen cauſis patrimonialibus, in quibus, prout hactenus eſt ſeruari conſuetum, fiat.

Dixi ſupra in cap. 27. Regis Iacobi, tom. 1. vbi ſecundum Boniorn. hoc capitulum erat derogatorium, & limitatorium illius, de vtroque tamen videas infra in cap. 198. Regis Caroli, tom. 8. vbi generaliter agitur inſtantias eſſe biennales in ciuilibus, & in criminalibus annales, in feudalib. vero triennales in cauſis oppoſitorijs per ſex menſes, in quouis magiſtratu, & iudicio, & Curia ¶ Quo vero ad cauſas fiſcales vide quæ ſcripſi ſupra in cap. 6. Regis Alphonſi, & ibidem adnotaui in moderniſſimis adnotationibus, tom. 4. & infra hoc tomo, cap. 69.

Quòd domiciliati non poſſint declinare forum domicilij, & allegare forum originis. Cap. XXII.

ITem, cum nonnulli domiciliati, & habitantes cum vxoribus, & familia in quibuſdam terris Regni, in quibus gaudent omnibus immunitatibus prædictarum terrarum, & etiam ad officia admittuntur perſæpè, dum de contractibus ibi factis, vel alibi, ibidem conueniuntur, declinant forum dictæ terræ, vbi habitant, & volunt ſe tueri priuilegio Ciuitatis, vnde originem habent, ratione originis, vel alterius cauſæ, Supplicat totius Regni vniuerſitas, quòd huiuſmodi habitantes non poſſint declinare forum, vbi domicilium habent, ſed coram dictis officialibus conueniri debeant, etiam locum habeat præſens Capitulum in omnibus alijs obligationibus, vel quaſi, & delictis, vel quaſi ¶ Placet Domino Regi.

S V M M A R I V M.

Domicilij habitatio declinari non poteſt etiam ad locum originis, num. 1. cum ſeqq.
Ciuis quiſque præſumitur eo loci, in quo inhabitat, & reperitur, ibid.
Forenſis non dicitur, qui in loco inhabitat, nu. 2.
Demanialium magis attenditur, quàm locus originis, ad hoc, vt ſubditus efficiatur, ibid.
Domicilium contrahens in vno loco, videtur domino locorum ſe ſubiecisse, ibid.
Domicillum poteſt quis in duobus locis æqualiter habere, num. 3.
Forus domicilij eſt attendendus vt quis conueniatur, num. 4.
Forum rei debet ſequi actor, ibid. & num. ſeqq. fallit, num. 7. 8. 9. 10. 11.
Foro rei actor debet comparere, aliter diceretur contemnere Regiam iuriſdicionem, & poſſet puniri, num. 5. & quid ſi reus haberet plures foros, num. 6.
Milles habendo plures iudices eſt in electione ipſius dicere coram quo velit conueniri, ibid.
Panormitani Ciues, Meſſanenſes, Neapolitani, Salernitani, Auerſani non tenentur comparere coram alio Iudice, niſi coram Iudicibus eorum Ciuitatum, num. 7.
Officiales tribunalis Regij Patrimonij ſiue agant ſiue conueniantur non habent alium Iudicem niſi ipſum Regium Patrimonium, & quomodo, num. 11.
Fiſcus Regij Patrimonij non niſi coram tribunali ſuo conueniendus eſt, & agit, ibid.
Teſtatoris domicilium inſpiciendum eſt ſi locus loci in teſtamento non aſcribatur, num. 12. & ſeq.
Teſtator ſi dixerit, relinquo centum Eccleſiæ, nec de qua declaret, intelligitur de ea, vbi eſt Parrocchianus, & in qua habet domicilium, num. 13.
Teſtator ſi inſtituit pauperes Chriſti, intelligitur de his, qui ſunt eiuſdem domicilij, nu. 14.
Mariti forus habitationis conſiderabitur, quoties agitur de lucro dotis, num. 15.
Pluralitas ciuium, non præſumitur, nec perſonarum, nominum, nec cognominum, num. 16.
Habitationes plures non præſumuntur, ibid.
Domiciliarius eo loci dicitur, de quo nominatur, v.g. talis panormitanus, Meſſanenſis, Catanē-ſis, &c. num. 17. cum ſeqq.
Habitatio demonſtrata dicitur, quando ex ea quis

quis vocatur, v.g. talis Piſanus, Florentinus, &c. num. 18.

Probatio nulla melior eſt quàm animi, & oris confeſſio, num 19.

Notarij verba appoſita in inſtrumentis cenſentur de partium voluntate ſcripta, num. 20.

Vidua, pupillus, & aliæ miſerabiles perſonæ cõuenta, & reperta coram Magna Curia, poteſt declinare forum, ipſius M.R.C. & eligere forum officialium, ſui domicilij.

Domicilij ad forum poteſt recurri, & declinari forus Magnæ Regiæ Curiæ, ibid.

Alimenta relicta præſtanda ſunt in loco, vbi alimentandus degit, num. 22.

Domicilium ibi conſtitutum dicitur quando animo manendi ſteiiſſet, num 23. cum ſeqq.

Animus reuertendi an & quibus caſibus præſumatur, ibid. num. 80.

Habitare cum intelligimus, in loco quando cum tota familia diu reſideret, habendo larem, totam familiam, & maiorem partem fortunarũ, num. 24.

Statuta non ligant eum, qui, propria Ciuitate relicta, alibi diu habitauit, num 25.

Ciuis dicitur ille, qui habet domicilium in Ciuitate, num. 26 cum ſeqq & num. 36.

Ciuis appellatione intelligitur ille originarius, in qua domicilium contraxit, ibid.

Domicilium habens in loco an & quomodo poſſit concurrere ad officia, ſicut verus ciuis originarius, num. 27. cum ſeqq.

Ciuis originarius habet quid præcipui, quod nõ habent alij ciues ficte creati, num. 28. cum ſeqq.

Ciues per priuilegium ſunt propriè, & verè ciues, ibid.

Ciuis ſignificatio, in genere, & largo ſumpto vocabulo includit de ſui natura eos ciues, qui ex priuilegio, ex reſcripto, aut incolatu facti ſunt, num. 29. cum ſeqq.

Ciuium appellatione veniunt etiam Incolæ, & gaudent priuilegijs ſtatutorum, num. 30.

Ciues aſſumpti per priuilegium ſunt vere ciues, maxime ſi per omnia fecit æquales, num. 31. & debent ſubire onera ciuitatis, prout originarij, prout collectas, gabellas, pedagia, cuſtodias, caualcatas, hoſpitationes, &c. num. ſeq.

Ciuilitatem acceptans obligatur omnibus oneribus, quæ imponi ſolent ciuibus, num. 32. maxime ſtantibus ſtatutis, vt ad talia onera teneantur, num. 33. & ſeq.

Ciuis, qui non ſubſtinet onera, non dicitur propriè ciuis, num. 34. vel ſaltim non gaudet priuilegio ciuium ſed habetur proferentis, num. 35.

Forenſis non aſtringi poteſt ad onera Ciuium, ibid.

Ciuium ſermo ſimpliciter probatus non ſe extendit ad ciues ex priuilegio factos, ſed ad originarios tantum, num. 36. maxime ſi ſpecifice, & ſtrictè, & non genericè, & largè loqueremur, num. 37. & ſeq.

Ciuium appellatione intelliguntur ciues de præſenti, non de futuro creati, ibid.

Ciuibus Parmenſibus priuilegium conceſſum à Ciuitate Regienſi, non prodeſt Comiti Sanctæ Floriæ, qui poſtea fuit aſſumptus ad ciuilitatem ex priuilegio, num. 38.

Ciues Patauini habiti ſunt pro ciuibus ex ſtatuto Veneto, non autem alij poſtea facti ciues, ibid.

Ciuis eſt nomen generis continens ſub ſe plures ſpecies, num. 39. ſtricte accipitur ad eos, qui ſunt origine, & natura tales, num. 40. & ſecundum naturalem ſenſum, num. ſeq.

Verba accipienda ſunt naturaliter, non autem ciuiliter, num. 41. cum ſeqq.

Ciuilitas naturalis attenditur in ante, accidentalis in poſtea occurrentibus, num. 42.

Filij appellatione in dubio refertur ad eum, qui naturaliter eſt filius, non qui eſt adoptiuus, num 43.

Sententia ſtrictè eſt accipienda, num. 44. & ſeq.

Contractus ſtrictè intelligi debet, ibid.

Voluntates vltimæ ſtrictiſſimæ accipiendæ ſunt, num. 45.

Ciuium appellatione non extenditur ad habitantes, ibid.

Ciuibus Panormitanis priuilegium conceſſum circa immunitates an extendatur ad Doctores ciues factos, per priuilegium ciuatinantiæ, num. 46.

Immunitatis, in materia ſit ſtricta interpetratio, & quare, ibid. & num ſeq.

Immunitatis conceſſio ſui natura eſt reſtringibilis, num. 47 & ſeq & verificatur in prima voce, num. 59. quandoque extendibilis eſt, nu. 53. cum ſeqq.

Immunitas conceſſa Eccleſiæ, & ſuis cappellis, non includit futuras cappellas, num. 48.

Immunitas ſi conceſſa eſt caſtro, & eius villis non gaudebunt villæ poſtea aggregatæ, ibid. fallit, num. 56.

Gabellæ immunitas ſi alicui eſt conceſſa, an ad ſolutionem gabellæ, quæ ex contractu venditionis impoſita eſt, tenentur, num. 51. & ſeq.

Gabellis immunes, an ſint, de rebus, quas emũt, & vendunt, num. 52.

Immunitas conceſſa propter amorem, & honorẽ paternum tranſit ad filios, & hæredes, nu. 54.

Immunitas conceſſa per contractum eſt tranſitoria ad hæredes, & extendibilis, num. 55.

Immunitas conceſſa Caſtris per Principem extenditur ad commu ia, num. 56.

Ciuis, verbum, non eſt collectiuum, num 57.

Domicilium, & habitatio conſtitutum videtur in eo loco, ad quem ducitur vxor, num. 58.

Vxor facit virum ſuum de terra vnde eſt ipſa ibid.

Habitantibus in certo loco ſi eſt datum priuilegium, valet dum durat habitatio, num. 59.

Siculianæ priuilegio ita gaudent habitatores, donec, cum domo, & familia ibidem habitent, ibid.

Incolatum quando quis contraxit in loco, arbitrio iudicis, eſt, num. 60.

Statutum loquendo cum copula, &, dicẽdo, ciues, & habitatores, requirit concurſum vtriuſque, num. 61. cum ſeqq.

Ciuis, ex priuilegio ſi alio ſe transferat, deſinit eſſe ciuis, quoties ſtatutum dicit, ciuis, & habitator, &c. ſed oportet, quòd habitet, ibid.

Filius ratione ſuæ, vel paternæ originis, nihil ſubſtinet oneris, vel honoris in patria, ſi alibi ha-

Digitized by Google

beat domicilium, num. 62.

Habitatio requiritur in loco, ut ibi agnoſcantur, mutuo ex a, num. 63.

Ciuilitatis priuilegio aſſumptus, ſemper intelligitur, cum hoc onere, ut ibi habitet, non alibi, ibid.

Statutum dictans, ut nullus vadat ad habitandũ extra diſtrictũ ſub pœna, valet, nu. 64. & ſeq.

Habitatoribus, ſiue ciuibus poteſt prohiberi ſub pœna, ne alio pergant ad habitandũ, ibid.

Milites non poſſunt abſque licentia Principis, nec Capitanei diſcedere, & alio pergere, ſed ſtatim reperti vendicantur, num. 65.

Milites debent eſſe obedientes Capitaneis ſub pœna peccati, & ſi à vexillo abſque cauſa ſe abſcondant, tenentur ad omnia damna, & ſunt aſtricti pugnare, & perdere vitam, & merentur ac ſi ieiunarent, & portarent cilicia, ibid.

Habitatio ciuium in loco multa commoda apportantur Ciuitati, quæ fortior redditur, augentur gabellarum reditus, & ſimilia, num. 66.

Vxor dicitur caput familiæ, non ob id tamen trahit ad ſe originem viri, ſed econtra, & efficitur ciuis Ciuitatis mariti, num. 67. corruſcat radus, & eius dignitate, num. 68. eſt de eius foro, num. 69. eſt domeſtica, & familiaris, num. 70. & num. 73. cum ſeqq.

Mariti origo dat nouam originem vxori, non è contra, ibid.

Milites ſi obtinent à principe, vt portent familiã ſecum, portare poſſunt vxores, nu. 70. & ſeq.

Officiales euntes alibi pro negotiis an poſſint ſecum portare vxores, num. 71.

Vxor retinet originale domicilium quoad bona, & alia, mutat tantum ea, quæ illam abſtrahere poſſunt ab obſequiis, & ſeruitiis mariti, n. 72.

Vxori competit priuilegium mariti ſui, eſto eſſet perſonale, num. 73. eſto non eſſet adhuc traducta ad domum, ſed ſtatim nupta omnia acquirit, num. 74.

Sponſa adhuc non cognita an gaudeat priuilegiis ſui ſponſi, ibid.

Vxor an viuere debeat ſecundum leges mariti, ibid.

Ciues, & Incolæ faciunt vniuerſitatem, nu. 75.

Fiſcus non poteſt agere principaliter contra ciues, & habitatores Panormi, & priuilegio, ibid.

Ciuis dicitur eſſe ille officialis, qui moratur in loco vbi eſt, ibi habitando, & incolatum faciendo, num. 76.

Domicilium ipſius originis ſemper retinetur, eſto per mille annos alibi habitatum ſit, ſi non conſtat de animo, num. 76.

Domicilium originis non poteſt renunciari, nec mutari, quia quaſi naturale, & contrahitur natura, num. 78.

Ciuilitas originis non poteſt mutari, nec renunciari, ibid.

Vxor alibi nupta non deſinit eſſe ciuis loci originarii, num. 79.

Ciue ex originario natus extra dominium gerente magiſtratum ad tempus cum dignitate, & adminiſtratione, ſingitur natus in dominio, num. 80. & ſeq.

Officialis ad tempus alibi gerens adminiſtrationem præſumitur habere animum reuertendi ad proprios lares, ibidem.

Animus reuertendi ad proprios lares præſumitur in officiale gerente officium extra ſuũ domicilium, ibid.

Ciuis ſtans per ſex menſes extra vrbem licet dicatur amiſiſſe ciuilitatem, fallit tamen quando tanquam magiſtratus alibi commoraretur, num. 81.

Ciuis omnis efficitur eo loci, propter propriam originem, num. 82.

Partus natus per tranſitum in aliquo loco, iudicatur ciuis illius loci, in quo natus eſt, num. 83. alii contra, num. 86. 87.

Pregnans mulier ſi partu rupit per tranſitum in aliquo loco, eius partus erit ciuis loci prædicti, ibid.

Filius efficitur ciuis originis paternæ quam habet ex perſona patris, quamdocunque mutaſſit extra locum ipſius originis paternæ, num. 84. cum ſeqq.

Filiusfamilias poteſt habere domicilium nedum vbi pater habet, ſed vbicunque ipſe filius conſtituerit, num. 85.

Filius natus extra Regnum an cenſentur regnicola, ibid.

Ciuilitas patris originaria non prodeſt filio in conſiderandis officiis, num. 86.

Fugitiuus qui eſt in præiudicium alterius non cenſetur abeſſe à loco, à quo aufugerat, nu. 87.

Ciuilitates plures habens, & domicilia plura, ſiue habitationes, eligendo vnam tacite renũtiare videtur aliam, num. 88.

Ciuilitatem habens ex priuilegio & præſtans iuramentum pro caſu contrauenit, licet periurium incurrat non tamen perdit iura ciuium, nec deſinit eſſe ciuis, num. 89.

Forus domicilii vel originis non poteſt allegari circa remiſſionem ſtante curſu decennii, nu. 90.

Ciues ex priuilegio facti debent habitaſſe prius ſaltim per quinquennium continuum, non interpellatum, & ita expediuntur priuilegia, num. 91.

Concernatio non datur in ciuibus per priuilegium creatis, circa habitationem quinquennii, ibid.

Clericus, eſto quod habeat domicilium in vno loco, & res ſita eſt in alio, tamen conuenietur, non vbi habet domicilium, ſed vbi res ſita eſt, num. 92.

Domicilii exceptio, ſiue reuocandi domum, an & quando competat ei, qui venerit ad Magnam Regiam Curiam ex cauſa voluntaria, num. 93. & quid ex cauſis neceſſariis, & quibus, 94.

Teſtis, qui venit coactè cauſa ferendi teſtimonium coram Magna Regia Curia, an poſſit coram ea citari, & an habet exceptionem reuocandi domicilii, ibid.

Citatus præſumitur qui eſt præſens in iudicio quando in eo ſiunt aliqui actus, num. 95. & quando, num. 96.

Notorium faciunt acta, quæ ſunt facta in iudicio, ibid.

Termini omnes debent notificari parti, quid ſi dantur in iudicio, num. 97.

Bannitus ſi quis eſſet per Inſidiarios, debet bannum

num legi in curiis per Iudicem ſedentem pro tribunali eſſe ad, ſi ibi pauci hominis, nu. 98.

Domicilium ſuum qui habet ius reuocandi, ſtatim illud allegare debet, ne conſentiat, num. 99.

Domicilij reuocatio, ſiue remiſsio quoties petitur, poteſt iudex, à quo petitur talis remiſsio, dare terminum, vt infra tot dies comparat coram ſuo iudice, num. 100. cum ſeqq.

Fori remiſsio ſiue domicilij fit cum eiſdem actis num. 101.

Appellanti poteſt iudex, à quo dare terminum, vt præſentet ſe coram appellante, num. 102. cum ſeq.

Appellanti poteſt ſtatui terminus ad introducendum minor de iure ſi adſit ſtatutum ſic, num. 103.

Panormitana conſuetudo in tit. 16. circa introducendum ſcripturas eſt ſimilis Mantuano ſtatuto, ibid.

Mag. a Regia Curia non eſt iudex prorſus incompetens, num. 104.

Fori remiſsio debet peti, & proponi exceptio, nu. 105. cum ſeq.

Forum ſuum ſi quis non declinat, dicitur prorogare iuriſdictionem alterius, ibid.

Fori declinatoria debet poni ante omnes dilatorias, num. 106.

Domicilij ſui exceptione, & reuocatione ſi quis vti non vult, ab eo receſsiſſe videtur, nu. 107.

Priuilegium, & eo non vtens, receſsiſſe ab eo videtur, ſaltem quoad illum actum, ibid.

Iuriſdictio non poteſt per ſubditos prorogari contra eorum Principes dominos ſuos, num. 108. & ſeq.

Barones ſi habent primas, & ſecundas cauſas nō poſſunt vaſſalli eorum prorogare aliorum iuriſdictionem, num. 109.

Fori priuilegia ſi quis duo habeat, attenditur illud, quod eſt maius, num. 110.

HOc capit. de verbo ad verbum, eſt inſertum in pragmaticis Regni huius Siciliæ tit. x. de for. compet. pragmat. 3. vbi huc me remiſi, tom. 1. pragmaticarum, & de quo ſcripſi ſupra in cap. 72. Regis Alphonſi, verſic. ſed videmus, tom. 4. fortis eſt
1 igitur domicilij habitatio † quæ, vt hic habetur, declinari non poteſt etiam ad locũ originis, ratio eſt, quia ciuis quiſque præſumitur illius loci, quem inhabitat, & in quo reperitur vt tetigi in deciſ. 105. verſic. addebatur Bart. in l. 15. poteſt, num. 17. ff. de acquir. hæredit. Alciat. in tract. præſumpt. regul. 2. præſumpt. 15. Maſcard. de probation. conch. 295. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 30. num. 12. vol. 4. & conſ. 351. num. 28. & ſeq. Burſatt. cõſ. 307. num. 34. de quib. per Io. Petr. Surd. cõſil. 486. num. 12. vol. 4. addo quæ dicuntur in cõſtit. ſi quem noſtrorum, vbi Affl. rubr. 95. de exordijs præparator. lib. 1. idẽ Surd. conſ. 574. nu. 28. & 29. eod. vol. 4. poſt Bart. in tract. repreſal. quæſt. 4. quintæ princip. partis, Caccialup. & Thom. Doct. in l. cunctos populos, num. 163. & ſeq. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 86. nu. 16. Alex. Dec. Pariſ. Abb. Fælin. Soccin. Barbat. & reliqui per ipſum Surd. Alciat. Bened. Boſſ. Pecchus, & multi citati, per Lancellott. Gall. in conſuetud. Alexand. præfat. 8. nu. 21. Afflict. deciſ. 384. gloſſ. in cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. in 6. Innoc. Butr. & Imol. in cap. fin. de for. compet. Bald. Soccin. & idem Fæl. de quib. per eundem Surd. deciſ. 329. num. xj. inter conſilia dicti voluminis 4. & iterũ dixerat ante conſ. 313. num. 66. lib. 3. poſt gloſſ. in Clem. 1. de for. compet. & ibi idem Imol. Anchar. in cap. romana, §. contrahẽtes, de for. cõpet. Tiraquell. Caſtrenſ. Dec. Soccin. Iaſ. Berous, Ruyn. Grãmat. Natt. Caphal. Rolland. Gozadin. & multi more ſuo per ipſum Surd. citati, qui omnes con-
2 cludunt, quòd non dicitur forenſis † qui in loco inhabitat, & magis attenditur domicilium, quam locus originis, adhoc, vt ſubditus efficiatur, & poſt multa iura dat rationem idem Surd. quia quoties quis domicilium contrahit in vno loco, videtur dominis locorum ſubieciſſe ſe. & ſubdit, nu. 72. in d. conſ. 313. quòd poteſt quis habita-
3 tionis domicilium † in duobus locis æqualiter habere per l. aſſumptio, §. pen. ff. ad municipal. Soccin. in d. cap. fin. num. 21. de for. compet. Decian. in tract. criminal. lib. 4. cap. 16. num. 10. Gabriel conſ. 189. num. 20. lib. 2. cum concordant. per ipſum Surd. & conſequenter, quando tales volumus conuenire, debemus in eorum foris com-
4 parere † vt ipſe Surd. multos textus allegat d. conſ. 313. ſub d. num. 66. & ex Alex. Bald. Gozadin. Menocch. Abb. Soccin. & ſimilibus vbi addit etiam procedere in his, quæ geſſit, ante tranſlatum domicilium, quia adhuc in eodem domicilio conueniri debet, etiam ſi non eſſet præſens, actor. n. ſequitur forũ rei, vt ſcripſi in conſuet. Panhor. cap. 4. in principio, & quaſi per totam, vbi poſui ampliationes quaſdam, cum nonnullis limitationibus, & modo add. Affl. in conſtit. Regni, cum iuſtitia, de for. compet. rubr. 62. num. 4. qui ait quòd etiam ille, qui trahit, & conuenit reum co-
5 ram iudice non ſuo † dicatur Regiam contemnere iuriſdictionem, ſiue ſit cauſa ciuilis, ſiue criminalis, immo olim puniebatur pœna publicationis bonorum, quamuis hodie ſecus (præterquam in Clerico, quem non licet vocare in vetito examine vt latius pono infra in cap. 37. Regis Ferdin. ampl. 14. tom. 7.) ſicut in cauſa criminali, in qua etiam non licet vocare reum in vetito examine nam trahens, punitur de iure ciuili maiori pœna, quam ſit in d. conſtit. per l. in criminali, C. de iuriſd. omn. judic. & ſic actor debet ſemper ſequi forũ rei, etiam in Caſtellanis, vt ait Affl. modo
6 citandus, & caſu, quo, v. g. reus † haberet plures iudices poſſum illum conuenire ciuiliter coram vno iudice, & coram alio criminaliter, miles ſolus poteſt hoc excipere, & dicere, conuenias me coram iudice non alij l. tam collatores vbi Bart. C. de

re

re milit.lib.12.niſi ex reſcripto Imperiali,
vel Regio traheret coram Iudice delega-
7 to, &c. non coram Iudice rei † vt habent
multæ Ciuitates ex conceſſione Regum,
& ex conſuetudine approbata, vt nullibi
aliquis reſpondere teneatur, niſi coram
ſuo iudice Ciuitatis ſuæ,vt habemus nos in
d.conſuet.Panhormitana,cap.3. in princ.
& cap. 4. & ita habent Ciuitas Meſſanæ,
Neapolis,Salerni,& Auerſæ, & nonnullæ
aliæ Ciuitates,de quibus ſcripſi ſupra in
cap.442.Regis Alph.ampl.3.tom.5. niſi ex
officio iudicis,vt ibidem limit. 2. & in cap.
386.poſt principium eiuſdē Regis Alphon-
ſi, ibique tetigi remiſſiuè, quòd tantum
habet locū in veris Ciuibus Ciuitatis,quod
eſt pulchrum, & notandum, vt dixit Li-
centiatus Carolus Martuccho in quibuſ-
dam allegationibus pro Io:Paulo Durante
Regio ſecretario in lite, q̄ vertebatur co-
rā M.R.C.cū Secretarijs Regijs huius Re-
gni,& melius vide in d.cap.386.vbi hoc re
8 ſoluitur. Vel niſi † actorem ante litem
conteſt.tam peniteret in his,quæ ſunt vo-
9 luntariæ Iuriſdictionis,vel niſi † actor eſſet
10 futurus reus aut niſi † ambæ partes con-
uenirent, de litigando coram Iudice non
ſuo,prout has limitationes adducit ipſe
Affl.d.num.4. vltra eas, quæ in d. conſuet.
11 apportaui:Vel niſi † ſimus in Præſidenti-
bus, & rationalibus, ſiue Magiſtris Ratio-
nalibus Regij Patrimonij, qui ſiue agant,
ſiue accuſent,ſiue conueniantur,ſiue accu-
ſentur,non habent alium Iudicem, niſi ip-
ſum Regium Tribunal Patrimonij, & M.
R.C.Rationum, & eorum familiæ, & ſic
eſſe in eorum priuilegijs Neapoli teſtatur
Affl.in conſtit.Caſtellanorum, num. 1. tit.
88.de offic.caſtellani,lib.1.ſicuti de litigan-
te cum fiſco ipſius Regij Patrimonij, quia
tam ſi eſſet actor, quam reus coram ipſo
Tribunali Regij patrimonij neceſſe eſt
cauſa agatur vt videbimus infra in capit.
68. verſic.verum tamen.

Faciamus modo aliquas illationes, quæ
ſeruiunt per modum ampliationum
quarundam,& prima eſt, quod ſi locus lo-
13 ci teſtamento † non aſcribatur, ſubintel-
ligitur locus, vbi teſtator domicilium ha-
buit,dixi in d.cap.72.Regis Alph. num 12.
& ſeq.d.tom.4.Bart.& alij in l.quæ condi-
tio,§.cum ita in teſtamento, ff. de condit.
& demonſtr.intantum, vt ſequens doctri-
nam Petri dicat, & determinet per illam
quæſtionem, de qua tetigi etiam in con-
ſuet.Panhor.cap.76.num.65.& eſt quòd ſi
13 teſtatur dixerit † relinquo centum Eccle-
ſiæ,nec declarat,de qua,vt que ſubauditur
de Eccleſia,cuius eſt Parrocchianus,& ſic
vbi habet domicilium,ex Cyn.in l.1.quæſt.
5.C.de Sacroſ.Eccleſ Speculat. in tit. de
inſtr.edit.§.nunc vero,verſic.quid ſi teſta-
tor cum ſimilibus per ipſum Bartol. addu-
ctis vltra ea,quæ poſui in d.conſuet.76.ad-
do Abb.in cap.iudicante,de teſtib gloſſ.in
cap.1.in verbo,pauperes,de teſtib. in 6.
14 Secunda illatio eſt,quòd ſi teſtator † in-
ſtituat pauperes Chriſti, intelligitur de
his,qui ſunt eiuſdem domicilij, vt dixi in
eodem cap.72.Regis Alphonſi, num. 7. d.
tom.4.Pomar.ad Bart.in d.§.cum ita per
d.gloſſ.in cap.1.in verbo, pauperes de te-
ſtib.lib.6.gloſſ.in ſimili in cap. ſtatutum,
§.cum autem,in verbo,vnum diem, extr.
de reſcript.in 6.Paul.de Caſtr.conſ.119.in
2.dubio,vol.2.Bald.in l.nulli,C.de Epiſc.&
Cleric.idem Pomar.in d.cap.iudicante,
Peregr.de fideicommiſſ.art.53. ſub num.
8.per text.in l.ſed etſi ſuſceperit, §. 1. vbi
Bart.Angel.& Paul.de Caſtr.

Tertia illatio eſt, quòd quando agere-
15 tur de lucro dotis † conſiderabitur forus
habitationis mariti, vt poſt Rolland. in
tract.de lucr.dotis, quæſt.21. Phanut. in
eod.tract gloſſ.9.n.Surd.cōſ.433. in princ.
lib.4.vbi nempe tempore contracti matri
monij habitat,licet poſtea deſeruerit,vt ip
ſe ſubdit poſt Butr.Calderin.Abb.Fælin.&
quorum memini in deciſ.M.R.C 81.num.
15.& hac ratione, quia pluralitas actuum
16 † non præſumitur,vt eſt habitatio, vt ipſe
ſubdit num.6.ex Bald.in l.fin.in fine, C.de
reb.credit.Alex.conſ.53.num.8.vol.primo
col.4.Fælin.in cap.cum Ioannes,num.7.de
fid.inſtrum.Ruyn.conſ.10.num.8.vol.3.Be
rous,conſ.90.num.21.vol.3.Crauett. conſ.
6.num.35. ſicut nec præſumitur pluralitas
perſonarum, vel nominum, & cognomi-
num,immo qui dicit alios eiuſdem nomi-
nis extare,probare tenetur,vt poſui in de-
ciſ.M.R.C.67.num.13.

Quarta illatio eſt, maximè ſi aliquis ta-
17 lem ſe vocauit † prout in domicilio habi-
taſſet.v.g.quia ſe nominaſſet Panhormita
num,Meſſanenſem,Cathanenſem aut Sira
cuſanum, cum non poſſet aliter dici Pa-
nhormitanus,Meſſanēſis,Cathanenſis,nec
Siracuſanus, niſi ratione habitationis, ſic
ipſe Surd.loco citato ſub num. 9. & prout
poſui in alia deciſ.eiuſdem M.R C.81. nu.
6.& ſeq.ex DD.ibi citatis, qui loquentes
de illo,qui erat Piſanus, vel Florentinus,
18 concludunt, dici † ratione habitationis,
non originis,cum ea tamen intelligentia,
vt demonſtrabo inferius in 2. declaratio-
ne,vbi,quòd requiritur curſus decennij,&
maiori parte fortunarum, & non eſt du-
bium,quòd ex iſta vocatione,v.g. Panhor-
mi,Florentiæ,&c.pateat animus,quòd vo-
luerit domicilium ſuum Panhormi eſſe
quia nulla eſt melior animi declaratio,
19 quam ex oris confeſſione † poſui in con-
ſuet.Panormi,cap.71.verſ.colligitur quin-
to,& plura cumulaui ſupra in cap. Ritus,
123.num 8.9.& 10. & quæ poſt Farinacc.
Marant.Caualcan.Bardellon.Crauet.Va-
lenzuel. & alios ibi addidi in moderniſſi-
mis Additionibus littera F,tom. 4. Marſil.
& Menoch.citati per Surd. num. 16. ſub-
dens ipſe,num.19. quod non obſtaret dice-
re quod eſſent verba Notarij dicentis, ta-
lis ciuis,v.g.Panhormi,prout realiter vide-
mus in omnibus inſtrumentis hic Siciliæ,
confectis,in quibus dicunt Notarij, quod
talis

talis,de tali Ciuis Panhormi,Meſſanæ,&c.
etenim illa verba cenſentur de partium
20 voluntate ſcripta † vt dixi in d. deciſ. 81.
num.6.& addo quæ poſui ſupra in cap. Re
gni 158.Regis Alphonſi,ſub verſ.animad-
uertendum,tom.5.vbi quod Notarius ſem
per præſumitur cognoſcere partes,dixi in
alia deciſ. 38. num. 26 & in pragmaticis,
tit.80.de verbor.ſignif verſic.ſuper tom.1.
ipſarum pragmaticarum,& maximè ſi cũ
tali eſſet contractum , tamquam v. g. Pa-
nhormitano,& ſimilibus,eſt etenim conſi-
derandum,& inſpiciendum,qua contem-
platione actus fiat,vt in locis præcitatis.
Quinta illatio eſt,quod multo magis de
beret fieri remiſſio ad locum domicilij quã-
21 do v.g. mulier vidua † vel pupillus,aut alia
miſerabilis perſona reperta coram ipſa
M.R.C. & ibidem conuenta vellet decli-
nare forum ipſius M.R.C. & eligere forũ
Iuſtitiarij, & cæterorum officialium ſui
domicilij iuxta conſtit.ſtatuimus, de offic.
Magiſtri Iuſtitiarij,& iuxta priuilegium
l.vnicæ,C.quand.Imp.int.pupill.& vid vbi
adnotaui,& in deciſ.29.verſic.vltimo,cum
ea tamen limitatione,de qua ſubdam infe
rius,verſic.declara ſexto.
Sexta illatio eſt , nam ſi ſunt v.g. relicta
22 alimenta † præſtanda erunt in loco , vbi
alimentandus degit,ſicut quando quis reli
quit ſcholari aliquod ſubſidium ſtudiorum,
nam in loco ſtudij præſtandũ erit , vt per
Peregr. d.art.53.num 8.per text in d.l.ſed
etſi ſuſceperit,§.1.ff.de hæred.inſtitut. vbi
Bald.& ſubdit ipſe Peregr.idem eſſe quan
do legatum fuiſſet relictum perſonis Cla-
riſſimis alicuius Ciuitatis,illic præſtandũ
eſſet relictum, dummodo in eo loco ſuffi-
ciens adſit patrimonium.
Declaro Primo, & intelligo , ibi ſubau-
diendam eſſe habitationem , ſiue domici-
23 lium † quando animo manendi ſteiſſet vt
latè ſequor hic inferius ibi, in ſumma ſecus
ſi non animo manẽdi , ſed fortuito aliquo
caſu,vel iure familiaritatis ad tempus, ita
idem Surd,loco citato, num. 7. 8. & xj. &
prout concluſi in d.deciſ.81. num 10. cum
ſeq. & in cap.50.Regis Federici,num.3.to.
2.vbi quòd habitare intelligimus eum,qui
24 cum tota familia reſidet in loco † & ita
poſt Bald.Bart.Dec.& Carrocc.tetigi , in
d.cap.Regni 72.Regis Alphonſi, num. 20.
habendo ibi larem,totam familiam,maio-
rem partem fortunarum.& iam longo tẽ-
pore ibidem habitauit, & illud eſt,quod di
25 cunt DD.quòd ſtatuta † non ligant eum,
qui propria Ciuitate relicta alibi diu ha-
bitauit.Bald.in rubr.C.ſi a non compet.Iu.
dic. Bertacchin. verbo , ſtatutum fol. meo
130. col.4. part.5. & recordor dixiſſe in
pragmaticis tit.16.de dilation.in 4.notab.
tom.1.ipſarum pragmaticarum (arg. eo-
rum,quæ ſcripſi infra in cap. 31. ampl.1.)
vt habens domicilium in Ciuitate , dicitur
26 eſſe de Ciuitate † & in materia fauorabili
dicitur ciuis ex adductis per eum latè , &
voluit Menoch. conſ. 80. num. 10. & ſeq.
vol.1.vbi ait,quòd eſto ſimus in materia
ſtatutorum,vel Conſuetudinis,appellatio-
ne ciuis etiam intelligitur ille originarius
illius ciuitatis , in qua domicilium con tra-
xit,ex Boer.Bald.& Aret.ſubdens num.13.
maximè procedere,quando habitatio ipſa
incolatus concurreret cum ipſa origine,
quia tunc ille originarius ſic habitans frui-
tur commodis , & honoribus illiu loci,
quod ſanè dictum eſt abſque difficultate,
nec indiget tot demonſtrationibus,quia
eſt clarum,ſed ſimpliciter dictum,hoc eſt,
abſque eo quod eſſet quis originarius, ſed
v.g.haberet domicilium, non puto poſſe
concurrere ad dignitates,& officia,ſed de-
bet concurrere vtrumque, & parcat mihi
idem Menoch.num.20 qui videtur ſentire
27 quòd habens domicilium † poſſit concur-
rere ad officia,ſicut verus ciuis originarius
nam hoc non puto verum niſi loquamur
cum illo quinquennio elapſo , de quo ſub-
dam inſerius in verſic. declaro ſecundo .
28 Habet quippe ciuis originarius † quid præ
cipui,quod nõ habent alij ciues fictè crea-
ti,prout ſunt ciues per priuilegium, qui li-
cet realiter ſumpto vocabulo,& regulari-
ter ſint propriè,& verè ciues, vt concluſi
in d.cap 7 Regis Martini; d.ampl.2. num.
65.& 66 cum ſeqq. & cum concordantib.
ibi citatis Decian conſ.44. num. 13. vol.4.
Caph conſil 451.num.16.27.30 60. cum
ſeqq.addo Dom.Stephan.Gratian.diſcep.
forenſ.cap.186.num.84.& 85.poſt Surd Pa
riſ.Caphal.Dec.Boer. Bald. Aret. & vidi-
mus aliqua in cauſa dicti Io:Pauli Duran-
ti cum Regijs Secretarijs prædictis huius
Regni in deciſ.121.verſ.adducebatur, poſt
Bald in l.ſiue poſſidetis,num.3. C. de pro-
bat.Andr in cap.fin.de conſuet.in 6. Bald.
in l.cum ex ratione , ff. de excuſat. tutor.
Gregor Lopez in l.3 tit.21 part.2. ver. cõ
villana Bald in l omnes populi, quæſt. 23.
ff.de legib.Iaſon,Rip.Zaſ Alex.& alij, Mi-
chah.de ſucceſſ.creation lib.3.§.30.part.3.
num 291. qui loquitur de commendatario
Relligionis Calatrauę(& prout dixi de hoc
infra in cap.163.Regis Caroli,verſic.exten
do.tom 8.)idem Bald in l. in vrbe , ff. de
ſtat.homin Io:Coraſ Tholoſ. inter conſi-
lia Vbertini Zuchardo conſ.75.num.77.cũ
ſeq.vbi pulchre poſt multos a ſe allegatos,
& ampliat ad ſtatuta loquentia de ſchola-
ribus , ſtante quod hæc ſignificatio, ciuis
29 † in genere,& largo ſumpto vocabulo in-
cludat de ſui propria natura ciues , qui ex
priuilegio,& ex reſcripto,vel incolatu,aut
aliter facti ſunt,vt vult ipſe Surd.num.8.&
addo Alex.in l.in prouinciali,§. ſi publico,
ff.de oper.nou nunc. Natt.ad eum conſil.
20.lib.2.qui dicũnt, quòd appellatione ci-
30 uium † veniunt etiam Incolæ , & gaudent
priuilegijs ſtatutorum & præſertim,quan-
do v.g.ſtatutum diceret (omnes,& ſingu-
los ciues)quia veniunt ciues aſſumpti ad
huc per priuilegium,Decian.conſ.præd.n.
14.15.29.Cæphal.num 39.& 69. vel ſi dice-
31 ret † quòd ſint per omnia æquales, vt de
pri-

Digitized by Google

priuilegio conceſſo Studio Pariſienſi dixi
in d.cap.31.eod.limit.2.ſentit Surd. ſub n.
45.ex Soccin.in l.1.ff delegat.1. in princip.
Bart.Crott. Ruyn. & alij per eum citati,
& conſequenter non minus hi ſubire one
32 ra ciuitatis debent † quam ipſi originarij
prout ſunt collectæ,gabellæ.pedagia, cu-
ſtodiæ, caualcatę,hoſpitationes,& ſimilia
& dixi in d.cap.30.& 86.ſuper Conſuetud.
Panhor.num.19.cum ſeqq.& num.30. Ri-
minald.conſ.1.nu.24.Boſſ.Cagnol. Becius,
Natt.& alij de quib. per Surd.conſ.391. n.
32.lib.3.vbi quòd acceptans ciuilitatem
obligatur omnibus oneribus, quæ imponi
ſolent ciuibus,etiam ſi acceptans illa igno-
rauerit, & addo eumdem Surd. loco cita-
to,à num.55.cum ſeqq.vbi quòd nedum
hoc procedit inhabitu, & in potentia,
ſed realiter in actu,& ita ex Anchar.Re-
gienſe familiar.quæſt 9.nu.21. lib.1. Crott.
in rubr.ff.ſolut.matr. num 42. Lancellott.
in d.conſuet. Alexandr. d.præfat. 8. num.
52. maximè ſtantibus ſtatutis diſponētibus
33 † vt ad dicta onera teneantur, non ſolum
realia, ſed perſonalia tunc enim debent
actu agnoſcere dicta onera,ita vt non ſuf-
ficiat potentia, vt per Anchar.d.quæſt.9.
nu.5.Ferret.cautel.29.Dec.conſ 661. Surd.
ſub num.58.59.& 60.vbi reſpondet ad cō-
trarium tenētes,nempe.vt procedat, quā-
do non ſtat per Ciues,quominus dicta one
ra ſubſtineant,vt quia bona in loco non
poſſideant,vel ibi non habitent,aut quia
v.g. ciuis ita fuiſſet ad ciuilitatem aſſum-
ptus ad honores tantum,& ſic limitatè,nō
autem ad onera,ſtante priuilegio immuni
tatis,vt per ipſum Surd.num.59.Decian.d.
conſ.44.num.64 Angel. conſil.351. num.3.
Alex.conſ.32.lib.5.Caccialup in l. cunctos
populos,num.164 C de ſumm. trinit. Dec.
conſ.283 num.10.Marſil.ſingul.519.Boſſ.de
Principe,num.361.Cæphal.conſ 451.num.
34 129.cum ſeqq ¶ Immo ciuis † qui non
ſubſtinet onera non dicitur proprie ciuis,
vt ſubdit ipſe Surd. num.60. ex Bart. in d.
tract.repræſal.quæſt.2. ſeptimæ principa-
lis quæſtionis, qui dicit, quòd non dicitur
Florentinus,qui Florentiæ onera non ſub
ſtinet,Bald.in l.ſi non ſpeciali,num.6.C.de
teſtam.Soccin.in rubr.ff.ſolut.matr. num.
27.& 29.& ibi Bolognett. num. 95. qui ait
* eſſe com. * opin.Ruyn.conſ.200. num.12.
lib.2.Boſſ.d.tit.de Principe, num. 362. qui
* etiam de com. * Cæphal.conſ.13.num.46.
Fideric.Scott.conſ 32.num.8.lib.7. tom. 2.
35 vel ſaltim † non gaudet priuilegio ciuium,
ſi nō confert ad dicta onera, idem Ruyn.
Anchar.Caſtrenſ.Cæphal.Menoch. & alij,
de quibus per ipſum Surd. ſub d. num. 60.
ſed habetur pro forenſi qui realiter non
poteſt aſtringi ad dicta onera, ex Bulgar.
d.num.29.non ſic,quando ſumus,in ciues,
qui poteſt aſtringi, ex doctrinis ſuperius
citatis, intantum, vt non ſolum ipſa ciui-
tas poteſt de hoc opponere, ſed quilibet
tertius,cui hoc prodeſſet,& intereſſet, vt
poſt Bart. Cepoll. Cæphal. Decian. Me-
noch. Tiraquell.Angel. Abb. Abbat. Caſtr.
Crauett. & alios ſubdit ipſe Surdus opti-
mè ſub d.num 60.& 61.Attamē,(vt ſequar
quæ tetigi ſuperius,num.26.& 27.)quādo-
que non eſt ſic,ideoque ſermo de ciuibus
36 † ſimpliciter prolatis nō ſe extendit ad ci-
ues & priuilegio factos,ſed originarios tā-
tum,de quibus erat loquutio tunc tempo-
ris,& conſequenter ad ciues de præſenti,
non autem de futuro creatos,vt examinat
idem Surd.conſ.313.à num.2.cum ſeqq.lib.
3 vbi loquendo de quodam laudo tribuen-
te immunitatem Ciuibus Regienſibus ab
omnibus oneribus pro bonis,quæ poſſidēt
ſub ditione certorum dominorum Comi-
tum,non includat eos,qui poſtea facti ſunt
ciues ex priuilegio,vt ipſe ſubdit num.6.&
37 7.maximè † quando non genericè loque-
remur, ſed ſpecificè, quo caſu dicitur ſtri-
cta interpetratio, & ob id, licet ſint pro-
priè ciues,attamen ſtricto,non largo mo-
do, quia illud propriè poteſt capi duobus
modis, largè, & ſtrictè ſecundum genus,
vel ſecundum ſpeciem, vt ſcilicet ſi capi-
mus ſecundum genus,dicitur capi large,ſi
ſecundum ſpeciem, denominatur ſtrictè,
ex Alciat.Bolognett.Bar.Plaut.& alijs per
eum,d num.7.8.9.10. & ſeq. & ſcripſi in
conſuet.Panhor.d.cap.vlt. num.31. vbi al-
lego eundem Surd.hic citatum, ſed latius
me extendo hic,addo eundem Dom. meū
Stephan.Gratian.in dictis diſcept. foren-
ſib.cap.186.num.85. Mazzol. conſ. 93. vbi
38 ait, quòd priuilegium † à dicta Regienſi
Ciuitate conceſſum ciuibus Parmenſibus,
non prodeſt Comiti Sanctæ Floræ,qui po-
ſtea fuit aſſumptus ad ciuilitatem ex pri-
uilegio,Cuman.in l.ſi is, qui pro emptore,
num.12.ff.de vſucapion.vbi Crott. nu. 95.
qui dicunt quod vbi ex Veneto ſtatuto Pa
tauini tractandi ſunt pro ciuibus, non ve-
nient qui poſtea facti ſunt ciues,Surd. d.n.
3. ¶ Cum ergo ciuis ſit nomen generis
39 † ſequitur dicere,quòd continet ſubſe plu-
res ſpecies,vt ſubdit ipſe Surd. num.10. ex
Bald.& Bart.in auth.ſed omnino,num.12.
C.de fil.pro patr Luc.de Penna, in l.ciues,
nu.3.C.de Incol.lib.10. Decian. & Ruyn.
locis citatis per ipſum Surd.& conſequen
ter ſpecificè, & ſtrictè ſumpto vocabulo
eos ſolum denotat,qui ſunt origine, & na-
40 tura tales † ex Bald.Aretin. Boer. & ſimi-
libus per ipſum Surd.num.9.10.11.& 12.vbi
ſubdit,præſertim quia hoc verbum, ciuis,
in dubio cap. debet ſecundum naturalem
41 ſenſum † per text.in l.1. ff. de tutor. & cu-
rat.datis ab his,& ſic de alijs verbis,quia
naturaliter, non autem ciuiliter ſubaudiri
debent,per l.fin.C.de his,qui ven.ætat.Ia-
ſon in l.more,num.1 ff.de fer. Cephal. cōſ.
414.num.5.Caſtrenſ.in l.ſi eadem, num.5.
ff.de offic.aſſeſſ. vbi quòd ciuilitas natura-
42 lis attenditur † in ante, accidentalis in
poſtea occurrentibus & hoc eſt,quod dixi
ſupra in cap. 8. num.2. quòd in concurſu,
præferuntur ciues naturales, ciuibus ex
priuilegio ſicuti dicit idem Bald. quòd filij
ap-

43 appellatione † in dubio refertur ad eum,
qui naturaliter eſt filius,non qui eſt adop-
tiuus in l.ciues,num.4.C.de appellat.Tira-
quell.& alij per eundem Surd. d. num.12.
17. & 18. cum ſeqq. vbi ſubdit quòd ſi ſtri-
ctè,ergo non debet fieri extenſio , ſed ſtri-
ctiſſimè interpetrari , ſicuti eſt ſententia
44 † quemadmodum eſt contractus qui etiã
ſtrictè intelligi debent,ſicuti etiam vltimę
45 voluntates † vt de his Iaſon in l. ſi ſtipula-
tus fuero,§.cum ſtipulamur,& ibi Bart. ff.
de verb.oblig. Angel.conſ.26 col.2. num.2.
Rolland.conſ.79.num.12.Soccin.Iun. con-
ſil.105.vol.2.num.41.& conſequenter iſto
caſu nec habitantes includat vt in d. con-
ſuet.vltima poſui,d.num. 31. vnde inferre
46 poſſumus quòd priuilegiũ † cõceſſum Do-
ctoribus Panhormitanis circa illas immu-
nitates,de quibus ſupra in cap. 474.Regis
Alphonſi,verſic.item,tom.5.non procede-
ret ad Doctores Panhormitanos ciues fa-
ctos per priuilegium ex rationibus tam
ſuperius adductis, quàm etiam quia agitur
de materia immunitatis , in qua regulari-
ter fit ſtricta interpetratio , ſtante quòd
tractatur de præiudicio aliorum,quibus ac
creſcit onus aliquibus condonatum , ita
poſt *Bart.* in l.1. ff. de iure immunit. *Bald.*
conſ.112.in fine,vol.1.*Beroum* conſ.48. nu.
37.vol.2.Alciat.conſ.203.num.18. Cotta in
memorial.incip.immunitates il primo, in
fine,ait Surd.vbi ſupra,num.18.qui conclu
47 dit,quòd immunitatis † conceſſio ſui natu-
ra eſt reſtringibilis ideoque dicit Iaſon in l.
ſi ſtipulatus fuerim,§. cum ſtipulamur, nu.
9.ff.de verbor.oblig.quòd immunitas con-
48 ceſſa † Eccleſiæ , & ſuis cappellis non in-
cludat futuras cappellas,Surd. ſub num. 2.
idemque de immunitate conceſſa caſtro,
& eius villis,non gaudebunt villæ poſtea
aggregatæ,& factæ, nec de futuris partes
cogitarunt idem Surd. d. num. 2. & 3. ex
Guid.deſuzaria, de cenſib. § nunc dicen-
dum,& tangam infra hoc tomo,in d.cap.
31.d.limit.2.ob id adnotaui ſupra in capit.
15.Regis Martini,in 2.capite,verſic.proce
dit inſuper,tom.3.quòd verificatur in pri-
50 ma vice † & conſequenter talis conceſ-
ſio ſtrictè interpetrabitur ex Luc.de Pen-
na,in l.1.C.de Caſtr. Imper. palatin. pec.
lib.12.Iaſon conſ.89.num.10.lib.3. & in l.ſi
ſit,num.13.ff. delegat.1.Rimin.conſ.35.nu.
24 conſ.59.num.53. Becius ad eundem Ia-
ſon conſ.217.libr.2.in 2.edditione,Syluan.
conſ.4. num.15. præſertim quando agitur
51 de immunitate non à ſola gabella † ſed ab
omnibus oneribus , vt per eundem Surd.
num.45.& cum toto hoc,quòd dicat(*te fa-
cimus immunem ab omnibus, & quibuſcumque
grauaminibus impoſitionibus, & oneribus*) te-
netur tamen ad ſolutionem gabellæ, quæ
pro contractu venditionis impoſita eſt,ita
poſui ſupra in d.cap.15.Regis Martini, in
verſic.intelligo tertio,tom.3.ſicut nec ta-
lis immunitas intelligitur conceſſa ab one
re denunciandi,vt in d.cap.15.in §.intelle
52 ctu ¶ An autem ſint immunes † in rebus
quas emunt,vel exercent mercaturam la-
tè Decian.d.conſ.44.num.111. Cæphal. d.
conſ.451.num.248. Quamuis quandoque
53 ſit extendibilis , & fauorabilis † Crauett.
conſ.294.num.7.& tranſeat,vt videmus in
immunitate conceſſa propter amorem
54 † & honorem paternum, nam tranſit ad
filios, & hæredes propter gloriam , & pa-
tris memoriam , vt dixit de Noſtratibus,
V.I.D.Prothonotarius Antonin. Xibecca
in tract.de Regia Monarchia,num.30. ex
Bald.conſil.355. lib. 1. præſertim quando
huiuſmodi immunitates eſſent conceſſæ,
55 per contractum † per ea, quæ dicit Iaſon
in l.ſi ſic ſtipulatus , num. 12. cum plurib.
ſeqq.ff.de verbor.obligat. & per ea , quæ
dicit Alex.in l.ſerui electione,§. 1. ff. dele-
gat.1.Bald.& Additio ad ſpeculat. in ti. de
Magiſtris in fine , Marcus Ant. Natta ad
eundem Alex.conſ.122. Viſo,lib.4. ſub nu.
56 18.qui dicunt quòd immunitas † conceſ-
ſa caſtris per Principem , extendatur ad
communia.& faciunt quæ dicam infra
in cap.9.Regis,& Imper.Caroli V. verſic.
prout,tom.8.igitur , vt me reducam ad di-
greſſionem, videmus quod appellatione
Ciuium non veniunt hoc caſu ciues futuri
per ciuilitatẽ facti,vel aggregati,aut aug-
mentati hoc ſtricto modo ſumpto largo
enim modo ſecus eſt, & comprehendũtur,
& aduertas immo auderem dicere quod
plus præualent ciues per priuilegium,
quàm ciues originarij hac noſtra ætate,&
eſt limitatio ad ea,quæ ſcripſi in d. capit.
31.d.limit.2. infra hoc tomo , vbi pono ca-
ſus,an,& quando non veniant futura , &
poteſt eſſe ratio, quia hoc verbum , ciuis
57 † non eſt collectiuum,prout ex eod. Surd.
num.37.vbi allegat Petrum, Soccin. Rub.
Crauett.Menocch. Sim. de Petr. & alios,
& per DD. in l.gallus, §.quidam rectè , ff.
de liber. & poſth. ¶ Et ſic vidimus in hac
1.declaratione caſus aliquos quomodo in-
telligatur habitatio, ſiue domicilium con-
ſtitutum,aut quia ad eum locum duxiſſet
58 vxorem † quod eſt euidens ſignum,vt ibi-
dem vellet quis habere domicilium , idem
Surd.num.13.ex Alciat.conſ.55.num.2. &
conſ.719.num.5.& recordor legiſſe quod-
dam adagium Hyſpanum nam dicunt (*de
ondes eres hombre,de la tierra de mi muger*) vt
per Ameſq.in ſuo tract. de poteſt. in ſeipſ-
ſum cap.18.lib.2.num.16.& 17. ſiue trahe-
retur ipſe ad locum vbi eſt eius vxor vt vi-
demus in mille locis de vxoratis habenti-
bus ciuilitatem ob ductionem vxoris , ma-
ximè cum perſeuerantia ibi ſtando, vt in
dictis pragmat.poſui, tunc demonſtratur,
ſubdit ipſe Surd.ſub d.num.14. animus,eo
quia ita ſe vocabat,v.g. Panhormitanum,
dixi ſuperius in 4.illatione , & conſequen-
59 ter,quando eſt datum † priuilegium habi-
tantibus in certo loco (prout videmus de
priuilegio conceſſo per ſuam excellentiã
illuſtriſſimi D.Proregis de Vigliena in
terra Pacecho) nam durat habitatio,vt in
dictis pragmaticis poſui d.not.4. & prop-
N terea

terea non ab re eſt diſpoſitum in pragmat.
3.d.tit 16.de dilation in d.4.not. quod im-
petrantes Sicilianę priuilegium ita demũ
gaudeant eo,ſi,& donec cum domo,& fa-
milia habitent in eadem terra Sicilianæ,
& ſimilibus, dummodo non ſint de terris
maritimis,& non aliter,vt in ead. pragm.
remiſſiuè poſui.& eſt conſormis cum his,
quæ dicit ipſe Surd loco citato,& argum.
illarum illationum,quas videbitis infra in
cap 91.Regis Catholici Ferdinandi, tom.
60 7.& propterea dicunt † Abb Barbat Aret:
Fælin.Soccin. Dec. Pariſ. Menoch. & alij
per Surd.d conſ. 574. num. 29 quòd arbi-
trio iudicis eſt,quando quis contraxerit in
colatum ¶ Præſertim quando ſtatutum
61 loqueretur † cum illa copula,&, dicendo,
ciues,& habitatores, quo caſu requiritur
concurſus, quia ſumus in materia ſtricta,
vt eſt latiſſimè videre per eundem Surd. à
num.39.vſque ad num.47.53.& 54 & con-
ſequenter,ſi aliò ſe transferat,deſinit eſſe
ciuis,vt in ipſis pragmaticis habes loco ci-
tato,ex Surd & cæteris, & per gloſſ. in l.
aſſumptio §.filius,in verbo domicilium,ff.
62 ad municip.l qua dicit, quòd filius † ra-
tione ſuæ,vel paternæ originis,nihil ſubſti
net oneris,vel honoris in patria,ſi alibi ha
beat domicilium,alia gloſſ.in l filios, C.de
municipal & originar.per quam dicitur,
63 quòd natus in vno loco † non agnoſcit ibi
munera,ſi alibi habitat, & ibi Luc.de Pen-
na.& Io:de Platea, Affl. & multi per eun-
dem Surd.d,num.63.cum ſeq quia aſſum-
ptus ad priuilegium ciuilitatis, ſemper in-
telligitur cum hoc onere, vt conferat ſe
ad habitandum in loco,& onera ſubeat,vt
in ipſis pragm. poſui loco citato Maximè ſi
exiſteret alia prohibitio ſtatuti dictantis,vt
64 nullus vadat † vel habitet extra diſtrictũ
ſub pœna,nam valet,vt ait Bart.in l fin. ff.
de decret.ab ordin.faciend & in l merca-
tores,C.de commer.& mercat & in l. re-
legatorum, & in l.interdicimus, ff. de in-
terd. & relegat. Io: Bertacchin.in ſuo re-
pertorio,in verbo,ſtatutum,ſol.100. col.1.
cum concordantibus, quæ in ſua materia
ſcripſi in cap.Regni, ad nouas cummunã-
tias,quod eſt cap.38.Regis Iacobi, tom.1.
& in cap.x.Regis Martini,num.56.tom.3.
vbi num.57. induxi ad argumentum mili-
65 tum † qui non poſſunt abſque licentia
Principis, nec eorum ſuperioris aliò per-
gere,ſed ſtatim reperti vendicantur, qui-
bus addo tradita per Bouadill.in ſua poli-
tica,lib.4 cap.1. num.11. tom. 2. ex Fratr.
Ant de Camos,in Microcoſm part 1. dia-
logorum 15.vbi ſubdit, Milites debere eſſe
obedientes Capitaneo ſub pœna peccati,
& ſi à vexillo abſque cauſa ſe abſcondant,
ſunt obligati ad omnia damna, quæ oriri
potuiſſent,quia ſunt aſtricti fideliter pu-
gnare,etiam perdendo vitam,& merentur
multum apud Deum, ac ſi ieiunarent, &
cilicium portarent, num.15. per totum,
oriuntur namque ex ciuium habitatione
66 † multa cõmoda Ciuitati, quia augentur
gabellarum reditus. ciuitas fortior reddi-
tur,& ſimilia,Dec.conſ.283. nu. 10. Ruyn.
conſ.200. num.12. lib. 2. Cephal. Anchar.
Lancellott & alij per ipſum Surd nu. 57.)
67 quia vxor dicitur † caput familiæ, vt ſe-
quar quæ ſuperius dixi,l nam ciuium,ff.de
verbor.ſignif. Affl decif.354.Alciat.& reli-
qui per ipſum Surd.num 14.non quod rea
liter origo vxoris trahat ad ſe originem
viri,ſed econtra legimus, quòd origo viri
det nouam originẽ vxori, & ſic efficiatur
ciuis Ciuitatis mariti,gloſſ & Bart. in l ci-
ues,C.de inc & per Affl.in conſt.hoſtici,n:
13.rub.9.de excep.hoſtici li.2.ibiq, ſubdit,
68 ꝙ corruſcat radijs † & dignitate mariti,l.
femi.ff de Senator.multa ait Decian li.4.c.
9.nu.53. to.1. niſi loquamur ex priuilegio,
quia põt eſſe ꝙ origo vxoris trahat ad ſe
originem mariti ſic volentis quia accipiẽs
vxorem panormitanam, Catinenſem,
Meſſanenſem fit talis vt ſuperius ſub num.
58.& infra num.78. & 79. & in Auth. de
conſul.§ hoc itaque,quia pars corporis ip-
ſius eſt,& vnum corpus,vt dixi in deciſ.M.
R. C. 143. per totam vbi eſſe de eius foro,
viri ipſius legibus in omnibus eſſe ſuppoſi-
tam aſſumit originem mariti reſpectu fo-
69 ri † iudicialis,& alia quæ ibi videas ex Sur.
Decian.& cæteris,& per tradita per Bar.
in l.quicumque, C. de re milit. lib 12. vbi
70 notat,quòd vxor dicitur domeſtica † & fa-
miliaris,vnde eſt quod ſi quis,v.g miles ob-
tinuit à Principe, vt portet familiam ſecũ,
poteſt ducere vxorem, liberos, & ſeruos
non aſtrictos cenſibus,non alios, quod fa-
ciliter poſſet concedi per Principem, co-
gnitis tamen circumſtantijs negotij, & ex
arbitrio ſuo,quia quandoque poteſt nega-
re, etenim licet controuerſia fuerit inter
71 Doctores an poſſint officiales † ſecum
portare vxores vt poſt Cornel.Tacit.lib.3.
& 4.Annal.Vlpian.in l.obſeruare,§.profi-
ciſci,ff.de offic.Proconſul Petr. de Greg.
Tholoſan.lib.47.de Syntagmat.iur.cap. 30
part.3.num 29. Decian 2. tom. criminal.
lib.8 cap.35.num.27.ait Bouadill.remiſſiuè
in cap.xj.lib 2.ſub num.61. tit. (el Corregi-
dor no reciua da diuas(tom.1. & in cap.3.
5.num.118.tom.2. poteſt tamen multoties
in caſibus hoc negare,vt in ſua materia la-
tius dico infra in cap. 51. Regis Catholici
Ferdinandi,nu....intellectu,tom 7.vbi latè
¶ Quo autem ad bona,& alia, retinet ipſa
72 vxor originale domicilium † mutat tan-
tum ea,quæ pſſent illam abſtrahere ab ob-
ſequio,& ſeruitijs mariti, Surd. conſ. 140.
num.67.& 68.lib.1.ex Bart.Bald Dec.Cur.
Iun.Alex.Aquenſ.Cagnol. cum alijs ab ip-
ſo Surdo citatis,num.8. 9.10.& ſeq. idem
Surd.deciſ.330.num.6.& ſeq.in d.vol.4.vbi
73 quòd priuilegium viro † competit etiam
eius vxori,etiã ſi agatur de priuilegio per-
ſonali,num.15.ſecundum Tiraquell. & cæ-
teros,etiam quòd non eſſet adhuc tradu-
74 ctam † ad domum viri, quia ſtatim nupta
omnia acquirit, quamuis in ſponſa non
adhuc cognita ſecus eſſe dixerit Decian.
vbi

Digitized by Google

vbi ſupra,d.cap.9.num.54.lib.4.tom.1.poſt
Alberic.Angel.Fælin. Decium & ſimiles,
& parcat mihi Io:Franc.de Ponte in d.cõ-
ſil.8.ſuperius citato, qui dixit quòd teſtari
debet ſecundum leges mariti, quia in hoc
eſſet aſtringere quoad eius bona,quod nõ
licet,vt tetigimus modo,tanto magis,quia
moriens ſoluta eſt ligamine mortali, &
nullis ſubiacere poteſt viri legibus ¶ In
ſumma vt ſequar quæ tetigimus ſuperius
hic de habitationem, & animo habitandi,
75 Ciues † & incolæ faciunt vniuerſitatem,
ex Soccin.Anchar.Io:de Riccijs, Alex. Io:
Bapt. de Sanſeuerino, & ſimilibus quos
poſt eundem Surd.adduxi in ipſis pragma-
ticis, & induco ad priuilegiũ, quod habet
Vrbs Panhormi, ne fiſcus agat contra ci-
ues,& habitatores,vt dixi in Conſuet. Pa-
nhormi,cap.9 præſertim ſub num. 2. quia
ex hoc videtur eos æquiparare, & quòd
gaudeant ambo.Sicut videmus quòd ſi of-
76 ficialis in loco officij moratur † ibi habitã-
do,& incolatum faciendo, dicitur ciuis il-
lius loci,Io:de Platea Lancellott.Galiaul.
Alex.Alciat. & alij relati per eundem Sur.
conſ 106.num.6.eod.lib.1.ſi ergo non con-
ſtat de ipſo animo(vt tetigimus hic in
principio iſtius primæ declarationis)num-
77 quam amittitur, & forus originis † eſto
quòd alibi longiſſimo tempore etiam ſi
per mille annos habitauerint, nam ſem-
per iſto caſu retinetur domicilium ipſius
originis,vt poſt text in d.l aſſumptio, ff ad
municipal.Barbat.Bart.Cuman. Rolland.
Brun & alios declarat ipſemet Surd. cõſ.
553.num.20.& 21.vol.4.& conſ.560. num.
7.& 8.eod.poſt Bald A.beric.Hoſtienſ.Soc
cin. Cephal. Decian. qui d. num.8. ſub-
78 dit,quod nec † renunciari poteſt nec mu-
tari,quia naturale eſt, & contrahitur na-
tura,ex Burſatt.& Menocch.conſ. 80. nu.
10.lib.1.Gramm.conſ 5.col.1. Bartol. in l.
fin.§.ijdem ff.ad municipal.Tiraquell.de
legib connubial.num.37. Laderch. conſil.
79 104.num.6 vbi † quod alibi nupta non de-
ſinit eſſe ciuis loci originarij,& vidimus in
facto plurium mulierum, quæ alibi nuptæ
non deſierunt eſſe ciues locorum originis,
maximè mortuis primis maritis præſer-
tim ſic volentes, & de quo alibi dante Do-
mino,illa quippe ciuilitas nõ eſt aliter na-
turalis,ideoque mutatur,præſertim non
relictis filijs, qui ſunt de corpore vtrorũ-
que,& tactum eſt ſupra,num.58. & ſuo lo-
co latius explicabo, quia eſt materia pul-
chra, & alta, & nolo eam hic pro modo
diffinire, ¶ Hinc natus extra dominiũ
80 † ex iure originario alibi magiſtratum ad
tempus gerente, etiam cum dignitate, &
adminiſtratione, fingitur natus in domi-
nio,ratio eſt, quia in magiſtratu ad tem-
pus,viget, & durat animus reuertendi ad
proprios lares,vt poſt Soccin.Sen. Bartol.
Vinc.de Franch. Alciat. Afil. Vrſill. Bald.
Riminald Beroum,& alios tradit Io:Bapti
ſta à Coſta in tract.de retrotract. monit.4.
ad cap.2.num.12.& 13.fol.25. infero quòd
81 ſtans † per ſex menſes extra vrbem licet
dicatur amittere ciuilitatem vt vidimus
in conſuet.Panhormi,cap.3.num 77. cum
ſeqq.& in cap.Regni 72. Regis Alphonſi,
num.18.19.20.21.22.& ſeqq. tom.4. cum
ibi citatis, non ſic iſto caſu, quando tam-
quam magiſtratus alibi commoraretur
82 ¶ Quia omnis efficitur ciuis † loci prop-
ter propriam originem,d.l.ciues, C.de in-
col.lib.x.l.1.ff.ad municipal. cum concor-
dantib. ¶ Adeo vt concluſerint finaliter
DD.vt procedat etiam ſi v.g caſualiter,&
per tranſitum aliquis ortus fuerit in loco,
vt de vxore prægnante poſui exemplum
ſupra in cap.15.Regis Martini, ſub nu. 68.
83 & 69. tom.3. quæ † ſi peperiſſet ibi, eius
partus eſt iudicandus ciuis loci, in quo na-
tus eſt,vt tenuerũt Imol.& Paul. de Caſtr.
in l.huiuſmodi,§.legatum,ff.de legat.1.in
lectura Paduana,per d.l.ciues,qui dicit ita
de facto ſeruari, & eſſe menti tenendum,
pro his,qui ex neceſſitate deberent eſſe ci
ues loci ratione propriæ originis.vt poſſint
ad collegia admitti, & ad dignitates, &
fuit de facto Paduæ, hancque opinionem
ſequitur Alex.in d §.legatum,num 4 qui di
cit placere ſibi in puncto iuris, & adducit
notata per gloſſ.& DD. in d.l. aſſumptio,
§.1.& in d.l.filios,ff.ad municipal.vbi filius
84 † quomodocumque natus extra locum
originis paternæ vltra ciuitatem, quam
habet ex perſona patris, efficitur ciuis lo-
ci originis propriæ. & hanc opinionem
tenuit etiam Raph.Fulgoſ.in d.§.legatum,
& in l.cætera,§.fin. ff.eod. tit. delegat. 1.
qui dicit ſe ita conſuluiſſe, Chriſtoph. de
Caſtell.& per text.in l.filio,quem pater,ff.
de liber.& poſth.l.3.& 4. ff.ad municipal.
85 vbi quòd filiusfam. † poteſt habere domici
lium,non tantum vbi pater habet, ſed vbi-
cumq; ipſe filius conſtituit, Ariſmin. Te
pat.in cumpend.var. ſent. tit. de iuriſdict.
& for.compet.fol.162.col.2.lib 1. Boer.de-
ciſ.13.num.17. vbi an filius natus extra
Regnum cenſeatur Regnicola tum etiã,
quia quo ad diſpoſitionem legis non attẽ-
ditur deſtinatio hominis, non obſtante
86 † quòd idem Paul de Caſtr.ſibi contrarius
in d. §. legatum, in lectura Bononienſi te-
neat,& tranſeat cum opinione contraria,
in qua fuerunt Bald Angel.Nicol.de Nea-
poli,Cyn.& Petr. in d. §. legatum idem
Bald.conſ.46.lib.1.& hanc opinionem te-
net etiã Io: Baptiſt. à Coſta in tract.de re-
trotract.d.monit.4.ad cap.2.num.16. poſt
Bald.Caſtrenſ.Iaſon.Abb. Marzar. Cæph.
Boer.Ceuall.& alios,qui dicit, quòd acqui
rit Ciuitatem loci, non in quo natus eſt,
ſed fingitur natus in loco vbi pater eſt ci-
uis,cum hac etiam opinione fuit Bart.in l.
filios,C.de mu.& orig.lib.x.motus per l.1.
C.de capt.ſed non firmat hoc pro vero,
& ita realiter in Regno ſeruamus, nam
in concedendis officijs, & in eorum con-
currentia non prodeſt ciuilitas origina-
ria patris,vt infra in cap.43.tom.6.ibi (*ſed
præcedentes ciuilitatem ex paterna origine*)nec;

Digitized by Google

obſtat quod dicitur in d.§.legatum,vbi qui
87 eſt in ſuga † in præiudicium alterius non
cenſetur abeſſe à loco, à quo auſugerat,
quia, vt dicunt ibi Alex. & etiam idem
Bald.aliàs fraudaretur mens teſtatoris,qui
cogitauit partum naſciturum in loco,in
quo ancilla eſſe conſueuerat,& fieret præ
iudicium conſequenter legatario,ſecus in
quæſtionem ſuperius poſita,quia non frau-
doſ. de commiſſion. iuriſdicionis cõfirma-
toriæ, in verbo, ſentẽtiæ ferendæ, ait Rug-
ginell. in tract. de Appellation. §. xj. gloſſ. 1.
cap. 1. num 40. fol. meo 283 vbi, loquendo
in Iudice appellationis, qui eſſet datus ad
certam ſummam, vt puta ad centum, &
51 ipſe declaret ſuper dictis centum † & etiã
ſuper libro vltra ipſa centum petito, & nõ
ſit facta oppoſitio a parte contraria, defe-
ctu iuriſdicionis valet, quod eſt pulchrum,
tanto magis, quia iſto caſu, quãdo Iudices
prouident ſtatim proceſſus, dicantur, non
Iudices ordinari, ſed delegati, quaſi quòd
delegatio eſt facta tãtummodo Iudicibus,
Curiæ Prætorianę felicis vrbis Panhormi
de quibus ille actus loquitur, non alijs (niſi
ex commiſſione ſpecifica facta per Princi-
pem) per ea quæ in d. pragm. & locis cita-
tis poſui, & infra hoc tomo, cap. 39. vbi lo-
quor, an, & quando quis de ordinario Iu-
dice fiat delegatus, præſertim limit. 1. er-
go nec Barones poſſunt hoc modo regula-
riter procedere, eſto quòd habeant merũ,
& mixtum imperium, vt tetigi ſupra in
capit. 10. Regis Martini, verſic ſi igitur, ibi,
ſexto, &c. tom. 3. cæteras limitationes ſuis
locis apportaui vbi ſupra.

Solet etiam vltra prædictos modos ad-
52 eſſe in Nobilib. & feudatarijs † alius modus
ſoluendi creditoribus ſupradictis enim re-
medijs abſit vti quoad eos, quando ipſi ex
ære grauati defatigarẽtur, & eſt quia po-
nitur ſtatus, ſiue Baronia in Deputatione,
de ordine Illuſtriſſimi Domini Proregis,
& taxantur alimenta ab eodem Deputa-
to Iudice in hoc electo, & fit iniunctio cre
ditoribus vt gradentur, & ſuo ordine ſol-
uantur ſecundum iuris prærogatiuam, &
prælationem, vt ait Amator Rodriquez in
tract. de priuileg. & concurſu creditor. ar-
tic. 1. part. 1. num. 27. fol. meo 15 tetigit Sci
pio Theodorus Allegatione 39. num. 3. &
53 4. qui ait quod poſtquam eſt facta † talis
graduatio, nihil poteſt fieri in præiudiciũ
graduatorum ipſis non citatis per iura
vulgaria, itaque obſeruamus, nam, vt fa-
ciat motum vna graduatio in aliam non
factam, vel factam, vt mutetur citãtur cre-
ditores intereſſati, & primo poſiti, quibus
ius erat quæſitum, de ordine M.R.C. ſiue
Deputatorum, & tetigimus nos in cap. Re
gni 29. Regis Federici, num. 3. tom. 2. & de
Noſtratibus ſic in M.R.C. eſſe conſuetum
teſtatur, Petr. de Gregor. in tract. de dot.
de paragio, quæſt. 5. in fine, vbi poſt Alua-
rott. & alios in cap. 1. §. fin. in vlt. not. extr.
Epiſc. vel Abbat. Andr. de Yſern. in conſti-
tut. in aliquib. dicit quod Baroni poſſiden-
ti feudum taxatur plactus loco alimento-
rum, & ſit finis huic celebri capitulo ad
Laudem D. O. M. & Sãctæ Roſaliæ Vir-
ginis, cuius interceſſione ceſſauit peſtis in
hoc Regno. Ann. 1625.

De pretio moneta aurea augmentato. *Cap. XXV.*

ITem ſupplicat totius Regni vniuerſitas prædictæ celſitudini Sacræ Regiæ Maieſtatis, vt placeat concedere, quod pretium monetæ aureæ augeatur in Regno Siciliæ, hoc eſt,

quòd

quòd Ducatus Venetus,habeat pretium Carlenorum Aragonenſium, ſexdecim , & Ducatus de Camera eodem modo ſuſcipiat augmentum pro rata ſui . Alphonſinus verò Carlenorum prædictorum viginti quatuor , & dubla,decem , & ſeptem:erit quidem id apprimè vtile toti Regno,ob pecuniarum penuriam,& alias plurimas cauſas , Reipublicæ beneficiũ concernentes, Nec moneta argentea aliqua extrahi poſſit a Regno Siciliæ,ſub pæna perditionis dictæ monetæ extractæ,nec aliquis officialis,etiam ſupremus,videlicet Vicerex, vel Vicarius,poſſit alicui etiam priuilegiato,licentiam concedere , nec vlla valeat licentia Regia,tamquam ſubreptitiè impetrata ; & ſi quis reuelauerit aliquem extrahentem , habent quartam partem bonorum eorum,quæ Curia ſuſceperit pro tali contrauentione. ¶ *Placet Regiæ Maieſtati,ad tempus annorum trium quod currere incipiat à prima die menſis Septembris proximè futuri , & inde ad beneficium : Ita tamen quòd reuocatio illius beneplaciti non habeat effectum,niſi prius publicè notificetur in Regno,& inde poſt duos menſes ; dubla vero valeat pro billono .*

Non me extendo in hoc,quia latius ſuis locis ſcripſi. Duo hic realiter ſunt poſtulata à Rege,vnum ſuper curſu monetæ aureæ,& eius pretio,ſcilicet quo ad has tres ſpecies Ducatorum,circa Ducatos Venetos,Ducatos de Camera,& Alphonſinos,de qua materia vide in cap.43.Regis Martini,in princ.tom.3. vbi mentionem feci de hoc capitulo , & melius in Regijs Pragmaticis,tit.72.de monetis,auri,& argenti,nu 33.tom.1. ipſarum pragmaticarum ¶ Alterum,ne extrahatur moneta argentea à Regno non obſtante licentia Regia,vel Vicarij,aut Viceregis,quod eſt notandum, & aliter ſit ſubreptitia,de hoc etiã ſcripſi in cap.50.eiuſdem Regis Martini,vbi citaui concordantes contextus , eod. tom. 3. & in d.tit.72.pragmaticarum,num.39.cum ſeqq. vſque ad num.47.

De non compellendo Ciuitatem Politienſem ad ſolutionem gabellarum, quouſque Dominus Vicerex prouiderit ac iuſtitia.

Cap. XXVI.

ITem ſupplicat dictum Regnum, pro intereſſe,& commodo Regio,quòd cum Politienſis Vniuerſitas,volens,& cupiens ſe reducere ad Sacrum Regium demanium,vt primitus erat à pignoratione, ſeu venditione , cum gratia redimendi facta per Sacram Regiam Maieſtatem, Magnifico Raymundo de Capraria,propter neceſſitatem,quam ipſa Sacra Regia Maieſtas tunc temporis habebat,& dicta luitio fieri debebat per dictã Sacram Regiam Maieſtatem,tamen dicta Vniuerſitas , cupiens reintegrari priſtino Regio Demanio,propria pecunia luitionem quęſiuit,& ordinauit aliquas gabellas imponere Regio mãdato,vt prouentibus ipſarum,& reditibus,vnam cum alijs pecunijs per capita ſolutis, luitio fieret . Cumque Chiccus Denti , & Andreas Denti inſtituerentur legati apud Regiam Maieſtatem circa negotium dictæ luitionis pertractandum,tamen,re perfecta,prætendentes,vltra pecunias ei traditas pro expenſis legationis à dicta vniuerſitate magnam ſummã conſequi debere,& vltra vncias quadringentas , quam ſummam apud eos , qui cognoſcunt dictos Chiccum,& Andream,& tenues facultates eorum, impoſſibile videbatur expoſitam fuiſſe . Et nihilominus,ſub quodam inuolucro, impetrauerunt certas prouiſiones a Magna Regia Curia,ſiue Magiſtris Rationalibus,quòd dictæ gabellæ cum officio Iudicatus, Capitaniæ dictæ Terræ,virtute talium literarum adiudicatæ fuerunt dictis Chicco,& Andreę, quæ gabellæ ſunt bonæ ſummæ pecuniæ : & quia,vt fit, quod commune eſt , negligi ſolet, dictus Andreas, & dictus Chiccus dictos reditus,& prouentus aliquibus annis collegerunt, poſt quos annos aliqui de dicta vniuerſitate,animaduertentes iniuſtitiam maximam,quam patiebatur dicta vniuerſitas ex dicta adiudicatione , nomine dictæ vniuerſitatis legitimè comparuerunt in Magna Regia Curia,& partibus auditis , obtinuerunt ſententiam aduerſus dictam adiudicationem,certo modo , quam ſententiam exinde per duos Iudices non eiuſdem authoritatis,vt erant Iudices Magnæ Curiæ,ipſam reuocauerunt,perperam & iniquè,fuerunt enim quinque Iudices Magnæ Curiæ, & de idoneioribus , & peritioribus dicti Regni, qui dictam ſententiam pronunciauerunt , reuocatam exinde neſcitur quo ſpiritu, per duos Doctores . Cumque gabellæ Regiæ Curiæ maximum patiantur incommodum, & damnum,ratione dictarum gabellarum impoſitarum,& adiudicatarum, adeo quòd ferè ad maximum diminutionem ſunt reductæ,& propter dictam cauſam,etiam dicta terra depopulata extitit,& diminuta mirum in modum , & in dies diminuitur . Ad tollendum iacturam dictarum Regiarum gabellarum, & incommodum Regium ex depopulatione dictæ terræ,ſupplicat totius Regni vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati , vt placeat futuræ indemnitati reſpicere prædictæ,& quia dicta vniuerſitas vnanimiter , & concorditer animaduertens ad dicta incommoda,& irreparabile intereſſe , ratione dictæ depopulationis, dictas gabellas annihilantes ſuſtulerunt, dignetur , quòd placeat dictæ Regiæ Maieſtati,

pro-

prouidere,& mandare,vt manuteneatur in libertate dictarum gabellarum, & quòd de cætero non moleſtetur,& nihilominus commictatur calculus expenſarum factarum in dictis legationibus al quibus viris dignis probis,& bonæ conſcientiæ &,liquidato debito,ſi quid apparuerit deberi dictis Chicco,ſeu eius hæredi,& Andreæ compellatur dicta vniuerſitas ad ſoluendum dictũ reſiduum,facta compitatione redituum præceptorum de dictis gabellis,tempore,quo ipſos receperunt,deductis tamen expenſis in exactione ipſorum factis, & deductis decem pro centenario deſumma debita,quę apparuerit liquida,&,facta dicta compenſatione,vt ſupra,ſi dictus Chiccus, vel eius hæredes,& dictus Andreas apparuerint debitores,quòd illud non teneantur reſtituerẽ dictæ vniuerſitati ¶ Placet Regiæ Maieſtati,quod Vicerex dicti Regni,aut Præſidens prouideat de Iuſtitia,& conſulat idemnitati dictæ vniuerſitatis,& interim dicta Vniuerſitas non cõpellatur ad ſolutionem gabellarum.

Quòd ſit hodie de Regio Demanio hæc Ciuitas Politij, habes ſupra in cap.2.Regis Martini,tom.3.& colligitur per hunc textum propè finem,ille modus, quo ſolent vti Domini Proreges in commiſſionibus palatinis ſiue gratioſis in cauſis ciuilibus circa adiudicationes cum enormiſſima læſione factas,de quibus tetigi in pragmaticis,tit.16.de dilation.num 68.tom.1.earundem pragmat.& ſuper Bulla & Regia pragm.ampl.16.nu.142.poſt cap.Regni 355. Reg.Alph.to.5.

De extractione frumentorum, & iure tractarum. Cap. XXVII.

ITem ſupplicat vniuerſitas totius Regni Sacræ Regiæ Maieſtati, vt concedere placeat dictæ vniuerſitati dicti Regni,quòd portus maritimi non claudantur, ſed extractio frumentorum liberè fieri poſſit,retenta ſufficienti quantitate frumenti pro Regni neceſſitate,& ius tractarum,computatis omnibus iuribus granorum,& Magiſtri Portulani, in valle Mazariæ,ſit tarenorum trium,prout de præſenti eſt,& in valle Noti,tarenorum quatuor, nec poſſit augeri. Erit quidem id commodum maximum Regiæ Curiæ, quoniam agricultura augebitur,& ſegetes multiplicabuntur,& exercentes agriculturas ditabuntur,nec vlla prohibitio directè,ſiue indirectè extrahendi frumentum infra Regnum fieri poſſit pro ſubuentione locorum dicti Regni,& naues,aliaque Nauigia,quocumque modo applicauerint ad carricatoria dicti Regni, voluerint frumentum emere,& onerare in dictis Nauigijs,quod poſſint ipſa emere, & onerare,atque extrahere a dictis carricatorijs,ſolutis iuribus Curiæ, atque alijs iuribus extractionũ Viceportulano,& alijs petionis iura habentibus in dictis extractionibus,nullo expectato mandato,aut licentia Domini Viceregis,Magiſtri Portulani,aut aliorum officialium ¶ Placet Regiæ Maieſtati,quo ad extractionem dicti frumenti,vel tritici liberè ad ſex annos, & poſtea ad beneplacitum Domini Regis fiat,vt ſupplicatur;dum tamen quòd in Valle Mazariæ, vltra tres tarenos,qui ſoluuntur,addantur grani decem & in Valle Noti,vltra tarenos quatuor, qui exiguntur,addantur alij grani decem,qui exigentur ad vtilitatem Curiæ &, durante prædicto tẽpore, precium prædictum non poſſit augeri,& fiant publica banna & proclamata per Regnũ de hoc.

Vide de hoc Regni capitulo bimebri continente extractionem frumentorum, & ius tractarum, quæ ſcripſi in pragmaticis,tit.17.de prohib.extract. frumenti in princ. & per totum & in 4.intellectu vbi in materia ipſarum tractarum,& in tit.xi. de Officio Magiſtri Portulani,in pragmat.3.§.1.in notabilibus ibi poſitis,tom.2.earundem Pragmaticarum.

De Salarijs Officialium ſuper Fiſcalijs non habendis, Cap. XXVIII.

ITem,cum contingere poſſet,quod Regij Officiales,& maximè iuriſdicionales Salariati, habentes priuilegia,ſalaria eorum conſequi debere ſuper fiſcalijs,quòd cupidi fortè conſequẽdi ſalaria,aliquos indebitè affligerent ſupplicat totum Regnum eidem excelſo Principi, & placeat concedere dicto Regno,quòd dicti Officiales non habeant conſequi eorum Salaria ſuper dictis fiſcalijs,ſed alijs iuribus Curiæ ¶ Non placet Regiæ Maieſtati quia aliunde in præſentiaru nõ occurrit,vnde poſſit prouidere ſalarijs Officialiũ,attentis oneribus,& expenſis factis.

Pulchrè de hac materia ſcripſi in pragmaticis,tit.8 de Officio Theſaurarij in Notabilibus, ibi tom.2.pragmaticarum vbi apportaui concordantes pragmaticas ordinantes,vt ſalaria præſertim F. P. ſoluantur ſuper his fiſcalijs, & quare.

De Locumtenente in officio Magiſtri Iuſtitiariatus,non votante, nec ſententiam ſuam dicente, in cauſis quibuſuis, Cap. XXIX.

ITem ſupplicat totius Regni vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, vt placeat concedere toto Regno prædicto,quòd Locumtenens in officio Magiſtri Iuſtitiariatus non poſſit aliquo modo votare,nec ſententiam ſuam dicere in cauſis criminalibus, nec etiam fiſcalibus,nec etiã ciuilibus,directè,vel indirectè,nec ſibi delegari poſſint prædictæ cauſæ, nec diſpenſari con-

tra

Digitized by Google

tra dictum Capitulum quouis modo per eum,qui in Regno Vicarius erit, ſiue vicem regens in endè Regno Sacræ Regiæ Maieſtatis,& ſi dictus Locumtenens quouis modo in dictis criminalibus , & ciuilibus cauſis directè,vel indirectè,vel,ſvt delegatus ſe impediret, ipſo iure ſit priuatus ſuo officio,& impunè poſſit ſibi non pareri, cauſæ declarabuntur Sacræ Regiæ Maieſtati , & quòd de cætero ſit miles , & non Doctor ¶. Non procedit :

SVMMARIVM.

Magiſtri Iuſtitiarij officium exercuerunt Thomas de Monte Cateno, & Petrus de Aragona Comes Goliſani,& Guglielmus Raimundus de Monte Catino,num. 1.

Magiſtri Iuſtitiarij officium eſt vnum de ſeptem officiis principalioribus,num.2.

Magiſtri Iuſtitiarij poteſtas , & officium eſt ſuper omnes Iuſtitiarios,num.3 & ſeq.

Magiſtri Iuſtitiarij officium eſt,circuire prouincias ſibi decretas , recognoſcere de magnis cauſis criminalibus,& maleficiis perpetratis, æquiparatur Pretori Romano,vel Conſuli,eſt maior cæteris officialibus Regni , habet omnem coertionem,eſt vindex omnium delictorum omnis ſexus , & omnis perſonæ etiam illuſtrior eius paret imperio cuius gladius vibrat omnes, num. 4. omnes ſupplicationes ad eum offerebantur , & quas poterat expedire expediebat,cætera, Principi referebantur, n. 5 cognoſcit de cauſis feudalibus , num.6. de quæſtionibus Curialium, num.7.cognoſcit de appellationibus , & conſultationibus inferiorum Iudicum num 8. reſtituit poſſeſſionem ſpoliatis.& deſtitutis num.9. cognoſcit de iniunctionibus.& concuſſionibus pactis per inferiores , & poteſt liberare carceratos iniuſtè detemptos, num. 10. audit querimonias, quæ fiunt contra Iuſtitiarios,ſecretos Cameræ, Caſtellanos,& alios,num.11.aduertit ne officiales corrumpantur, nec munera accipiant, nu. 12.poteſt cognoſcere de cauſis ciuilibus inter certas perſonas , & prorogatur in eum iuriſdictio,num.13.vocatur maius luminare, nu. 14 & quod ipſe obſeruat , aliæ Curiæ debent obſeruare,& eſt tribunal ſupremum,num. 15. induebatur purpurea veſte , cũ quando ibat ad ſepulturam , & ſedebat primus ex parte ſiniſtra in parlamentis, & plures alias habebat præeminentias,num. 16.

Iuſtitiarij officium eſt cognoſcere de cauſis criminalibus , & maleficiis perpetratis , ibid. num 4.

Magiſtri Iuſtitiarij loco hodie in Regno ſucceſſit Præſes Magnæ Regiæ Curiæ,num.17.

Præſes Magnæ Regiæ Curiæ dicitur Proconſul,& Curiæ Præfectus, & eſt loco Magiſtri Iuſtitiarij,cuius eſt locum tenens,& ſubſtitutus,cuius vices gerit,num.17.& num ſeq.

Præſes Magnæ Regiæ Curiæ regit ipſam M.R.C. cum ſex Iudicibus,quibus præeſt , habens iuriſdictionem ordinariam,& ei delegari ſolent cauſæ & per eum fit diſtributio cauſarum, num. 18. & ſeq.

Præſes Magnæ Regiæ Curiæ non habet votum, nec ſententiam poteſt ferre , niſi vt delegatus, & quando ſuccedit loco Iudicis ſuſpecti, nu. 19.

Iudex Magnæ Regiæ Curiæ ſi aliquis eſt ſuſpectus,ſuccedit Præſes Magnæ Regiæ Curiæ, ibid.

DE materia officij Magiſtri Iuſtitiarij, & de eius Locumtenente latè ſcripſi in cap.66.Regis Martini ſupra,tom. 3.in 4.notab.vbi num.57. facio mentionem de hoc capitulo,& infra in cap.230. Regis,& Imperat.Caroli V. tom. 8. & feciſſe mentionem de hoc officio Magiſtri Iuſtitiarij Inclitus Rex Ioannes in ſua pragmatica Regia 1.& 2.tit. 1.de offic. Proregis, tom. 1.ipſarum pragmaticarum,vbi ſcripſi , &
1 nominauit † Spectabilem Thomaſium de Monte Cateno Conſiliarium, & Magiſtrũ Iuſtitiarium in hoc Regno ; ſicut etiam aliàs hoc iddem officium exercuit Petrus de Cardona,Comes Goliſani , vt ſupra in cap.407.& 449.cum concluſione priuilegij Regis Alphonſi,propè medium, to. 5. prout etiam Guglielm. Raymundus de Monte Cathino,habes infra poſt capit 89.huius Regis Ioannis in fidehomagio, per eum præſtito,tamquam vnum ex Oratoribus, huius Regni,mox Bernardum de Caprera, qui mortuo ipſo Rege Martino,ſtante Vicaria, & reſidente in Regno Sereniſſima Regina Blancha eius relicta,quam,ex quo volebat ipſam capere , prout habes ſupra in proæmio,in princip.hac de cauſa ipſius delapreca Magiſtri Iuſtitiarij omnia acta tamquam iniqua,iniuſta , & violenta Sereniſſimus Rex Ferdinandus in Regno ſuccedens ſtatim abrogauit,& irrita, ac nulla declarauit prout in d pragmat. 1. & 2. eſt
2 vnum Magiſtri † Iuſtitiarij officium de illis ſeptem officijs principalioribus,de quibus in Regno Neapolis facit mentionem Marin.Freccia in tract.de ſubfeudis, 4. tit. de ſeptem officijs Regni, fol.21. cum ſeqq. & tit.de officij Magiſtri Iuſtitiar. lib.1. cu-
3 ius poteſtas , & authoritas eſt † deſcripta in conſtit.Regni,ſtatuimus , & in conſtit. Regni Magnæ Curiæ , cum ſimilib. quaſi ſuper omnes Regni Iuſtitiarios, qui plures ſunt,conſtit.Regni Capitaneorum , tit. 43. de offic.Capitaneorum lib.1. & conſtitur.
4 occupatis nobis , & ibi dicitur † quòd ad eũ ſpectat , circuire prouincias ſibi decretas,recognoſcere, de magnis cauſis criminalib.ac maleficijs publice perpetratis ſicuti eſt adhuc hoc munus Iuſtitiariorum , vt habes ſupra in cap.51.Regis Martini, verſic. cauſas capitales d.tom.3.tam per Vniuerſitates locorum , quàm Comites & æquiparatur Prætori Romano,vel Conſuli, cum maior ſit cæteris officialibus Regni, & mem-

& membrum capitis, ex Alciat. & Imol. Spieg.in l.cui præcipua,de verbor. ſignif. ex quo per hoc imperium alijs ſit potentior, habeat omnem correctionem vindex ſit omnium delictorum,omnis ſexus, omniſque perſonæ,etiam alijs illuſtrior, cius paret imperio,cuius gladius vibrat omnes
5 imo ad ipſum † omnes petitiones ſiue ſupplicationes tamde Iuſtitia,quam de gratia offerebantur; & quæ ipſe poterat expedire,debebat expedire, alias remittebat ad conſcientiam Principis, conſtit.præcipimus, tit.de impetr litteris a Curia Magiſtri Iuſtitiarij,lib 1.vt meminit ipſe Frecc. num. 34 vb quod illas decretabat cum Regio Secretario, & cum conſilio vnius
6 iudicis M R.C. Item eius officiũ eſt † cognoſcere de cauſis feudalibus vt melius dictum eſt ſupra in cap.450. eiuſdem Regis Alphonſi,in princ. d. tom. 5. Item cogno-
7 ſcere † de Curialium quæſtionibus,ita habetur in noua conſtitutione Frederici Imperatoris,ſub tit 40. Vt poſt renunciationem,fol 67. col 1. vbi etiam quòd cogno-
8 ſci de appellationibus † & conſultationibus inferiorum iudicum, & del gatorum. Item eiuſdem eſt facere,vt deſtitu-
9 tis † ſiue ſpoliatis reſtituatur poſſeſſio, vt habes ſupra in cap.54. Regis Ferdinandi,
10 ampl.1. 10.7. Iniunctiones † concuſſiones, ac oppreſſiones factas per inferiores iudices emendare,& carceratos & iniuſtè detemptos liberari facere, etiam inconſulto Principe,vt in alia cõſtit.Regni, Magiſter Iuſtitiarius,tit 42.eod.lib.1.præſertim ſi dicta delicta, & maleficia fuiſſent commiſſa ipſo Magiſtro Iuſtitiario præſente in loco,vel parum ante ſuum aduetum, prout hæc habentur in ead. cõſtit.Capitaneo-
11 rum,vbi etiam ſubiungitur quod † audiet querimonias,quę fiunt contra Iuſtitiarios Regionum,Secretos Cameræ,Caſtellanos, Procuratores Demaniorum,& defenſarũ, quorum exceſſus puniet, non amouendo tamen dictos Caſtellanos ab officio abſq; facto verbo excellentiæ ſuę,vt dixi in cap. 40. & 41. Regis Alphonſi, d. tom. 4. & ibi etiam in d.conſtit.habes, quòd debent dicti Magiſtri Iuſtitiarij aduertere ad offi-
12 ciales † ne corrumpantur, nec munera recipiant vt latius ſuis locis dixi. Rurſus licet officium ipſius Magiſtri Iuſtitiarij ſit
13 † circa criminales prædictas quæſtiones, attamen int r certas perſonas poteſt etiã de ciuilibus cognoſcere,ex quo d citur generalis Iudex vt in d.cap 51.Regis Martini dixi n 19.& poteſt in eum cũ toto hoc fieri prorogatio ad tradita ſupra in c. 6. Regis Petr.inter capit. Reg. Feder.col.1.& ſeq. tom 2.vnde ſubiunxit idem Marin.Frecc. in d tit.de offic.Magiſtr.Iuſtitiar.num. 36. quòd non abre idem Federic. Imperat. in conſtit.honorem, ipſum Magiſtrum Iuſti-
14 tiarium † vocauerit maius luminare, ſub cuius aduẽtu ſilet luminare minus, & q

15 ipſe obſeruat † in ſua Curia,aliæ Regni Curiæ obſeruent:in ſumma eſt tribunal ſupremum, & venerandum dans reſponſa omnib officialib. um conſulentibus, & ſine ſalario,facit tranſumptũ inſtrumenti, vel priuilegij ſine partis citatione, vt in ritu
16 poſui cap. 101. num.19. induebatur † purpurea veſte,etiam quando ibat ad ſepulturam & ſedebat primus ex parte ſiniſtra Dom.Reg. in parlamentis, prout hæc & alia poſt multas Regni cõſtitutiones, poſt Ant.de Alexand. & Luc. de Penna recenſet ipſe Freccia,a num. 34. vſque ad finem Petr.Rebuff.in conſtit Regni Curia Magiſtri Iuſtitiarij, vbi meminit eius eminentiarum,quas habet plures.
17 Caremus nos hodie hoc officio † ſed eius loco eſt Præſes Magnæ Regiæ Curiæ, ſiue Proconſul & Curiæ præfectus ſecundum aliquos,prout dixi in prag.14.tit.2.de offic Iud. M. R. C. ſub num. 11. & 17.tom. 1.pragmaticarum, & ob id merito Fidericus Imperat in conſtit. Præſes prouinciarum,& in proœm. conſtit. appellat Præſides,vt per eundem Frecc. loco citato, nu. 12. & 13. faciens mentionem de hoc Regno Inſulæ Siciliæ num 14 ex Luc.de Penna,in l. ſi cum ingenuum, C ne quis liber inuitus,lib xi.& num. 15 ſubdit quòd huic dignitati adaptari poteſt ipſius Magiſtri, Iuſtitiarij ſubſtitutus,ſiue locumtenens, vt hic,& per eundem Freccia d. num. 15 16. 17.18.in quibus loc s dicit eſſe hoc officiũ Præſidis, ſiue locumtenentis dicti officij Magiſtri Iuſtitiarij deputatum à Rege & ab eo creatum, non autem ab ipſo Magiſtro Iuſtitiario,cuius vices gerit iuxta notata per Bart.in l.ſi filius delegat cap præcipimus diſt.93.Luc de Penna in l præcipit C.de can. largition. lib. x.Iacob.Rebuff in l.1.C.de collegiatis,lib.x.in ſumma iſte Prę
18 ſes † Regię M.R.C. cum Iudicibus ordinariam habens iuriſdicionem ex antiqua cõſuetudine,licet hodie delegentur cauſæ ipſi & ab eo cauſarum fiat diſtributio, itaq; ſeruamus, quia deſignat Iudices, & exercet omnẽ eius nomine iuriſdicionem ipſius Magiſtri Iuſtitiarij, vt ex ipſo Marin. Freccia poſt Chaſſan Boer. Pyrr. Tiraqu. Budæum,& alios,vbi quòd præeſt illis ſex Iudicibus experimento probatis,legumq; ſcientiæ peritis,ac Iuſtitiæ zelatoribus,& toto tribunali ipſius M.R. C. vt ad largas ſcripſit Maſtrill collega noſter in ſuo trac. de Magiſtratibus, lib. 5. cap. 6. num. 175. & c.8.n.18.cũ ſeqq.p.1. & cõſequẽter non
19 habet † vetum, nec ſententiam poteſt ferre,vt hic, niſi cauſæ eſſent ſibi delegatæ, vt Iudex, maximè ex actu per quẽ quãdo aliquis ex Sp: Iudicibus eſſet ſuſpectus intrat Illuſtris Præſes quicquid hic ſubditur ibi (*nec ſibi delegari poſſint, &c.*) nam non procedit,quinimmo in dies videmus eis eſſe delegatas cauſas,fortaſſe loquitur hic de locumtenente laico.

De Capitaneis non habentibus merum, & mixtum imperium cognoſcentibus de furtis vſque ad vnciam, Cap. XXX.

ITem ſupplicat totius Regni vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd Capitanei non habentes merum, & mixtum imperium, propter frequentiam furtorum minutorũ, poſſint cognoſcere de furtis aſcendentibus ad vnciam vnam infra, ipſaſque cauſas, & accuſationes, ſeruato iuris ordine, terminare, & punire, prout in cęteris criminalibus cauſis, in quibus iuriſdictionem habent, facere conſueuerunt ¶ Placet Regiæ Maieſtati, dummodo tamen non poſſint componere iuxta Regni capitula, ſuper furti crimine, alias impetrata.

SVMMARIVM.

Capitanei non habentes merum, & mixtum imperium poſſunt cognoſcere de furtis ab vncia vna infra iuris ordine ſeruato, num. 1. & 16.

Iuſtitiarii poſſunt cognoſcere de furtis tam minimis, quàm magnis, & quomodo, ibid.

Magiſtri Iuſtitiarij cognoſcunt etiam de quibuſuis furtis, ibid.

Nomina, & cognomina ſunt conſonantia rerũ, num 2.

Iuſtitiarij cognoſcunt de omnibus criminibus imponentibus pœnam membrorum, & quæ ſint, num 3. & quid in cauſis ciuilibus, num. 4.

Minima licèt non curantur, fallit in furtis minimis num. 5. cum ſeqq.

Furtum committitur adhuc in vno ouo, & an ſit leue delictum, ibid.

Furtum eſt ſi quis rapuit terram, vel lapides, n. 6. & 7 8. 9.

Furtum faciens de ſacco pleno nedum tenetur de rebus intus ſaccum ſed etiam de ipſo ſacco, num 8.

Furtum eſt ſi quis rapuit gallinas, anſeres, anatras, cuniculos, capras, porcos, & ſimiles, nu. 9 cum ſeqq

Furtum committitur ab eo, qui rapuit animalia manſueta, puta, canes, ſues, columbas, & cætera, num 10

Furtum dicitur magnum, vel leue attenta qualitate perſonarum, & rei ſubtractæ num. 11. cum ſeqq.

Furtum committitis, qui rapuit repertorium Doctori, num. 12 & ſeq.

Furtum magnum dicitur qui rapuit porcum ruſtico, num 13 & ſ q.

Pauper plus exiſtimat porcellum, quàm lumen ſiue oculum, num. 14.

Furtum commiſſum dicitur per illos pauperes, qui facto furto viſi ſunt mox expendiſſe maximam quantitatem pecuniarum, contra quos oritur indicium furti, num. 15.

Furtum ſi eſt factum de animalibus per aliquem, qui fecit in eis expenſas, non poteſt repetere, num. 16.

Iudices idiotæ cognoſcunt ab vncia vna infra, ibid

Furto pro paruo an, & quando quis poſſit ſuſpẽdi, num. 17. cum ſeqq.

Pœna an, & quando poſſit in furtis minimis mitigari, ibid.

Furtum ſi eſt factum poteſt ſtari iuramento derobati circa valorem, num. 18.

Latrones famoſi ſic dicti in malam partem, num. 19. & ſeq.

Famoſa res poteſt accipi in bonam, & in malam partem, ibid.

Iniuria dicitur facta illi, cui aliquid eſſet dictũ ironicè, & quando, num. 20.

Furtis pro tribus poteſt quis ſuſpendi furcis, & quomodo dicantur, num. 21. cum ſeqq.

Furtorum pluralitas requirit pluralitatem temporum, num. 22.

Furtum ſi eſt factum cum armis, vel ni poteſt fur fureis ſuſpendi, ibid.

Furtum iſto eſſet vnicum, tamen eſſet magnum, & enorme, eſt locus furca, num. 23.

Furta tria ſi ſunt facta, ſiue ſint magna, ſiue parua, non poteſt fur ſuſpendi de vſu, niſi in aggreſſoribus viarum, & in furtis factis cum armis, num. 24. & ſeq.

Furtum ſi eſſet commiſſum per publicũ, famoſumquè latronem, debet probari hæc qualitas, nec ſufficit eius confeſſio, niſi conuictus eſſet, ibid.

Furta punita aggrauant noua furta facta, & cõbinari ſolent, num. 25.

Furti in materia an, & quomodo debeat conſtare de delicto in genere, num. 26.

Furtum ſi eſt factum de animalibus groſsis eſt locus furcae, num. 27.

DIuiſi hanc furtorum materiam præciſè in duobus capitularibus Regni, tractando, ſuperius enim in cap. 471. Reg Alphonſi, tom. 5. egi de magnis, hic vero cadit materia de minimis furtis. licet tamen in infraſcriptis pragmaticis quàm etiã in alijs captularibus adhuc de vtriſq; tetigi. Ex hac igitur rubrica habetur, quòd Capitanei † non habentes merum, & mixtũ
1 imperium, poſſunt ob frequentiam furtorũ cognoſcere de furtis minimis aſcendentibus vſque ad vnciam excluſiuè, iuris ordine ſeruato, & prout inferius videbimus, maximè num. 16. & econuerſo colligitue, quod quando habent merum, & mixtum imperium, ſecus eſt, quia circa cognitionem delictorum, & furtorum tam minutorum quàm magnorum, & groſſorum, vt ita loquar, verſatur eorum officium, prout habent Magiſtri Iuſtitiarij, de quibus ipertũ eſt in conſtit. Regni, Capitaneorum, tit. 43. de Offic. Capitaneorum, lib. 1. vbi Andr. &

Aiſſ.

& Affl & prout poſui de ipſo Magiſtro Iu-
ſtitiario infra in cap.230. Reg s, & Imper.
Caroli V. verſic. ſecundo ſcias, tom. 8 vbi
quaſi eadem cognitio cognoſcēdi delicta
reſidet in ipſis Iuſtitiarijs, ſicuti in Magi-
ſtro Iuſtitiario, & eſt capitulum Regni ſe-
riatim de hoc poſitum infra in capit. 127.
Regis Ferdinandi, tit. de modo conceden-
di merum, & mixtum imperium Capita-
neis, &c. tom. 7. Quibus capitaneis, ſiue Iu-
ſtitiarijs, conuenit ſiquidem, vt correſpon-
deant nomini, & normæ, ſicut dici ſolet
2 vulgò, quòd nomina † & cognomina ſunt
conſonantia rerum, §. eſt & aliud, Inſtit. de
donat. conſtit. Regni Iuſtitiarij nomen,
vbi Affl. & alij, tit. 44 de offic. Iuſtitiariatus,
lib. 1. l. defenſores, cum concordant. C. de
defenſor. ipſiſq; Iuſtitiarijs, vel Capitaneis,
quando eſt conceſſum prædictum merū,
ac mixtum imperium, video eſſe multa
conceſſa ex eorum iuriſdictione, vt dicitur
3 in d. conſtit. quia † cognoſcunt de omni-
bus criminibus imponentibus pęnā mem-
brorum, vt ait ibidem ipſe Affl. per l. illici-
tas, §. qui vniuerſas, ff. de offic. Prætor. & in
effectu in ipſa conſtit. quaſi enumerātur in
ſpecie cognitiones cauſarum, quas ipſi ha-
bent, nempe in puniendis latrocinijs ma-
gnis, fracturis domorum, inſultibus, incen-
dijs, arborum inciſionibus, fructiferarum,
& vitium, in violentia mulieribus illata,
duellis, criminibus læſæ Maieſtatis, armis
molitis, defenſis impoſitis, & cōtemptis,
& generaliter in caſtigandis conuictis, &
alijs cauſis, de quibus ibidem, ac etiam de
feudis non magnis, & de quibus omnibus
hic enumeratis, vide quæ ſcripſi ſupra in
cap. 51. Regis Martini, a nu. 16 cum ſeqq.
tom. 3. & in ſumma, licet in ead. conſtitut.
ſint poſita aliqua enumerata, attamen po-
ſita ſunt cauſa exempli, quia iam Iuſtitia-
rij, ſiue Capitanei cognoſcere poſſunt de
omnibus alijs quæſtionibus criminalibus,
vt ibi per eundem Affl. per iura ab eo ad-
ducta; & inſuper habent quādoque ipſi Iu-
4 ſtitiarij cognitionem † cauſarum ciuilium
implicitam habendo in hoc iuriſdictionē
id eſt non exercitium ipſius iuriſdictionis,
ſed in iuriſdictionem, v.g. quādo Iudices ſūt
renitentes in faciendo iuſtitiā, vt per Affl.
ibid. & in illis alijs caſibus quos notaui in
cap. 6 Regis Petri inter capitularia Regis
Federici, tom. 2 fol. 372. & in pragmaticis,
tit. 47. de furtis num. 22. tom. 1. ipſarū prag-
maticarum cum ibi citatis, & ita ſeruatur
in Regno.

Sed quorſum hæc dum hic agi intendi-
tur de furtis minutis, & minimis à dicta
vncia vna infra, quia eſto dicatur quod de
minimis non curat Prætor, vt videbimus
infra in cap. 52 ſub verſic. ratio, attamen
5 in materia iſta furti eſt cōſiderabile † quia
adhuc de minima re committitur furtū,
vt in c. fin. 13. quæſt. 6. vnde legimus quòd
etiam in vno ouo cōmittitur, vt eſt gloſſ.
in §. gallinarum, Inſtit. de rer. diuiſ. cum ſi-
milibus, quæ adduxi ad eaſdem pragmat.
tit. 47. de furtis, num. 8. l. naturalem, §. galli-
narum, ff. de acquir. rer. domin. Gandin. in
rubr. de furib. & latronib. num. 15. Beluiſ.
Corrad. Couarr. Clar. Baiard. Viu. Boniſac.
Claud. ad Bertazz. & alij, de quib. per Fa-
rinac. d. tit. de furtis, quæſt. 174. part. 1. num.
70. 71. 72. 73. quicquid dixerint Angel. Mar-
ſil. Couarr. Bertazzol. Boniſac. & Tuſch. de
quib. per eum d. num. 70 qui voluerunt im-
punibile eſſe furtum in re minima, quia
contrarium eſt verum, vt per eoſdem &
Hoſtienſ. Menoch. Petr. de Gregor. & ſimi-
les, d. num. 71. & ſeq. vbi determinant ſic,
cōmitti in re minima ſicuti de re magna,
parique pęna punietur qui abſcidit mar-
ſupium, in quo non inuenit, niſi vnū groſ-
ſum, ac ſi in eo inueniſſet aurum, quamuis
ſoleat mitigari pæna, vt ibi per eos, eſt ve-
rum quòd licet hæc modica operétur fur-
6 tum † & delictum, tamen cum ioco hoc
dicitur leue, vt poſt Crauett. in conſ. 46 n.
14. cum ſeqq. dixit Tuſchus in ſuis practic.
concluſ. iuris, verbo, minima, concluſ. 239.
num. 55. tom. 5. ſicuti etiam poſſemus exē-
plificare in rapiente de fundo alieno certā
7 † terram, vel lapides, quia iam furtum eſt,
ex quo domino inuito ſubripiuntur, l. ſi
certæ ff. de furt. Bald. in l. 1. col. xi. C. de ſer.
fugit. Angel. de Aret. in tract. malefic. ver.
veſtem cæleſtem, & exemplificant etiam
8 DD. in furante † ſaccum plenum, nam ne-
dum tenetur de illis rebus, quæ intus erāt,
ſed etiam de ſacco, l. qui ſaccum, ff. de fur.
9 vbi DD. vel in furto gallinarum † ana-
trum, anſerum, cuniculorum, capra-
rum, porcorum, & ſimilium valoris tamē
de quo hic ab vncia vna infra, & prout po-
ſui in deciſ. M. R. C. 40. nu. 42. & de quibus,
loqui videtur Farin. in tract. de fur. quæſt.
168. num. 30. part. 1 qui facit mentionem
de illis Zingharis rapientibus dictas galli-
nas, vel anſeres, quia eſto minimū ſit fur-
tum, puniri tamen debent ex Plot. conſ. 50
num. 27. Baiard. ad Clar. in §. furtum, nu.
90. Boniſac. in tract. de furt. §. animo lucrā-
di, num. 222. & ſeq. ſic de rapientibus ani-
10 malia facta manſueta † v.g. aues, canes, fa-
uum mellis, apes, & ſimiles, vt per text. in
l. ſi pauonem, ff. de furt. & columbas de co-
lumbario tradiderūt Baiard. ad Clar. poſt
Chaſſan. in §. furtum, num. 91. Petr. Caball.
Petr. de Gregor. in ſyntagmat. iuris, lib. 37
cap. 5. rubr. de furt. animal. num. 14. Cępoll.
Boniſac. & alij, de quib. exemplificat idem
Farinat. de furt. d. quæſt. 174. part. 1. num.
89. 90. & 91. conſequenter dum in hoc capi-
tulo dicitur, ibi (*furtorum minutorum*) ſub-
15 audiendum eſt maximè attenta † dicta
qualitate perſonarum, prout de illis Zin-
gharis, gētibus pauperibus, & cęteris, quia
vt dicit Angel. in §. ij, qui, num. 4. Inſtit. de
oblig. quæ ex delict. naſc. furtum tunc di-
citur magnum, vel leue, ex qualitate per-
ſonarum, ac rei ſubtractæ, idem ſcripſit in
tract. malefic. in verbo, etiam veſtem cæle-
ſtem, num. 33 Beluiſ. in ſua pract. rubr. de
furib. & latronibus, num. 8. & 14. Sanct. de

Digitized by Google

Aret.conſil.crimin.diuerſor.30.num.1.Ca
ball.in ſuis reſolut.caſu 204.num.15.& 17.
de quib.per ipſum Farinat.in d.tract. de
furt.d.quæſt.174 part.1. num.113.ſol.meo
88.& ſeq & quæſt.165. num.17.18. & ſeq.
vbi etiā ponit exēplū de furante repertu-
12 rium Doctori † in quo multum inuigila-
uit,quia etſi videatur minutum furtum de
perſe,tamen,ratione rei eſt magnum ,ex
Menoch.de arbitr. quæſt. lib.2. caſu 295.
num.10.qui exemplificat eſſe furtum ma-
gnum,& de alio exemplo de furante por.
13 cum ruſtico † quia adhuc eſt magnum,li-
cet ipſe Farinac.hoc nō credat, ſed ego ſic
credo cum ipſo Menoch. per ea, quæ ad-
notaui in cap.Ritus,177.litera I. to.4. vbi
poſt Tiraquell.in tract.de Nobilit.cap.20.
ſub num.126.poſt Accurſ.in l.illicitas,§.ne
potentiores,ff.de offic.Præſid.Bald Cępol.
gloſſ. & Natt. qui dicunt quòd pauper
14 † plus exiſtimat porcellum,quàm lumen,
ſiue oculum,in ſumma eſt arbitrarium , vt
de furto libri ad Doctorē , de furto canis,
cuius ope ſolertiſſimus circulator ſibi , &
familiæ ſuæ victum, & veſtitum ſuperlu-
crabatur,& prout ex Peguera deciſ.crim.
27.num.7.Bonaccoſſ.in com.opin. part-2.
verſ.furtum,idem Caball. reſolut. crimin.
caſu 18.num.xi.Ceuall. com. contra com.
quæſt.741.num.6.& ſeq.Bonifac. de furt.
§.fin num.56.eſt verum quòd ſi dicti pau-
15 peres† qui præcēderentur derobaſſe quid,
viſi fuiſſent mox expendidiſſe pecuniarū
quantitatem,oritur contra ipſos maximū
inditium furti,ex his,quæ videbimus infra
in cap.45.ſub verſic.quantum vero intan-
tum,vt eſto hæ ſimiles perſonæ prætende-
rent v.g.feciſſe expenſas in illis rebus fura-
16 tis † non poſſint tamen eas repetere,vt di-
xerunt gloſſ.& Bald.in l.inuito,C.de infan
tib.expoſit.Igitur de his furtis minutis lici-
tum eſt cognoſcere etiam dictos Capita-
neos ab vncia prædicta vna infra, quoties
non haberent merū, & mixtum imperiū,
& hoc iuris,& Ritus ordine ſeruato,vt eſt
dictum,ſupra num.1.quia hoc capit.non
loquitur diſpēſatiuo modo,& hoc ad ſimi-
litudinē in ciuilibus de illis Iudicib. Ideo-
tis,qui ab vncia vna infra cognoſcunt cau
ſas,vt in pandectis huius Vrbis,vt ſuo loco
vidimus .

Licet tamen quandoque videatur per
17 ſtatuta fieri poſſe† vt etiā pro paruo furto
quis poſſit ſuſpendi ex his,quæ pōſui in de-
ciſ.60.verſic.ex ſupradictis , tamen Iudex
poſſet moderare pænam citra mortem,vt
ſcripſi in d.pragmaticis,d.tit.47.extenſio-
ne 2.d.tom.1,pragmaticarū,& conſequen
ter poteſt per Iudicem pæna alterari , &
mitior imponi,vt dixit Ludouic. Pontan.
conſ.460 Auguſtin in Additionib.ad Ang.
Aret.in tract.malefic.verbo,veſtem,in Ad
ditione,tu autem, &c. eſt verum quòd lo-
quutus ſui in dictis locis de furtis factis cū
armis,& in campania per latrones dero-
bantes , de quibus in eiſdem pragmaticis,
extenſione 9.num.31.&ſeq.& deciſ.60.n.
7. vbi feci mentionem de pragmat.Illuſtriſ-
ſimi Ducis Feriæ olim in hoc Regno Pro-
regis,& de cōfrōtatione inter derobatos,
quibus creditur,& derobantes , quam plu-
ries obſeruauimus Meſſanę exiſtētes Ann.
18 1617.nec mirum † quia iam videmus de
iure quòd ſtatur iuramento damnum paſ-
ſi,& ſic derobati contra derobantem ad
probationem valoris rerum furatarum, ſi-
cut contra violentum per l. ſi quando , C.
vnde vi,gloſſ.Innoc.Bald. Angel. Alex. &
alij de quibus per Bertacchin.in ſuo reper
tor.verbo,iuramentum,fol.138.col.2.part.
3.Et hoc totum eſt in odium illorū , famo-
ſorum latronum,ita ſic dictorum famoſo-
rum,in malam partem † vt in eiſdē prag
maticis ſcripſi num.4. ſicut dicimus de fa-
moſis libellis in malam partē vt in dictis
pragmaticis,tit.40.num.1.argumento illa-
rum illationum,quas facit Tiraquell.in
tract.de nobilitate,cap.2.vbi à num.26.vſ-
que ad num.41.demonſtrat nobilitatē,ne-
dum in bonam,ſed in malam partem, ibi-
que enumerat famoſa in malam partem
infamando,nempe de famoſo iudicio , fa-
moſa actione,famoſa cauſa, famoſo inter-
dicto,famoſo carmine,famoſis verſibus,fa-
moſis epigrammatibus,famoſis ſcriptis,fa-
moſis libellis , famoſis iniurijs,famoſis gla-
diatoribus, famoſis Hebræis Gigantibus,
famoſo pudore,famoſa meretrice , famoſo
prædico , famoſo latrone , famoſe prædo-
ne, famoſa iniquitate , famoſo hoſpite , &
ſimilibus, ſic de Illuſtri,ſplendido,alto,in-
ſigni,Inclito,notabili,in malam partē , vt
ibi latè,& eruditè per eum , qui loquitur
in ſpecie de his famoſis,immo famoſiſſimis
latronibus in hanc malam partem, quibus
caſibus puto totum eſſe dictum Ironicè,&
non vere,& conſequenter eſt iniuria , &
20 cum animo iniurandi prolata † v.g. tu es
bona mulier,bonus vir,bonus Clericus,bo
nus Aduocatus,& ſimilia,vt poſt Bellaper.
in l.ſi non conuicij,col.2.C.de iniur.Ioān.
Fabr.Carauit.Clar. Baiard. Fab. à Monte-
leone Placha,Boer.Beluiſ.Auguſtin.ad An
gel.de Malefic.Surd.Bertazol.& alios tra
didit Farinac.in ſua theorica, & prax. cri-
minal.de var. ac diuerſ. criminib. quæſt.
105.inſpect.3.nu.103.& 117.part.3.Quam-
uis(vt ſequar quæ hic tetigi) pro magnis
21 † & tribus furtis regula eſſe videatur ordi-
naria,vt poſſit furcis ſuſpendi, vt eſt vide-
re per ea quæ dixi in d.cap.471. Regis Al-
phonſi,ampl.1.num.5.cum ſeqq d.tom.5.
de quibus memini in d.deciſ.40. num.28.
& ita dixit Bald.in l.nemo, C de Epiſc. &
Cler.& in Auth.ſed nouo iure, & ibi gloſſ.
C.de ſeru.fugit.cum illis tamen intelligen
tijs & limitationibus,de quibus tetigi in
d.cap Regni,471.Regis Alph.& ponit Io:
Bertacch.in ſuo repertor.verbo furtum,
fol.424.col 2. part.2. nēpe vt non ſufficiat,
vt vna vice plura furta ſubtrahantur , nec
ſi pluribus vicibus cōtinuatim quis vadat
v.g.ad doium vini , & de eo extrahat plu-
ra vaſa diuerſis vicibus continuatis horis,

vel

Digitized by Google

vel ſi vadit ad acerſium frumenti pluries
tempore continuato, quia dicit ipſe quòd
vnicum furtũ eſt, ex Angel. Alex. Auguſt.
Bart.& ſimilibus, quaſi dicat quòd plurali-
22 tas furtorum † requirat pluralitatem tem
porum, quia illis caſibus eſt verum quod
poſſet furcis ſuſpendi, aut quando, quis ar-
mis, vel vi auferret, vt ſubiunxit idem Ber-
tacchin. aut eſto vnum furtũ eſſet factum,
23 fuiſſet fortaſſis magnum † vel enorme ſe-
cundum aliquos, qui voluetunt poſſe ad-
huc furcis ſuſpendi, & per tacta à Iaſon. in
l.1. col.2. C de precib. Imper. offerend. quã-
uis idem Bertacchin. referat quòd alij te-
nent contra, & Aemil. Maria Manoleſſ. ad
eum ibidem: Cõcluditur in ſumma, quòd
24 ſiue tria furta eſſent magna † ſiue parua,
non poteſt ex nouo iure fur ſuſpendi nec
morte dãnari, quia licet de iure aliud eſſet
de vſu tamen non ſeruatur, vt ait idẽ Ber-
tacchin. ibidem col. 3. & 4. niſi in aggreſ-
ſoribus viarum, & in dictis famoſis latroni
bus cum armis, & violentia, nam iſto caſu,
ſiue furtum eſſet vnicum, ſiue plura, ſiue
magna, ſiue parua, poteſt fur ad mortem
damnari, probata ſemper tali qualitate
de publico, & famoſo latrone, ex quo non
ſufficit ſua confeſſio, niſi conuictus eſſet, ex
Angel. conſ. incip. Proceditur per inquiſi-
tionem, &c. ſatiſque probatum diceretur
quoties exhibentur eulogia, vel informa-
tiones receptę aliàs, etenim eſto talia furta
25 fuiſſent punita † aggrauant. tamen furtũ,
& computantur in numero, vt ait Bald. in
d. Auth. ſed nouo iure, col. 2. C. de furt. & in
l. ſeruos, C. ad l. iu. l. de vi, Alex. in l. ſi cui, §.
fin. ff. de accuſat. Aret. Sicard. Cæpoll. An-
gel. Conrad. Couarr. Clar. Bonaccoſ. Me-
noch. Baiard. Tuſch. Aretin. Pælin. Didac.
Cauter. Boniſac. Gandin. Bald. Celſus,
Hugo, Fulg. Boer. & alij, de quib. per ipsũ
Farin. d. tract. de fur. quæſt. 167. part. 5. nu.
* 64. 65. 65. 67. & ſeq. vbi pluries de com.* te-
ſtatur, & ita ſolemus dicere quòd combi-
nentur, quia fiſcus combinat omnia paria
informationum ad aggrauandum, ex his,
quæ dixi in deciſ. 5. in princ. & deciſ. 13. n.
7. maximè quando quærela eſſet propoſi-
ta penes acta ad inſtantiã quærelantis bo-
næ famæ, quia tunc illum operabitur ef-
26 fectum, vt vbi regulariter dici ſoleat, quòd
debeat conſtare de delicto in genere † ex
ijs, quæ poſt Farinat. & multos tetigi in
deciſ. 1. ſub num. 17. & 18. tamen in hoc ca-
ſu furti dicitur probatum de illius corpo-
re & conſtare, ex quærela partis viri bonę
famæ, vt per eundem Farinat. d. tit. de furt.
quæſt. 176 part. 1. num. 3. fol. meo 135. poſt
Boniſac. in tract. de furt. 5. 2. num. 2. & per
eundem de inquiſit. quæſt. 2. quã videas de
veritate à num. 14. cum ſeqq. vbi licet ex
Bald. & Ruyn. dicatur quòd non ſit neceſ-
ſe in materia furti conſtare, de corpore
delicti, tamen contrarium dicit eſſe verũ,
quamuis quoad ad inquirendum ſecus ſit,
& ſufficiunt indicia, & coniecturæ, latè
ibidem num. 15. & 16.

Sic in depredantibus, & furantibus ani-
malia groſſa, dicũt DD. quòd cum hos in-
27 uenies, facies furca ſuſpendi † vt dixi ſu-
pra in cap. 115. Regis Federici, ampl. 7. d.
tom. 2. vbi feci mentionem de illo verbo,
abigeis, quos eſſe peiores, quam fures, vt vi-
dimus in dictis pragmaticis, eod. tit. 47. ex-
tenſione 1. cum ibi citatis.

De conſeruatione priſtini iuris, non obſtantibus infeudationibus factis de terris demanialibus, & burgenſaticis per Suam Regiam Maieſtatem.

Cap. XXXI.

ITem ſupplicat totius dicti Regni Vniuerſitas, quòd placeat Sacræ Regiæ Maieſtati, cũ in Regno Siciliæ nonnulli habitatores dicti Regni, habentes aliquas terras, in aliquibus terris, & locis dicti Regni burgenſaticis, in quibus tam habitatores dictarum terrarum quàm cæteri Regni Incolæ tranſeuntes habeant paſcua libera, & alia iura, quæ habitantes in dictis terris, in terris burgenſaticis conſueuerunt habere, recurſum habuerint ad Sacram Regiam Maieſtatem, ſiue ad dictum Viceregem, & dictas burgenſaticas terras petierint in feudum conuerti, atque impetrauerint: & non aduertentes, quòd dicta conceſſio infeudum dictarum terrarum non potuerit fieri, nec habet annihilare iura, quæ in dictis terris habebant habitatores locorum, & alij dicti Regni, prohibent paſcua ſumere animalia habentes in dictis terris, & etiam animalia tranſeuntia, etiam aquas, & ligna mortua, contra omnem iuris diſpoſitionem, & priſtinam libertatem, & quod peius, compellunt ad ſoluendum de dictis animalibus iura baiulationis, & dohanæ, ſi in dictis terris demanialibus, & burgenſaticis venditiones fiunt. Propterea totius Regni vniuerſitas ſupplicat eidem Iuſtiſſimo Principi, quòd nõ obſtantibus dictis infeudationibus factis de dictis terris demanialibus, & burgenſaticis, iura priſtina ſumendi paſcua, & cæteræ aliæ libertates conſeruentur dictis habitatoribus locorum, & terrarum, inter territoria quarum ſitæ ſunt dictæ terræ, & omnibus alijs incolis dicti Regni, cum non potuerit fieri dicta infeudatio in præiudicium aliorũ, & quatenus dicti noui feudatarij non abſtinerent à vexationibus prædictis, quòd dictæ terræ ipſo iure confiſcentur Regiæ Curiæ, & ſint in pæna vnciarum centum Regio fiſco; nullo tamen præiudicio generato priuilegijs, & iuribus Ciuitatum, terrarum, & locorum Regni in iuribus ipſis, ſi quæ habent in feudis conceſſis ab annis viginti ſupra ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd per infeudationes faciendas, non intelligatur eſſe præiudicatum, neq; præiudicetur

tur iuribus competentibus vniuerſitatibus, vel alijs quibuſuis priuatis; quo vero ad infeudationes factis, Vicerex dicti Regni prouideat de Iuſtitia partibus, intereſſe prætendentibus, vocatis,& auditis,nec per conuentionem initam inter vniuerſitatem dictæ terre Caſtri Ioãnis & dictos nouos feudatarios,intelligatur eſſe præiudicatum,neque præiudicetur quibuſcumque alijs exteris non conſentientibus,ſed quilibet vtatur iure ſuo.

SVMMARIVM.

Demanialia bona, & burgenſatica poſſunt per Regem conſtitui,& alienari in feudum,num. 1. dummodo non fiat præiudicium vniuerſitatibus in eorum iuribus,num. 2. cum ſeq.

Burgenſatica bona quomodo poſsint in feudũ conſtitui,ibid.

Rex an poſsit concedere in feudum aliquam villam exiſtentem in territorio alicuius ciuitatis, vel aliquod ſpacium terræ, nu. 3. cum ſeqq.

Territoriorum Ciuitatum terras, & communitates non poteſt Rex in præiudicium vniuerſitatum concedere,nec alienare in feudũ, ibid.

Caſalia,& oppida poſita in diſtrictu,& territorio Meſſanæ non poteſt Rex alienare, nec cõcedere in feudum in præiudicium Ciuium, & Magiſtratus, num. 4.

Diſtrictu Ciuitatum quæ poſita ſunt ibi, non poteſt Rex alienare, nec concedere infeudum in præiudicium communitatum,ibid.

Villa poſita in Comitatu, vel territorio alicuius Ciuitatis præſumitur illi eſſe ſubiecta,num. 5.

Territorij iuriſdicio, & eorum, quæ intra fines ſunt ſemper dicitur eſſe penes Magiſtratum eiuſdem Ciuitatis,vel loci, cui dictum territorium cohæret, num. 6.

* *Feudatarij non debent præiudicium generare his perſonis,quibus fuerunt conceſſa aliqua de pertinentijs, & membris feudi quoad vſum, num. 7.*

Conceſsio facta,cum iuribus,& pertinentijs,cõtinet in ſe paſcua,num. 8.

Paſcua intelliguntur venire & eſſe conceſſa, ſub illa conceſsione,cum iuribus,& pertinentijs ſuis,ibid.

Feudales terrae ſteriles poſſunt concedi & alienari ad cultiuandum,ſub annua penſione,nec poteſt amplius augeri penſio,nec amoueri cultiuatores,num. 9. & poſt culturam factam poſſeſsa per antiquum tempus in dubio præſumuntur fuiſſe priuatarum perſonarum, num. 10.

Steriles terrae etiam feudales poſſunt ſub annua penſione alienari, nec augeri mox poteſt penſio,nec conceſsionaru amoueri, ibid.

Feudataru non poſſunt quicquam pretendere cõtra illas perſonas, quibus terrae feudales ſteriles alienatae ſunt ſub aliquo cenſu, ibidem,

Feudales terrae conceſſae ad culturam, & cultae, ac poſseſſæ per antiquum tempus in dubio præſumuntur fuiſſe priuatarũ perſonarũ, num. 10.

Legato maſſaritio, veniunt ſegetes, & cultura ſub vno maſſaritio, quoties terrae partim ſunt vineatae partim cultiuae, ibid.

Paſcua dicuntur feudalia quoties ſunt poſita intra fines feudi,ſic de pratis herbagijs nemoribus,montibus,planitus, aquis, aquarum decurſibus molẽdinis venationibus,vijs & c. n. 11. & an dicatur diſmembratio feudi, facta aliquorum iſtorum conceſsione,num 12. 13.

Feudalia dicuntur omnia quae ſunt infra fines feudi ibid.

Vaſſallis futuris venientibus ad habitandum feudum poteſt fieri conceſsio,vt pro animalibus poſsint ſumere paſcua,facere ligna,& ſimilia, num 12.

Ligna ſuccidi poſſunt de nemoribus facta cõceſſione vaſſallis venientibus ad habitandum feudum,ibid.

Ligna quoties ex priuilegio poſſunt ſuccidi, intelligitur etiam pro refectione domus, ibid. & poſſunt ſuccidi etiam per vſufructuarios, num ſeq.

Vſufructuarijs eſt permiſſum ſuccidere ligna ex nemoribus,num. 13.

Paſcua ſumendi, & ligna ſuccidendi quoties eſt facta conceſsio, non poteſt per concedentẽ reuocari, num. 14.

Paſcua ſumere, & ligna ſuccidere nedum eſt permiſſum ciuibus illius loci,ſed etiam habitatoribus,& incolis,num. 15. etiam ciuibus ex ciuilitate, num ſeqq.

Paſcua, & nemora debent eſſe parata vſui cuiuſcumque de ipſa vniuerſitate,num. 16.

Ciues,& incolae conſtituunt ipſam vniuerſitatẽ, num. 17.

Paſcua ſumendi vſu,& ligna ſuccidendi, &c. participare poſſunt etiam domini locorum, Rex Princeps, Dux Comes, Baro, in eorum terris, num. 18. cum ſeqq.

Dignitas ſuperaddita non tollit commoda, licet ab oneribus eximat, num. 19.

Princeps non ligatur lege inferiorum,nec ipſius iuriſdictionem limitari poſſunt num. 20.

Feudales terrae ſteriles ſi ad culturam ſunt conceſſae & redactae, habet feudatarius decimas,& noualia in eis,num. 21.

Decimae debentur & noualia ſuper terris ad culturam reductis, ibid.

Paſcua ne ſumantur, neque ligna ſuccidantur non poteſt fieri iniunctio, per Communitatem alicui perſonae priuatæ de ipſa communitate, num. 22.

Statutum factum in odium ſingularis perſonae non valet, num. 23.

Paſcua ſunt publica omnibus ciuibus de communitate,num. 24

Paſcua locorum & lignorum ſuccisio ſunt communia etiam animalibus Monachorum, & relligioſorum, Clericorum exiſtentium in loco,num 25. & ſeq.

Clericorum, Monachorum,& relligioſorum animalia

Digitized by Google

malia poſſunt ſumere paſcua in locis communibus & idem de lignorum ſuceiſione, ibid.

Clerici, & alij relligioſi Monachi, dicuntur ciues, & membra Reipublicæ, num. 26.

Paſcendi ius, & ſimilium non poteſt amplius reduci ad culturam, prata, vel vineas nec alterari poteſt, num. 27. & ſeq.

Paſcua qui poteſt capere in alieno prædio, vel ligna ſuceidere poteſt propria authoritate deſtruere clauſuram, quam fecit dominus fundi ſeruientis, num. 28.

Paſcendi vſus, & ligna ſuccidendi poteſt concedi pluribus ſucceſsiuo tempore, ſi ligna poſſent omnibus ſufficere, num. 29.

Paſcua poſſunt vendi, ſaluo vſu ſubditis ſuis paſcendi circa neceſſaria, ibid.

Paſcendi ius & ligna ſuceidendi, aquam ducendi, & ſimilium non poteſt adiudicari per creditores vniuerſitatis in præiudicium ciuium, num. 30.

Paſcua, quæ habent vniuerſitates pro vſu ciuiũ præſumuntur haberi ex aliorum largitione, num. 31.

Paſcendi ius qui non habent gratis poſſunt prohiberi, & iniungi ne paſcant, num. 32. cum ſeqq. exemplifica, num. 36.

Ligna ſuceidere qui nõ poſſunt gratis poſſunt prohiberi ſub pœna ne ſuceidant, ibid.

Iniunctio poteſt fieri ad inſtantiam dominorum locorum, ne vllus ingrediatur illuc cauſa venandi, piſcandi, & ſimiliter, num. 33.

Banna irrationabilia non tenent, num 34.

Straſactare terras, idẽ eſt ac includere, ibid.

Venator ingrediens in aliena prædia licet non poſsit retineri donec reddat quod accepit, poterit agi contra eum actione iniuriarum, & poteſt de facto reſiſti ne ingrediatur, num. 35.

Paſcua non poſſunt gentes gratis ſumere pro animalibus, quoties vniuerſitates eſſent ſolitæ aliquid exigere, & rem exactam in aliquos vſus communes conuertere, num 36.

Furnum ad alienum poteſt fieri prohibitio nequis vadat, ſed ad ſuum ex priuilegio, num. 37. & ſeq & idem ſi ex contractu hoc haberetur, num 40. 41. 42.

Molendinum ad aliud nequis eat ad molendum, ſed ad ſuum tantum, poteſt fieri bannum, & prohibitio, quoties ex priuilegio hoc habetur, & quid ſi flumen eſſet, exſiccatum ibidem, & idem ſi ex contractu hoc haberetur, num. 40. 41 42.

Neceſsitas facit licitum quod erat illicitum, num. 38.

Nauis ſi ex impetu ventorum, vel periculo hoſtium reducitur in portum, an teneatur ſoluere gabellam, num 39.

Gabella an debeat ſolui de mercibus nauis apportatæ vi ventorum, vel hoſtium ad portũ, ibid.

Barones poſſunt ſubditis ſuis vaſſallis prohibere, ne ad aliud molendinum vadant, nec ad furnum, niſi ad ſua, num 41. & ſeq.

Farinam macinatam ſi quis vult introire poteſt compelli ſoluere certum quid, num. 42.

Furnarij poſſunt facere pactum decoquendo panem pro tali & eius familia, pro certo pretio, & quid ſi creuerit familia, num. 43. cum ſeqq. & num. 50. & an hæc obligatio intelligatur extorta, num 61. & ſolis Principibus, & Ducibus competit, num. 64. & quid in præiudicium molendinorum Eccleſiæ, num 66.

Molendinarij poſſunt inire conuentionem de molendo frumentum pro tali, & eius familia, & quid ſi creuerit familia, ibid.

Immunitas conceſſa collegio dominorum ſexdecim extenditur ad eos, qui eidem collegio fuerunt aggregati, num. 44. cum ſeqq.

Ciuitas aggregata, & vnita Regno gaudet omnibus eius priuilegijs, num. 45.

Pax facta pro ſe, & ſubditis ſuis trahitur ad eos, qui exinde ſubiecere, num. 46.

Subditorum nomen eſt collectiuum, ibid.

Priuilegium ædificandi palatia, & magnas domos an extendatur ad domos iam fabricatas, num. 47.

Priuilegium conceſſum tali, & eius familiarib. non extenditur ad ſubrogatos loco priorũ, ſi aggregatio fit ex neceſsitate, nõ ex voluntate, num. 48. & ſeq

Aggregatio facta ex voluntate differt ab ea quæ fit ex neceſsitate, ibid.

Augumentum proueniens à fortuna differt ab eo, quod fit ex ſumptibus, & labore, ibid. & num. 50.

Aquam hauriendi ſeruitutem habens è fundo vicini, poteſt haurire aquam, quæ poſt ius quæſitum naturaliter orta eſt in fundo, ſed non eam, quæ facto hominis poſtea inuenta fuit, num. 49.

Familia ſi naturaliter creuit, vel decreuit an furnarius, vel molendinarius debeat facere ratam deſolao, & quid ſi facto hominis, vel ex aliquo accidenti, num. 50.

Ciues originaliter nati non comprehendunt ciues nouiter creatos ex priuilegio, num. 51.

Conuentio de non recipiendo ad habitandum rebelles & bannitos, reſtringitur ad eos, qui tunc erant tales, num. 52.

Priuilegium conceſſum Eccleſiæ an trahatur ad futuras, num. 53. & ſeq.

Immunitas conceſſa Eccleſiæ. & eius cappellis, an trahatur ad futuras, num. 54.

Venditor qui fecit exceptionem, an teneatur ad eas, quæ extabant, ſed non apparebant, ſed poſtea apparuerunt, num. 55.

Clauſula, adiunctis omnibus alijs actis, & ſcripturis, non porrigitur ad futuros actus, num. 56.

Verba diſpoſitiua per verba præſentis temporis non extenduntur ad futura, num. 57.

Studio pariſienſi ſi eſſent conceſſa omnia priuilegia ſtudij Tholoſani, nõ veniunt ea, quæ poſtea ſtudio Tholoſano conceſſa fuerunt, niſi dictum eſſet ibid.

Canonicis talis Eccleſiæ ſi aliquid eſt permiſſum, intelligitur de præſentibus, non de nouo creandis, num. 58. cum ſeq.

Expectatiua non trahitur ad de nouo creata, num. 59.

Immunitas conceſsa Cappellis non intelligitur de nouo creandis, num. 60.

Vaſsallis quoties eſt factũ pactum, vel bannũ de nõ molẽdo alibi, niſi in molẽdino domini, vel

de non

de non coquendo panem, niſi in ſuo furno, an intelligatur extortum per metum, & an poſsit obligatio reſcindi, & quomodo, num. 61. & ſeq. & an teneat obligatio, num. 64. & ſeq.

Actus ad validitatem duo requiruntur copulatiuè, voluntas, & poteſtas, num. 62.

Molendino in tali molere conſiſtit in mera facultate accedentium, & propterea non cadit præſcriptio, nec conſuetudo, niſi ex priuilegio, vel ex contractu fieret, num. 63.

Conſuetudo, & præſcriptio non cadit in his, quæ ſunt facultatis, ibid.

Præſcriptio nulla cadit, nec conſuetudo in his, quæ ſunt merè facultatis ibid.

Molendino in tali ſolo molere, & non in alijs, ſoli Principes, & Duces poſſunt prohibere, non autem priuatæ perſonæ, num. 64.

Vaſſalli poſſunt per feudatarios Barones, & ſimiles prohiberi nè alio eant ad molendum, nec coquendum panem, non per priuatas perſonas, ibid.

Piſcationes poſſunt per Superiores prohiberi ſubditis ſuis, num. 65.

Venationes prohiberi poſſunt, ibid.

Molendina ad Eccleſiæ, vel Monachorum ne quis vadat ad molendum, non tenet prohibitio, nu. 66.

Eccleſiaſticæ perſonæ non ſunt grauandæ etiã indirectè, ibid.

Præſcriptio non datur in his, quæ publici iuris ſunt, vtputa mare, flumina, &c. & quid ſi quis occupat ea in aliqua parte, an poſsit alijs prohibere ratione vſus, num. 67.

Piſcandi ius an occupari poſsit, & acquiri, & alijs prohiberi, ibid.

Mare, an & quomodo poſsit in aliqua parte occupari piſcando, ibid.

Tonnariæ quando calantur, ſiue immittuntur in mare, debent immitti, & calari cum licentia Regis in loco, in quo alius non eſt ſolitũ piſcari, aliàs prohiberi poteſt, num. 68.

Paſcua ſumere intelligitur pro vſu capientiũ, num. 69.

Ligna in nemoribus poſſe ſuccidere eſt licitum pro vſu ſuccidentium, ibid.

Paſcui vſus & lignorum ſucciſio intelligitur pro modo prædiorum, vel pecudum numero, & abſque aliorum iniuria, nec damno, num. 70. cum ſeqq.

Aquæ vſus, & paſſagium poteſt duci de loco, & tempore abſque alterius iniuria, num. 71.

Aqua tunc dicitur eſſe communis, quando eius principium eſſet commune, num. 72.

Aqua quotidiana, & æſtiua, ſi miſcetur cum aqua pluuiali poteſt per eundem aquæductum duci, nu. 73. Et per aliena prædia, duci, etiam Clericorum, num. 74.

Clerici an poſsint impedire aquæductum pro vſu publico per eorum prædia, ibid.

Aqua aliena ſi deuenerit in meam fiſtulam, ſiue fundum, poſſum eam deriuare in quemcumq; voluero locum, num. 75.

HVius capituli mentionem feci poſt Petr. de Gregor. ſupra tom. 1. in cap. 34. Regis Iacobi, ſub verſic. & ex hac ratione, & hic ſuppleo, colligendo in primis ex verbis iſtius textus Regni, quod bona
1 † demanialia, ac etiam burgenſatica poſſunt adhuc per Regem conſtitui, & alienari in feudum, vt latè poſui de primis in capit. 9. eiuſdem Regis Iacobi num. 52. eod. tom. 1. & in cap. volentes, reſtrict. x. tom. 2. & alibi ſuis locis ſparſi, benequidem, quòd hoc limitatur, vt hic, dummodo non fiat
2 præiudicium vniuerſitatum † in earum iuribus, & iſtud eſt, quod ad propoſitum vult idem Petr. de Gregor. in tract. de cõceſſ. feudi, part. 1. quæſt. 6. vbi loquendo de illa quæſtione, an Rex poſſit in feudum
3 concedere † aliquam villam conſiſtentẽ in territorio alicuius Ciuitatis, vel aliquod ſpacium terræ de territorio prædicto, & dicit quòd non, nam hoc tendit in præiudicium communitatum, & ciuium terrarum, ita ex Alex. conſ. 1. per tot. vol. 5. Couarr. pract. quæſt. cap. 1. num. 10. relatus, per Maſtrill. ad ipſum de Gregor. quia priuilegia Principum intelliguntur ſine alterius preiudicio, vt dixi late in cap. 22. eiuſdem Regis Iacobi, in fine, d. tom. 1. inferẽs ipſe de Gregorio ad oppida poſita in diſtrictu Ciuitatis Meſſanæ † & Caſalia ſita in eius territorio, vt illa in præiudicium Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis alijs in feudum concedi non poſſint, ſtantibus priuilegijs locorum, & Regni, & hoc, ea ratio-
5 ne, quia villa † poſita in Comitatu, vel territorio alicuius Ciuitatis præſumitur illi eſſe ſubiecta, ex Bart. in l. 1. §. cum vrbem, ff de offic. Præf. Vrbis, Maſtrill. ad eundem de Gregor. vbi ſupra, Alciat. de præſumpt. præſump. 20. 2. regul. num. 3. Mandell. conſ. 222. num. 1. & conſ. 111. per totum cum concordant. per ipſum Maſtrill. iuriſdictio
6 † enim territorij, & eorũ, quæ intra fines ſunt ſemper dicitur eſſe pœnes Magiſtratum eiuſdem Ciuitatis, vel loci, cui dictum territorium cohæret annexum, vt, vt dixi ſupra in cap. 110. Regis Federici, tom. 2. & infra eod. cap. 67. hoc tomo 6. l. pupillus, §. territorium, ff. de verbor. ſignif. Bald. in cap. 1. col. 2. ſi de inueſtit. feudi int. dom. & vaſſall Alex conſ. 24. vol. 5. Et idem de
7 feudatarijs † quia non debent præiudiciũ generare his perſonis, quibus fuerunt conceſſa aliqua de pertinentijs, & membris feudi, quo ad vſum, & ita, quando eſt facta ſimilis conceſſio (*cum iuribus, & pertinentijs*)
8 quòd intelligatur venire paſcua † ſic poſt Pariſ. Soccin. Ann. a Ponte Capibla nc. & alios Caſtillo deciſ. 13. nu. 13. Nec dicitur diſmembratio feudi, vt tetigi, tom 2. in cap. 43. Regis Federici, limit. 2. num. 9. verſ. ſublimita cum concordantib. vt ibidem, vbi
9 poſui † poſſe concedi res feudales ſteriles ad cultiuandum, ita vt maior ſpecialitas ſit poſtea circa dictos cultiuatores, qui ad culturam redigerunt dictas res ſteriles, adeo vt, qui cultura eorum fundos ſteriles fecerunt fertiles, nõ poſſint mox per dominos à cultura remoueri, nec eis penſio vel cẽſus augeri poteſt, quod eſt pulchrũ contra illos

Digitized by Google

illos Barones, qui prætendunt ad ſe reuo-
cationem facere, vel augere, ita poſt Bar.
in l. quicumque, C. de omni agro deſert.
lib. xi. per l cognoſcimus, C. de mancip. &
colon. pat. eod. lib. xi. ait Menoch conſ. 36.
num. 12. lib. 1. per text. etiam in l. vlt. C. de
alluuion. ne doleant diligentes operā ſuā
dediſſe culturæ, ex Curt. Senior. conſ. 73.
Alciat. reſponſ. 302. Natt. conſ. 55. in fine,
lib. 1. imo ex tali cultura facta in prædijs
10 † oritur in dubio, quòd dicta prædia culta
antiquitus fuerint priuatarum perſonarū,
vt poſt Aret. conſ. 15. num. 2. Curt. Iunior.
conſ. 158. num. 30. Petra, quæſt. 13. num. 510.
ait Surd. conſ. 311. num. 47. lib. 3. Ruyn. cō-
ſil. 71. lib. 2. in 1. dubio, quē refert, & ſequi-
tur idem Surd. conſ. 195. ſub num. 6. lib. 2.
qui loquitur de prædio partim cultiuo, &
partim vineato, quia quo ad ſegetes, &
culturam ſub vno maſſaritio veniet, lega-
to ipſo maſſaritio, & remiſsiuè etiam po-
ſui in d. cap. volentes, reſtrict. 1. limit. 3. ex
his, quæ voluit idem Petr. de Gregor. de
conceſſ. feudi, part. 2. quæſt. 7. num. 29. de
quo memini in conſuet. Panhor. cap. 32.
vbi eſt etiam materia, qui voluit, quòd
11 licet paſcua † prata, herbagia, nemora,
montes, planities, aquæ, aquarum decur-
ſus, molēdina, venationes, viæ, & aliæ, quę
ſint poſita infra fines feudi, dicantur feuda-
lia, ex his, quæ vidimus in cap. 39. Regis
eiuſdem Iacobi, ampl. 8. d. to. 1. præſertim
ſi in conceſſione feudi reperirētur expreſ-
ſa vt communiter realiter in priuilegijs
conceſſionum dici ſolet in hoc Regno Sici
liæ, ex Soccin. conſ. 86. in cauſa communi-
tatis vol. 1. repetito in conſ. 166. vol. 2. Pa-
riſ. de Syndicat. tit. de exceſſib. Baron. col.
2. & 3. Iacob. de S. Georgio de feudis, verb.
& cum molendinis, attamen, vt dixi, valet
aliquorum conceſſio, nec dicitur diſmem-
12 bratio † v. g. Vaſſallis futuris venientibus,
ad habitandum feudum, vel baroniam, vt
pro animalibus poſſint ſumere paſcua, ex
nemoribus ligna ad comburendum, vel do
mos ædificandum, & ſimilia, quia tūc hæc
dicerentur communia, vt ait Menoch. con
ſil. 80. in princ. vol. 1. & dico inferius, & po
ſui in d conſuet Panhor. 32. num. 20. & 21.
idem Menoch. conſ 13. qui intelligit etiā
ligna pro refectione domus, num. 17. vbi
13 quemadmodum vſufructuario † eſt hoc
permiſſum, per l. arboribus, ff. de vſuſr. Bal.
& Alex. in l. diuortio, §. ſi fundum, ff ſolut.
matr. idem Alex. Curt. Sen. Tiraquell. & a-
lij, per eum allegati, ſic & alijs, qui aut ex
contractu haberent hanc facultate, vt
ipſe Menoch. loquitur, aut ex ſeruitute,
vt hic, Boer. deciſ. 178. vbi appellatione li-
gni, quid veniat, & poſui in cap. Regni 30.
Regis Iacobi, num. 2. d. tom. 1. nec poſſint
14 † per concedentem reuocari, & tranſeūt
in ſucceſſorem affecta illo onere, vnde, vt
plurimum ſolent per vaſſallos, & ſyndicos
confici capitula inter baronem, & eos,
quòd non poſſint reuocari, vt ibi per ipſum
de Gregorio.

Amplia primo, vt de hoc priuilegio, par-
ticipandi nempe in nemoribus, paſcuis cō-
munibus, & ſimilibus vti poſſint, nedum
15 Ciues † illius loci (prout in d. conſuet. Pa-
nhormitana 32.) verum etiam & habitato
res loci, & incolę, qui conſtituerūt ſibi do-
micilium in illo loco aliunde venientes, ex
his, quæ de habitatoribus ad propoſitum
ſcripſi ſupra in cap. 22. ſub verſ. declara
primo, ita in puncto Io: Petr. Surd. conſil.
59. per tot. lib. 1. ex Crot. conſ. 145. num. 7. &
16 ſeq. vbi infert quod paſcua † & nemora
debent eſſe parata vſui cuiuſcumque de
ipſa vniuerſitate, ex Oldrad. & Alberic &
tamen ſcimus, quòd ciues, & incolæ con-
17 ſtituunt vniuerſitatem † vt in d. capit. 22.
ſcripſi, Bertrand. conſ. 202. num. 6. & conſ.
229. lib. 1. part. 2. Ripa conſ. 93. num. 10. ad-
do eundem Surd. conſ. 65. num. 4. & ſeqq.
eod vol. 1. etiam ſi ciues eſſent facti per Ci-
uilitatem, vt per eum num. 9. & in d. capit.
22. poſui, ac etiam in filijs ipſorum ciuium
ex Ciuilitate, etiam ſi filius alibi morā tra-
heret, quamuis in hoc dubito, ex his, quæ
ſcripſi in conſuet. Panhormi, cap. 3. num.
78.

Amplia ſecundo, vt hac eadem commu-
18 nitate, & vſu paſcendi † ligna ſuccidendi,
& ſimilia poſſint multo magis participare
domini locorum, v. g. Rex, Princeps, Dux,
Comes, Baro, &c. in eorū terris, vt ait idē
Surd. d conſ. 59. ſub nu. 9. 10. & ſeq. qui ait,
quòd licet ipſi onera non agnoſcant, non
tamen ex hoc minus gaudebunt tali vſu,
ex quo dignitas ſuperaddita non tollit cō-
19 moda † licet ab oneribus eximat, per l.
municeps, ff ad municipal. Alex. conſ. 32.
col. 1. & 2. lib. 5. Natt. conſ. 44. num. 4. Ber-
trand. conſ. 37. nu. 2. vol. 1. quicquid teneat
in conſ. 75. nu. 9. part. 1. 2. voluminis, quem
reprobat in hoc ipſe Surd. & ſic domini lo
corum poſſunt abſque vlla dubitatione vti
ſupradictis vſibus, quia Princeps ſuperior
20 non ligatur lege inferiorum † nec ipſius
iuriſdicionem limitare poſſunt, ex Bald. A-
lex. Beroo, Crott. Natt. Rolland. per eundē
Surd. allegatis, num. 17.

Subamplio hanc 2. ampliationem dicen
21 do plus † quòd ſi v. g. dicta nemora, & ſimi
lia ad culturam redigantur, habebit domi
nus, & decimas, ſiue noualia, ita ſenſit ex
Abb. & Ruyn. conſ. 163. Menocch. d. conſ.
num. 79. lib. 5. Pariſ conſ. 73. vol. 4 Rebuff.
in tract. de decim. num. 22. quæſt. 14. Cou.
lib. 1. var. reſolut. cap. 17. num. 13. eſt verum
quòd ab initio ſolent concedi cum onere
percipiendi, vel decimas, vel terregia.

Amplia tertio, vt nec poſſit fieri iniun-
22 ctio † nec ſtatutum incontrarium ad in-
ſtantiam Cōmunitatis alicui priuatæ per-
ſonæ de ipſa communitate, ne v. g. paſcat,
aut ligna incidat, quia hoc eſſet tendere
in odium ſingularis perſonæ, quod fieri nō
poteſt, ex his, quæ ſcripſi ſupra in cap. Re-
gni, 24. Regis Federici, ſub verſic. dubito ta-
men, tom. 2. etenim ſicut non valet ſtatutū
23 † in odium ſingularis perſonæ, ſic neque

alia prohibitio perpetua vigore dicti ſta-
tuti, ita Surd. loco allegato, num. 27. 28. &
ſeq. ex Vincentio in cap cum omnes, vbi
Abb. num. 2. de conſtit. Angel. & Iaſon cũ
concordantibus per eum citatis, lex quip-
pe debet eſſe generalis, & non particula-
ris. Nec minus dicta iniũctio poſſet fie-
ri ad inſtantiam dictæ Communitatis, ne
vllus paſcat & ligna ſuccidat, quia non te-
24 net, ſtante quod paſcua † ſunt publica om
nibus ciuibus de communitate, idem Sur.
d. conſ 65. num 4. & ſeq. eod. vol. 1. Et vni-
uerſitas, nec Decuriones cum conſenſu
Rectoris non poſſunt interdicere ipſis Ci-
uibus, & Incolis vſum prædictorũ paſcuo-
rum, & ſimilium rerum, neq; poſſunt eos
certis claudere limitibus, Bartol. Couarr.
Ripa, Viuius, Bald. & Fulgoſ. ab ipſo Surd.
citati, num. 11. cum pluribus ſeq. niſi di-
cta iniunctio proceſſiſſet ex concilio con-
gregato per populum per omnia capita
domorum, vt ſolet, Cagnol. & Surd. num.
29. vel niſi gratis non potuiſſent ſumere
quia tunc ſecus eſt, vt videbimus infra in
2. limitatione.

Amplia quarto procedere etiã in Mo-
25 nachis † & relligioſis exiſtentibus in loco,
quia poſſunt ibidem paſcere eorum ani-
malia, lignaque ſuccidere, vt de Monachis
Carthuſienſibus ſcripſit Stephan. Bertrãd.
conſ. 92 per tot vol. 3. & per Surd. d. conſ.
65. num. 5. & ita poſt Xibeccam qui ſequi-
tur eundem Bertrandum in d. cõſuet.
Panhor. d. cap 32. num. 22. vbi idem de Cle
ricis, veniunt. n. hi omnes appellatione Ci-
uium, Bart. in l. 1. num 11. ff. ad municipal.
multos congerit ipſe Surd. conſ. 301. n. 7.
26 lib. 3. tamquam ciues † & membra Reipu-
blicæ, vt per Sot. 4. ſentent. diſt. 25. artic. 1.
quæſt. 2. Craſſ. in tract. de caſib. conſcien-
tiæ, cap 57. ſub num 14 Alexand. Rouidius
I. P. Mediolanenſis, quem manuſcriptum
teneo in Allegat pro ſtatu Mediolani, ver-
ſic. hinc veriſſimum, & per ea, quæ adno-
taui in proœmio Ritus litera, l. ſupr. to. 4.

Amplia quinto, vt nec poſſit prædium
ſiue terra in qua homines habent iſtud ius
27 paſcendi † & ſimilium, reduci ad culturã
prata vel vineas quia forma mutari non
poteſt in ipſorum præiudicium, arg. formæ
feudi, vt vidimus in c. volẽtes, quod eſt 28.
Reg. Fed. n. 370 386. vſq; ad n. 39 r. to. 2. Cæ-
poll. de ſeruit. ruſtic præd. c. 9. tit. de ſeruit.
iur. paſcendi, col. 13. Stephan. Bertrand.
conſ. 218. nu 1. vol 6. Couarr. & Crauett.
citati per ipſum Surd. d. conſ. 65. num. 12.
28 13. 14. & ſeq vbi quòd immo † qui habet
ius paſcendi prædictum in alieno prædio,
vel ligna ſuccidendi poſſit propria autho-
ritate deſtruere clauſuram quam fecit do-
minus fundi ſeruientis, ex quo forma de
paſcendi alterari non poteſt, per l. 1. C. de
paſc. public. lib. xi.

Amplia ſexto, vt nihilominus poſſit di-
29 ctus vſus † paſcendi nemorum, & ligna
ſuccidendi concedi pluribus ſucceſſiuo tẽ-
pore, ſi ligna poſſent omnibus ſufficere, &
qui conceſſit ſubditis ius paſcẽdi, poſſit ni-
hilominus alia paſcua vendere, ſaluo vſu
ſuis ſubditis neceſſario, vt poſt Coraſ. in l.
1. num. 131. ff. de ſeruit Cæpoll. cap. 4. de
aquæduct. col. 8. q. 6. ait idem Surd. cõſ.
130. nu. 15. lib. 1. cũ ſimilib. ab eo allegatis.

Amplia ſeptimo, vt nec poſſit creditor
30 † vniuerſitatis micti in poſſeſſionem nec
adiudicare hoc ius paſcendi, aquam ducẽ-
di, & ſimilium, ſicut de puteo communi
ſcripſi ſupra in cap. 21. Regis Federici, ſub
num. 5. tom. 2. quod eſt notabile.

Limito primo hoc capit. ex lectura ip-
ſius vt intelligatur procedere, quoties pro-
betur per dictas vniuerſitates habere iura
in dictis terris, vtputa de paſcuis, & lignis
liberè capiendis, quæ iura, eſto quòd non
appareant, vnde habuerint ipſæ vniuerſita-
31 tes, & a quo, & vnde peruenerint † præ-
ſumendum eſt quòd ex aliorum largitio-
ne habuerint, ita poſt Innoc. in cap relatũ,
de testam Surd d. conſ 65. num. 25. & 26.
lib. 1. vide in deciſ. M. R. C. 31. vbi ſcripſi,
nu. 44. & etiam dixi in d. cõſuet. Panhor-
mitana 32. & ſupra in d. cap. 30. Regis Ia-
cobi. verſic. intelligas autem, tom. 1. vbi de
paſcuis prædictis ſumendis liberè, & ligna
faciendi, tam mortua quam viua, etiam
pro refectionibus domorum, vt vidimus
ſupra poſt principium, tranſitu animaliũ,
& ſimilium, vt hic, & de quibus p. fui ſu-
pra in cap. 37. Regis Federici, tom. 2. quaſi
quòd ſit intra eius territorium, quo caſu
debet etiam conſtare, vt dicit ipſe de Gre
gor. loco citato ex Curt. iunior. in tract. de
feudis, part. 2. verſic. ſecundo principaliter
tit. qualis ſit poteſtas Ducum, Comitum,
Baronum, &c.

32 Limita ſecundo, vt illis † quibus non
competat hoc ius paſcendi, gratis, poſſit
fieri iniunctio, ne paſcant, neque ligna ſuc-
cidant, ſecus ſi gratis, vt tetigimus ſupra
ampl. 3. vt colligitur ex eod. Surd. d. conſil.
59 num. 12. lib. 1. & conſil. 161. in princip.
lib. 2. vbi quòd dominus poteſt prohibere
33 ne vllus ingrediatur in ſuum locum † ſi-
ue piſcandi, venandi, ligna portandi cauſa,
& ſimilium, per ea, quæ in hoc propoſito
vidimus ſupra in cap. 115. eiuſdem Reg Fe-
derici, ampl. 5. d tom. 2. & quæ dixi in cap.
18. Regis Martini tom. 3. Brun. conſ. 101.
Natt. conſ 550. Rol. conſ. 3. num. 19. vol. 2.
Boer. dec. 212. num. 9. l. ſi ita, §. dominus, ff.
de vſu, & habit. Surd. conſ. 210. num. 13. lib.
2. & in Baronib. qui poſſunt hæc banna
facere, vt dixi in d. cap. 10. eiuſdem Regis
Martini, ſub d. verſic. ſi igitur, ibi, quinto-
decimo, eod. tom. 3. & num 38. eſt verum
34 quòd ſi talia banna † eſſent irrationabilia,
non tenent, v. g. ſi ſtrafactarent, vel inclu-
derent terras communes omnibus Ciuib.
ad hoc, vt eas concederent, vt aliquis par-
ticularis vteretur, prohibendo alijs ciuib.
vſum ipſarum, non enim fieri hoc poteſt
abſq; conſenſu conciuium habentium eas
terras in communi, l. in concedendo, ff. de
aqu. plu. arc. ita poſt Petr. de Gregor. Al-
beric.

Digitized by Google

berlc. & Menocch. ait Ballus in tit. de queſtionibus particularibus, quæſt. 2. ſub num.
35 63. & licet venator ✝ non poſſit in alieno prædio retineri, donec reddat quod accepit, tamē dominus fundi agere pot. ſt actio ne iniuriarum contra eum, qui inuito domino ingreſſus eſſet fundum, ex Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 21. tit de accupation. Natta conſ. 375. num. 6. Florian. Bart. Caſtrenſ Bald. Angel. & cæteris, de quibus per ipſum Surd. nu. 7. vbi quòd dominus poteſt de facto reſiſtere volenti ingredi, ceteris verò nō, aliàs poſſent appellare, Ripa reſponſ. 93. per tot. Surd. d. conſ. 59. nu. 24. 25. & 26. Didac. Couarr. & Bart. putarem tamē quòd aut venator relaxet omnia capta, aut illinc non exeat, ſicuti de facto ne ingrediatur, reſiſtitur, ſic ne exeat,
36 inſiſtitur, & ideo ſi v. g. Vniuerſitas ✝ eſſet ſolita & conſueuiſſet aliquid exigere à perſonis, & rem exactam in aliquos communes, & publicos vſus conuerterent, tūc non poſſent gratis paſcere, vt poſt Iaſon. conſ. 72. col. 2. lib. 3. ait idem Surd. d. conſ. 65. ſub num. 17 18. & ſeq. lib. 1. Alex. conſil. 68. num. 18. lib. 2. conſ. 99. num. 7. lib. 5. Cagnol. in l. 2. num. 45. ff. de origin. iur. ¶ Sicut dicimus de eo qui poteſt prohibere, ne aliquis vadat ad alium furnum, nec ad
37 aliud molendinum ✝ niſi ad ſuum, ſi ex priuilegio hoc haberet (vt puto habere Barones inueſtitos cum mero, & mixto imperio, de quibus tetigi ſupra in d. c. 10. Regis Martini, verſ. ſi igitur, ibi, quinto, eod. to. 3. vbi non benè ſentijt Surd. in hoc particulari, vt ibi dixi) ex his, quæ poſui ſupra in cap. 23. Regis Iacobi, nu. 27. tom. 1. quibus addo latiſſimè, & pulchrè eundē Surd. conſ. 127. per tot. lib. 1. & conſ. 154. col. 1. 2. & 3. lib. 2 & conſ. 272. num. 16. eod. vol. 2. vbi ex Bald. in l. 1. C. de Naufragat. lib. xi. li-
38 mitat ✝ niſi exſiccato flumine cogerentur extra territorium deferre victualia molenda, nam tunc non coguntur ex banno, ex quo neceſſitas facit licitum, quod erat illicitum, cap. non eſt, de regul. iur in 6. Tiraquell. Natt. Menocch. Cagnol. Boſſ. & alij citati per eundem Surd. ſicut ſubdit ipſe num. 16. quòd quando nauis impetu fluminis, ventorum, vel hoſtiū redacta in portū
39 non teneatur ad ſolutionem gabellæ ✝ ex Iul. Ferrett in tract. de gabell. nu. 115. Rip. de priuileg. contract. cauſ. peſtis, num. 178. Fælin. in cap. quærelā, de iureiurand. Bar. & alij per eundem Surd. conſ. 239. num. vl. eod. lib. 2. & tetigi infra in cap. 85. Regis, & Imperat. Caroli V. ampl. 6. tom. 8. & in cap. 24 Regis Alphonſi, tom. 4. cum ſimilibus ibidem adnotatis, aut ex cōtractu hoc
40 haberetur ✝ quia tenet, & ita de molendinis loquitur Decian. & Cæphal ille conſ. 44. num 130. ille, conſ. 451. nu. 349. & ſeqq. Rolland. conſ. 79. & 80. num 39. & ſeq. vol. 3. Capyc. d. ciſ. 209. num. 16 Bertrand. conſil. 3. vol. 2. & conſ. 49 lib. 3. Boſſ. de Regalib. num 41. ¶ Intantum, vt etiam poſſint Barones Domini prohibere, ne ſubditi vaſſalli aliud molendinum, nec alium furnum
41 habeāt, neq; al bi macinēt victualia ✝ ita poſt Hoſtienſ. Io. Andr. Ymn. & Bertrand. Surd. d. conſ. 313. num. 102. & 103. qui concludunt poſſe hoc ius acquiri ex præſcriptione, v. g. ſi poſt prohibitionem eſſet elapſū longiſſimum tempus & nemo cōtradixit, & conſequenter poſſent impediri, qui vellent introducere farinam alibi macinatā
42 ✝ vel compelli ad ſoluendum certū quid, vt per Rolland. num. 47. quicquid dixerint Decian. & Cæphal. num 143. & 147. & nu. 358. ¶ Etiamſi talis contractus ſiue con-
43 uentio eſſet facta cum Furnarijs ✝ vel panitterijs, vel Molendinarijs, & ſimilibus, nempe, de coquendo panem pro Fulano, & eius familia, quo caſu, eſto quòd augeatur dicta familia, adhuc illi tenentur, pro dicta familia aucta, vt ſcripſi in conſuetud. Panhormi, cap. 82. num. 4. 5. 6 7. & 9. & ita concluſi in pragmaticis, tit. 55. de prohib. macellat. animali verſic. declara quarto, tom. 1. ipſarum pragmaticarum ex eod. Surd. vbi ſupra cum cōcordantibus, & per ea, quæ dixi in proœmio Ritus, tom. 4.
¶ Eodem modo videmus, ſubdunt Alex.
44 & Surd. loco citato, quòd immunitas ✝ cōceſſa Collegio Dominorum ſexdecim extenditur etiam ad eos, qui eidem Collegio fuerunt aggregati, vt ex Crott in l. omnes populi, num. 155. ff. de iuſtit. & iure, Menocch. conſ. 97. num. 158. Moro. in tract de treg. & pac. c. 149. nu. 71. addo eundē Surd. conſ. 262. num. 34. lib. 2. cui demquè Menocch. conſ. 9. num. 142. Natt. conſ. 160 nu.
45 26. ¶ Sic Ciuitas aggregata ✝ & vnita Regno gaudet omnibus eius priuilegijs, Prouinzal. in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda, ff. de pignorat. action. & per ea, quæ ad propoſitum dico infra in cap. 28. Regis, & Imperat. Caroli V. verſic. quoniam vero, d. tom. 8. ¶ Pariterque inferunt, quòd pax
46 facta pro ſe ✝ & ſubditis, trahitur ad eos, qui exinde ſubiecere. ſtante quia ſubditorum nomen eſt collectiuum, ex Guid. de Suzar; Io. Andr. Caſtr. Moro. & Surd. vbi ſupra, licet, num. 2, videatur tenere contrarium, ex Bald. in cap. inquiſitioni, num. 8. de appellat. Menoch. & Moron. locis citatis, qui concludunt, quòd faciens pacem pro ſe, & adhærentibus, non obliget ſibi aduerſantem pro iis, qui facta iam pace adhæſerūt, nec pro filijs poſtea natis, ſi eſſet promiſſum, pro ſe, & filijs ¶ Similiter etiam
47 videmus, quòd priuilegium ✝ ædificandi palatia, & magnas domos vigore pragmatica, de qua ſcripſi ſupra in cap. xx. Regis Martini, tom. 3. poteſt extendi ad domos iam fabricatas, dummodo habeant neceſſe alijs domunculis, vt ibidem, ampl. 2. & limit. 2. ¶ Pari modo de priuilegio conceſſo ſempronio, eiuſque familiaribus, non extenditur ad ſubrogatos loco priorū
48 ✝ quoties aggregatio eſſet facta ex neceſſitate, non ex voluntate, vt poſt Io. Andr. in cap. qui ſentit, de regul. iur. In Mercurialibus ait ipſe Surd. loco citato, num. 38. qui

dicunt, quòd ſi aggregatio eſt facta ex me-
ra voluntate, tunc illi nõ veniunt, per Bar.
in l.damni, §.ſi is, qui vas, ff. de damn. inf. c.
& faciunt illam diſtinctionem de augmẽ-
to proueniente à fortuna, & illud, quod fit
ſumptibus, & labore, & infert ipſe Surd. ex
Oldrad. & Alberic. in l. rutilia polla, ff. de
49 contrah. empt. quod habens † ſeruitutẽ ſi-
ue ius hauriendi aquam è fundo vicini, po-
teſt haurire aquam, quæ poſt ius quæſitũ
naturaliter orta eſt in fundo, ſed non eam,
quæ facto hominis poſtea inuenta fuit, fa-
ciunt adducta in d. conſuet Panhor. capit.
42. num. 53. & prout ſubaudiunt DD. de di
cta obligatione facta cum furnarijs, & mo
lẽdinarijs prædictis, de qua tetigi ſuperius,
50 num. 43. nam dicunt, quòd ſi familia † na-
turaliter creuit, vel decreuit per natiuita-
tem, & mortem, tunc fornarius tenetur,
ſed ſi augmentum prouenit ex facto homi-
nis, vel aliquo accidenti, v. g. quia auctis
facultatibus, vel adueniẽte aliqua dignita-
te, cæpit plures famulos in domo habere,
tunc furnarius non tenetur, & futuri non
includuntur in promiſſione, vt poſt Cæ-
poll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 50. tit.
de furno, ait Surd. d. conſ. 313. ſub num. 38.
ex Alex & Additione ad eum, quæ clarè
cum hac diſtinctione pertranſit ¶ Bene-
uerum quòd ſunt aliqui caſus quandoque,
in quibus non veniũt futura, vt eſt de ciui-
51 bus originaliter natis † nam aliquando nõ
veniunt fructi ex priuilegio, vt vidimus ſu-
pra in cap. 22. declaratione prima ¶ Si-
cuti etiam eſt de illa v. g. conuentione de
52 non recipiendo † ad habitandum rebelles,
& foreſtatos, ſiue bannitos, quia reſtringi-
tur ad eos, qui tunc erant tales, non autẽ
ad illos, qui poſt conuentionem rebella-
runt, Angel. conſ. 26. num. 2. relatus per eũ-
dem Surd. num. 2. ¶ Sic de priuilegio
53 † conceſſo Eccleſiæ, non trahitur ad futu-
ras, ibidem per Clem. 2. de cenſib. ¶ Sic
de immunitate conceſſa etiam Eccleſiæ
54 † & eius Cappellis, non trahitur ad futu-
ras, vt vidimus in d. cap. 22. eadẽ declarat.
55. ¶ Sic exceptio facta à venditore † nõ
includit ea, quæ extabant, quidem, ſed nõ
apparebant tunc, verum poſtea apparue-
runt, idem Surd. d. num. 2. per text. in d. l.
Rutilia polla, & l. in lege, ff. de contrah.
empt. ¶ Sic eſt etiam de illa clauſula
56 † quæ ſolet apponi in exequutionibus (*ad-
iunctis omnibus alijs actis, & ſcripturis, &c.*)
nam non porrigitur ad futuros actus, vt vi-
dimus in cap Ritus 112. num. 14. tom. 4.
¶ Sic verba diſpoſitiua concepta per ver-
57 ba præſentis temporis † non extenduntur
ad futura, d. l. in lege, Al. Bald. & Gugliel.
de Cuneo, de quibus per eundem Surd. nu.
25. qui inferunt, quod ſi Pariſienſi ſtudio
conceſſa ſint omnia priuilegia ſtudij Tho-
loſani, non veniunt ea, quæ poſtea Tholo-
ſano ſtudio conceſſa fuit, & per Abbat. in
cap. fin. Ne Clerici, vel Monachi, niſi dictũ
eſſet, quòd ſint, per omnia æqualia, vt ſcrip
ſi de Ciuibus in d. cap. 22. ead. declar. 1. &
multa cumulat Ferdin. Boniorn. in capin
Regni 457. Regis Alphonſi, vbi tetigi ſupr.
58 tom. 5. dicens, quòd † ſi promiſi aliquid Ca-
nonicis talis Eccleſiæ, intelligitur de præ-
ſentibus, non de futuris, nec de nouo creã-
dis, per Cyn. & alios in l. ſi fundum, C. de
59 rei vendic. ¶ Sic expectatiua † non tra-
hitur ad de nouo creata, Clem. fin. vbi Ca-
non. de reſcript. ¶ Sic immunitas cõceſſa
60 Cappelllis † nõ intelligitur de nouo creã-
dis cap. cum Cappella, de priuileg. & per
cumulata à Fælin. in cap. fin. in x. fallentia,
de conſtit. Cæpoll. in d. tract. de ſeruit. d.
tit. de furno, in quæſtione prædicta, de pro
mictente coquere panem aucta familia,
plura Marſil. in §. aggredior, in pract. cri-
min. num. 43. & ſeq. Bart. & alij in l. illici-
tas, ff. de offic. prætor. ¶ Eſt verum etiã,
quòd ſi iſta promiſſio eſſet facta per homi
61 nes ſubditos domino ſuo † licet teneat, dũ
non eſt reſciſſa, attamen præſumitur ex-
torta per metum, & conſequenter de fa-
cili venit reſcindenda, Bertrand. d. conſil.
49. vol. 3. Neuizan. conſ. 43. circa finẽ Natt.
conſ. 106. Surd. vbi ſupra, num. 24. & 25. ali-
ter namque ſi ex priuilegio, aut ex con-
tractu non haberent, prohibere non poſ-
ſent, vt ſentit ipſe ſed poſſent vel aliò mo-
lere, vel panem alibi coquere, vel furnos
de nouo ſibi conſtruere, & molendina fa-
bricare, Clar. in §. feudum, quæſt. 30. Viu.
deciſ. 493. num. 12. lib. 3. ad validitatem n.
62 actus † duo requiruntur copulatiuè, volũ-
tas, & poteſtas, vt per eundem Surd. num.
31. itaque ait idem in d. conſ. 154. num. 11.
& ſeq. vbi illi vaſſalli conſtruxerunt alibi
furnos in eorum proprijs ſolis, maximè, ſi
palam, & non clam conſtruxerint, & ędifi-
cauerint. Et ſic non obſtaret dicere quòd
ſemper conſuetum fuit tales homines hic
molere, hic panem coquere, quia, ſi non
apparet hoc feciſſe coactè, non ſequitur,
quod in poſterum aſtringi poſſent, ſtante
63 quòd actus ille accedendi ad furnum † vel
ad molendinum conſiſtit in mera faculta-
te, ac voluntate accedentium, vt per ip-
ſum Surd. num. 20. ex Bald. Petr. Bertrand.
Anchar. Ambroſ. de Vignat. Rolland. &
ſubdit num. 21. & ſeq. quòd in his, quæ ſunt
facultatis, nulla cadit cõſuetudo, nec præ-
ſcriptio, niſi præcederet, praſcriptio, &
homines acquieſcerent per tempus, quòd
ſufficit ad præſcribendum, eſto quòd per
centum annos gentes illuc iuiſſent, quia
non ſufficit, num. 23. Item intelligit ipſe
64 Surd. hanc prohibitionem † poſſe compe-
tere ex ſimili priuilegio, vel cõtractu Prin
cipibus, & Ducibus, & ſimilibus, non autẽ
priuatis contra priuatos, etenim nõ poteſt
quilibet dominus loci prohibere, ſed domi
ni in vaſſallos, & ſic Principes prohibere
65 poſſunt piſcationes † & venationes ſubdi-
tis ſuis, vt poſt Yſern. Io. Fabr. Natt & alios
loquitur idem Surd. d conſ. 313. ſub num.
103. lib. 3. tamquam de regalibus, ad tradi-
ta ſupra in cap 456 Regis Alphonſi, §. 13.
& §. 49. num. 77. & 111. tom. 5. & idem
de Ci-

Digitized by Google

de Ciuitate, & Vniuerſitate in Incolas, vt
ſentit idem met Surd. ſub nu. 61. 62. & ſ. q.
dicto conſ. 65. vnde ſequitur quòd non va-
let ſtatutum, neque bannum, vt nullus va-
dat ad molendinum, vel ad furnum Eccle-
66 ſiæ † vel monachorum quia, etiam indire-
ctè non ſunt grauandi relligioſi, Cardin.
in Clem. 1. in 10. notab. de exceſſib. Prælat.
Alex. conſ. 211. part. 2. Petr. de Anchar in
conſ. In Chriſti nomine, amẽ, Bertacchin.
in ſuo repertor. in verbo, ſtatutũ, fol. meo
98. col. 4. ¶ Sicut dicimus ſic eſſe in his,
quæ publici iuris ſunt v. g. mare, flumina,
piſcationes, & ſimilia, tametſi in his non
67 detur præſcriptio † nec poſſeſſio, tamen ſi
quis ea occupat in aliqua parte, poteſt a-
lijs prohibere, non quòd ex hoc dicatur a-
liquid acquiri, ſed ratione vſus, vt ſcilicet
parte occupata vti poſſit, vnde eſt, quòd ſi
quis eſt in poſſeſſione piſcandi in aliqua
parte maris, poteſt ratione occupationis
prohibere alijs piſcationem, & in dies ha-
bemus pro tonnarijs Regni, ita poſt Bart.
in l. quominus, num. 29. ff. de fluminib. Ca-
ſtrenſ. in l. fin. num. 4. ff. de vſucap. Balb. de
præſcript. part. 4. quintæ partis principalis,
quæſt. 6. col. 1. Surd. loco citato, num. 78. &
79. & ſic quando mictuntur, ſiue vt aiunt,
68 calantur tonnariæ † in mari cum licentia
Regis, eiuſque Patrimonij, quia aliter im-
micti nõ poſſunt, per ea, quæ ſcripſit Dec.
conſ. 271. In caſu cum conſil. ſubſequenti,
Aloyſ. de Septimo ſuper Bulla, in verſic. ſed
an ſuper piſcationibus, &c. intelligitur in
loco, in quo alius non eſt ſolitus piſcari cũ
licentia eiuſdẽ Tribunalis, nam tunc poſ-
ſet prohiberi per illum, vt vidimus latè in
cauſa Bernardi de Boua, cum Marco An-
tonio Genuiſi qui prætendebat calare ipsã
tonnariam in mari, eidem de Boua inga-
bellato per Regiam Curiam ¶ Sicut poſ-
ſet prohiberi ne quis ingrediatur fundum
alterius, ſiue ſtatutis bannis, vel iniunctio-
nibus ſiue prohibitionibus, de non ingre-
diendo, vt tetigi ſupra in principio huius
ſecundæ limitationis.

Limita tertio, vt intelligatur poſſe paſce-
69 re † & ligna ſuccidere Incolas, & habita-
tores pro eorum vſu. Alberic. Oldrad. Ber-
trand. & alij locis citatis, Bartol. & Fulgoſ.
in l. ſed ſi hac. §. manumictitur, ff. de in ius
vocand. Cæphal. conſ. 38. num. 21. Surd. lo-
co citato, num. 13.

Limita quarto, vt intelligatur vſus pa-
ſcui, & lignorum ſuccíſio pro modo præ-
70 diorum † vnde qui minorem habet pecu-
dum quantitatem agere poteſt ad paſcuo-
rum diuiſionem, & petere, quòd ſua cuiq;
portio aſſignetur, vt habens modicas poſ-
ſeſſiones non poteſt in damnum, & iniuriã
eorum, qui multas habent immictere in
paſcua publica magnam animalium quã-
titatem, & hoc modo alios impedire in
eorum vſu, vt poſt Alberic. de Roſat. Ber-
trand. Didac. Couarr. Menocch. Calcan.
& Crauett. ſubdit idem Surdus, d. conſ. 63.
num. 23. cum plurib. ſeqq. ¶ Sicut dicitur
71 de vſu aquæ † vt ſcilicet quilibet eam du-
cat pro loco, & tempore abſque alterius
iniuria, l. arbor, & l. communi, ff. comm. di-
uid. Surd. loco citato, argum. eorum, quæ
ſcripſi in conſuet. Panhor. d. cap. 42. num.
51. 52. & ſeq. & addo circa paſſagiũ aqua-
rum capitulum huius Vrbis Panhormi,
ſub die 12. Iunij, Ann. 1400. niſi exiſteret ſta
tutum in contrarium diſponẽs, quòd poſ-
ſit pro vſu publico, & communi vtilitate
duci aqua pro irrigandis pratis de flumini-
72 bus publicis, ac de riuis † quia tunc dicitur
aqua communis quando eius principium
eſſet commune, vt per Dec. conſ. 144. cum
ſimilibus, & idem, quando cum aqua quo-
tidiana, & æſtiua miſceretur aqua pluuia-
73 lis † nam ſi eſſet ſic conſuetudo, poſſet per
eundem aquæductum duci, vt per Me-
nocch. conſ. 43. col. 1. & 2. lib. 1. l. 1. §. vlt. ff. de
aqu. pluu. arcend. l. hoc iure, §. ductus aquę
ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Iaſon conſ. 150.
col. 1. & ſeq. lib. 2. Cæpoll. Calcan. Bald.
& alij de quib. per ipſum Menoch. quinim
mo etiam poterit per aliena prædia duci
74 † per ea, quæ ait Surd. in d. conſ. 130. num.
6. & ſeq. eod. vol. 1. ex Cæpoll. & Salycet.
& ſimilibus, eſto quòd damnum inferretur
Clericis, qui in hoc, ſtante publica vtilitate
prædicta, nihil contradicere poſſent, vt vi-
dimus ſupra in cap. xxi. Regis Federici, ſub
verſic. amplia vt etiam, tom. 2. Eſt verum
75 quòd quando dicta aqua † eſto quòd ſit
aliena, deuenerit in meam fiſtulam, ſiue
fundum, poſſum eam deriuare in quem-
cumque voluero locum, vt poſt Bart. in l.
quominus, num. 25. quæſt. 14. ff. de fluminib.
Bald. in l. aquam in princ. C. de ſeruit. &
aqu. & conſ. 241. num. 2. vol. 2. Iaſ. d. conſil.
150. col. pen. vol. 2. Dec. conſ. 244. num. 3.
Beroum conſ. 74. num. 12. vol. 1. & Boer. de-
ciſ. 322. num. 2. ait idem Surd. conſ. 137. nu.
17. vol. 1. & per hæc ſit impoſitus finis huic
vtiliſſimo commento ad laudem D. O. M.
& B. Virginis, ac Sanctæ Roſoleæ Virgi-
nis, cuius proceſſionem, & anniuerſarium
feſtiuum diẽ fecimus ſollemniſſimè hodie
15. Iulij 1626.

Quòd in terris demanialibus Caſtellani non poſſint concurrere ad Officia Vniuerſitatum, nec aliquatenus habeant duo officia iuriſdicionalia.

Cap. XXXII.

ITem placeat Regiæ Maieſtati concedere Vniuerſitatibus totius dicti Regni, quòd in terris demanialibus Caſtellani non poſſint concurrere ad officia Vniuerſitatum, vbi ſunt Caſtellani, cum per hoc tollantur plures vexationes habitatorum, quas contingere poſſet per Caſtellanos prædictos fieri, nec poſſit alius concurrere habens aliud officium,

ficium, ideoque habentes duo officia iuriſdicionalia, non poſſint in eadem Ciuitate, vel terra concurrere, nec obtinere, concedenda tamen per Regiam Maieſtatem ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

SVMMARIVM:

Caſtellani in terris demanialibus non poſſunt cõcurrere ad officia Vniuerſitatum, niſi de ordine Regio ex diſpenſatione, num. 1. cum ſeqq.

Officia duo haberi non poſſunt, niſi ex diſpenſatione, ibid cum ſeqq. & num. 20.

Admiratus officiu Iudicatus habẽs an per acceptationem alterius officij Iudicatus Regij, intelligatur renunciaſſe, ibid.

Officia duo penitus diuerſa vnicæ perſonæ commicti non debent, num. 3.

Officia duo in domo Regia nullus habere debet, num. 4.

Dignitates duas regulariter nemo tenere poteſt, num. 5.

Officia duo cum duobus ſtipendijs, vel ſalarijs, nemo tenere poteſt, num. 6.

Salaria duo haberi non poſſunt, ibid. niſi rex ſic vellet, num 20. cum ſeqq.

Notarij non poſſunt patrocinari, & eſſe Notarij, num. 7 & ſeq.

Iudex non poteſt exercere officium Iudicis, & notarij, num. 8.

Doctorum copia vbi non adeſt, poſſunt Notarij concurrere ad officium Iudicis, & quando, num. 9. & ſeq.

Commiſſarius cauſæ qui examinauit teſtes non poteſt exercere officium Iudicis, ſed debent eſſe diſtinctæ perſonæ, num 10.

Notarius non poteſt eſſe teſtis, & notarius in inſtrumento à ſe confecto, ſed debent eſſe diſtinctæ perſonæ, num. 11.

Officia duo haberi non poſſunt intantum, vt acceptans ſecundum priuetur ſalario primi, num. 12.

Officium publicum, ad quod electus eſſet, recuſans acceptare, poteſt priuari bonis ſuis, quo ad vſumfructum, & transferri in acceptantem, num. 13. cum ſeqq.

Officia recuſari, & renunciari non poſſunt, niſi ex excuſationibus legitimis, & impedimentis, num. 14 aliter eſt dignus perdere nobilitatem & honores, præeminentias, & ſimilia, num. 15. & 16.

Ambaſciator cogitur acceptare ambaſciariã, ibid.

Monachus non poteſt eſſe in duobus monaſterijs, num. 17. & ſeq.

Eccleſiæ duæ incompatibiles haberi non poſſunt, ibid.

Abbas nec Abbatiſſa non poteſt eſſe in duobus monaſterijs, num. 18.

Abbatiſſa vnius monaſterij ſi patiatur eligi in Abbatiſſam alterius monaſterij videtur renunciaſſe primo Abbatiſſatui, num. 18.

Dupplicem perſonam nemo repræſentare poteſt, num. 19.

Teſtis & debitor nemo eſſe poteſt ſimul & ſemel, ibid.

Officia duo poſſunt ſcienter concedi per Regem ſi vult, & poteſt conſequi duo ſalaria, nu. 20. cum ſeqq.

Officia dupplicata retineri non poſſunt, quando conſequitur ſalarium ex publico, ſecus ſi non habetur ſalarium, num. 21.

Aduocatus fiſcalis magnæ Regiæ Curiæ exercens officium Aduocati fiſcalis Regij patrimonij in caſu abſentiæ, vel infirmitatis an poſſit habere dupplicatum ſalarium, num. 22.

Salarium debet augeri aucto labore, ſic diminui, diminuto labore, num. 23.

Beneficia plura retinere poteſt habens dignitatẽ, & diſpenſatur, num. 24.

Officia duo haberi poſſunt, vnum in exercitio, & actu, & aliud in habitu, num. 25.

Beneficia duo haberi poſſunt vnum in actu, aliud in habitu, ibid.

Officia duo vnum in commendã, & aliud in titulum haberi poſſunt, num. 26.

Cardinales vltra proprium titulum habẽt multoties eccleſias ingubernium, & quomodo, ibid.

Officia duo incompatibilia poſſunt retineri ſciente Principe, & habita diſpenſatione, & maximè ſi diu poſſeſſa eſſent, num. 27.

Beneficia duo incompatibilia retineri poſſunt ſciente prælato, & per diſpenſationẽ, & quid ſi eſſet perdita diſpenſatio, & diu fuiſſent poſſeſſa, ibid.

Officia duo retineri poſſunt, quando ipſa eſſent vendibilia, & quomodo, num. 28.

Honorantiæ plures poſſunt retineri per vnam, eandemque perſonam, num. 29.

Officia plura ſine adminiſtratione retineri poſſunt, num 30.

Dupplicem perſonam quis poteſt repræſentare in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdicionis, & non contentioſæ, num. 31. & ſeq. & in alijs caſibus, num. 36.

Notarius poteſt rogari de ſuo teſtamento, & diſponere veluti priuatus, ibid.

Iudex poteſt expedire de per ſe ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdicionis, non contentioſæ, num. 32.

Iuriſdicio voluntaria, & contentioſa, quæ ſit, ibid.

Notarius poteſt rogari de inſtrumento donationis, & ſi eſſet iudex ſupplet officium circa inſinuationem, num 33.

Donationis inſinuatio an ſit de voluntaria, vel contentioſa iuriſdicione, ibid.

Officia plura quæ fiunt per ſubſtitutum poſſunt per vnum exerceri, num. 34.

Beneficia plura, quæ admictunt ſeruitium, per ſubſtitutum poſſunt per vnum exerceri, ibid.

Officia plura ſi non ſunt inter ſe repugnantia

ſed

ſed compatibilia poſſunt in vno concurri, num. 35.
Notarius poteſt ſuum proprium teſtamentum facere, & rogare teſtes, num. 36.
Officio dupplici fungi poteſt reſpectu diuerſorũ actuum, num. 37.
Officia duo poſſunt per vnum exerceri, ſi vnũ eſt acceſſorium ad aliud, & non ſunt æque principalia, num. 38.
Officia duo ex neceſſitate exerceri, per vnũ poſſunt ſimul, & ſemel.

1 DIſponitur hic, quòd Caſtellani † in terris demanialibus non poſſint cõ-
currere ad officia Vniuerſitatũ, nec alius
habens duo officia, niſi de ordine Regio,
& ex diſpenſatione, addo ad ea, quæ ſcrip-
ſi ſupr. in c. 40. Reg. Alph. to. 4. vbi Ballus fol.
202. & vide prag. 5. §. 4 tit. 2. de offic. iudic.
M.R.C. tom. 1. ipſar. pragm. quòd iſthæc
capitula concordantia fuerunt allegata
in cauſa Antonini Xarrabba, qui erat Iu-
dex Magni Admiratus in Ciuitate Agri-
genti, & Iudex ciuilis etiam eiuſdem Ciui-
tatis, & volens gaudere priuilegio fori ip-
ſius magni Admiratus, fuit replicatum,
quod per acceptionem iudicatus prædicti
officij ciuilis, videbatur renuntiaſſe primo
& quæ dicã inferius ampl. 5 licet ex par-
te ipſius de Xarrabba fuerat reſpõſũ, quod
ſi erat renunciatio, intelligenda eſſet de ſe-
cundo officio, & non de primo, vt per Mõ-
talt. & Boniorn. in d. cap. 40 vbi allegant
iura & DD. Specul. de cenſib. §. nunc vi-
dendũ, Par. d. ſyno. verſ. officiũ Dec. conſ.
40. de quo meminit hic Boior. & tenet ꝙ
poſſit vnũ officiũ haberi à Magiſtr. Port.
vel Admirato, DD. in l. ſi cõſul. ff. de adop.
per quę iura dicũt ipſi quod vnũ debet di-
mitti & pulchrè exornatur hæc concluſio
per Cardin. Tuſch. in eius pract. concluſ.
iuris, verbo, officia concluſ. 97. to. 5 dicẽtẽ
quòd dum vni inſeruit, alterius ſeruitium
compellitur deſerere. impoſſibile eſt enim,
vnicum corpus eodem tempore plurib. in
locis deſeruire, ex Lap. Alleg. 117. num. 3.
2 Et quoad illum textum, nempè † quòd
Caſtellani non poſſint habere alia officia
in eadẽ terra, & maximè eſſe Capitaneos,
dictum eſt ſupra in cap. 395. Regis eiuſdem
Alphonſi, tom. 5. & ita de his loquitur Te-
patus in compendio variar. ſententiar. tit. de
officialibus, fol. 76. col. 3. lib. 1. poſt Ant. So-
la, in conſtit. Pedamont. tit. de Caſtellan.
gloſſ. 2. fol. 2. cap. 2. & facit cap. 2. diſt. 89. vbi
3 vnicæ † perſonæ non debent committi
duo officia penitus diuerſa Bart. in l. 13. C.
de proxim. ſacror. ſcrin. & in l. x. C. de præ
poſ. labo. & in l. 1. C. de præpoſ. agent. lib.
x. Tepatus vbi ſupra.
Amplia vltra illas extenſiones poſitas
in d. cap. 40 vt ſic vidᵉamus eſſe in domo
4 Regia † in qua vult Dominus Rex Marti-
nus, vt nullus habeat duo officia, ita ſupra
in cap. 28. tom. 3. & ſic puto ſentiſſe Ballũ,
vbi ſupra, licet corruptè ſit impreſſio.
Amplio ſecundo, vt eſto aliquis acquiſi-
5 uerit maiorem dignitatem † licet nõ per-
dat primam, vt vidimus ſupra in cap. xi.
ſub verſic. Prælati vero, tamen non ob id
exercebit vtramque dignitatem, vt ibidẽ
poſui, quando ſcilicet dignitas eſt cum ad-
miniſtratione, nec poterit conſequenter
vtramque retinere, vt per Io: Franc. de
Ponte in tract. de poteſtat. Proregis, tit. de
Official. elect. §. 8. ſub num. 3. & 4 per text.
in l. his, c. qui milit. non poſſ. & ibi Odof-
fred. & Io: de Platea.
Amplia tertio, vt ſiue officium habeat,
ſiue non habeat adminiſtrationem, ſi offi-
cium habet ſtipendium, nullo modo pote-
6 rit haberi † niſi vnum tantum ſtipendiũ,
ſiue ſalarium, vt ait ipſe de Ponte loco ci-
tato, num. 5. ex Rebuff. in d. l. his, Aluarott.
in cap. 1. col. fin. quis dicat. Dux, ſubdens
ipſe de Pon. quod adſunt in hoc Regiæ or-
dinationes, per quas diſponitur, quod niſi
ex ſpeciali diſpoſitione quis nõ poſſit gau-
dere duobus ſtipendiis, ſiue ſalariis, & tan-
go inferius in 1. limitatione, eſt verũ, quod
cæteros honores poſſunt habere, vt pono
infra, in 6. limit.
7 Amplia quarto ſic eſſe in Notarijs † qui
non poſſunt patrocinari, & eſſe Notarij in
eorum actis, vt vidimus ſupra in cap. 271.
Reg. Alph. eod. to 5. Franc. Marcus, quęſt.
899. part. 1. vbi ait eſſe incompatibilia, &
loquitur in Iudice. ſicut etiam Iudex, ſeu
8 poteſtas loci non poteſt eſſe Iudex † &
Notarius, vt per Alex. conſ. 120. viſo pro-
ceſſu, num. 4. & ſeq. lib. 7. vbi maxime in
contentioſis, & criminalibus debet eſſe
Notarius diuerſa perſona a Iudice, & qui
capit eſſe Notarius, nõ amouetur ſine cau
ſa, & ſic quamuis ſupr. in cap. Regni 412.
eiuſdẽ Reg. Alph. d. to. 5. dicatur quod vbi
9 non adeſt copia † Doctorum poſſunt No-
tarij concurrere ad officium Iudicis, tamẽ
intelligitur, vt non exerceat vtrunique in
contentioſis, per ea, quæ ait idem Tuſch. d.
concluſ. 97. nu. 9. cum ſeqq. qui citat Alex.
loco citato, & declarabo inferius in 8. limi-
tatione, eſt verum quod Alexander loqui-
10 tur de actuario † ſiue commiſſario cauſæ,
qui examinauit teſtes, quo caſu non eſt du-
bium, vt duas perſonas exercere non poſ-
ſit, nempe Commiſſarij, ſiue actuarij, & Iu-
dicis, ſed debent eſſe diſtinctæ perſonæ, ca-
pit. quoniam contra de probat. Innoc. in
cap. cum à nobis de teſtib. nõ obſtante cõ-
ſuetudine in contrarium, quicquid tenue-
rit ipſe Alex num. 6. quia reprobatur per
additionem ad eum ibidem in littera D.
vbi quòd eſſet abuſiua, per rationem, de
qua in d. cap. quoniam contra, quæ natu-
ralis eſt, & etiam cum impugnat Tuſch.
vbi ſupra num. 11. & ſentit expreſſe Guid.
Papæ decis. 564. poſt Innoc. vbi ſupr. Bald.
in l. iubemus, § ſane, verſic. quæro ergo, C.
de Sacroſ. Eccleſ. Prout etiam videmus in
ſimili, quòd non poteſt quis eſſe Notarius
11 † & teſtis in inſtrumento, quia aliàs ſuffi-
ceret vnus ſolus teſtis, quod eſt abſurdum,
ſed debent eſſe duæ diſtinctæ perſonæ nõ
ſun-

fungentes eodem officio, vt poſt Anchar.
conſ. 423. viſo puncto, Bald. conſ. 413. Duo
ſunt in fine, lib. primo, idem Anchar. conſ.
178. verſic non obſtat quarta. vbi intelligũt
procedere reſpectu ſu, non autem quoad
alios, idem Tuſch. num. 17. & ponam infe-
rius in 12. limitatione.

Amplio quinto intantum eſſe, vt duo of-
ficia haberi non poſſint, vt pœna habentis
12 vnum officium † & acceptantis aliudq, ſit,
vt careat acceptato vt tetigi ſuperius in
principio, & priuetur ſalario primi, quod
eſt mirabile, vt ait Bart. in l. quiſquis, C. de
Cohort. lib. 12 Roman. ſingul. 393. Si ſtatu-
tum, &c. Cardin. Tuſch. vbi ſupra in d. con
cluſ. 97. nu. 3. Ariſmin. Tepatus, in compen-
dio variar. iur. ſentent. d. tit. de officialibus,
& officijs in genere, fol. 25. col. 3. lib. 1. Abb.
conſ. 61. par. 2. ſicuti econuerſo in hoc pro-
poſito eſt de eo recuſante acceptare
13 officium ſibi impoſitum publicũ, ad quod
electus eſſet, nam dicunt DD. quòd priua
tur bonis ſuis quo ad vſumfructu, qui trãſ-
fertur in acceptantem, & poſtea nihilomi-
nus compellitur per biennium acceptare
vt ſubdit ipſe Tuſch. per l. ſi magiſtratus,
C. de decur. lib. x. idem Roman. ſing. 188.
Qua pœna, &c. multa cumulat Bouadill.
in ſua politica, cap. 15. tit. (*delas cargas de-
los corrigimientos*) lib. 1. tom. 1 vbi a num.
7. cum ſeqq. dicit quòd officia recuſari nõ
14 poſſunt † niſi excuſationibus legitimis, &
infert ad Ambaxiatorem, qui compellitur
acceptare Ambaſſiariam ex Accurſ. in l. ſi
quis decurio, C. de decur. d. lib. x. vbi Bart.
Bald Luc. de Penn. & Angel. ſic Aduoca-
tus, vt det ſuum conſilium, ſic de milite, &
ſimilib. poſt Plin. lib x. epiſt. 58. & lib. 4. e-
piſt. penult. l cui muneris, ff. de muner. &
honor. l. curiales, & ibi Platea eod. tit. de
decur. lib. x. Petr. Antibul. in tract. de mu-
ner. part. 3. num 107. exod. cap 3. & 4. im-
mo ſi aliter indebite aliquis ſe excuſaret à
15 munere publico † ſibi impoſito, & officio,
eſſet dignus perdere nobilitatem omnem,
honores, praeminentias, & ſimilia, ſicque
fuiſſe declaratum per Catholicos, & Sere-
niſſimos Reges noſtros Carolum V. Impe
rat. & Philippum II. anni 1542. & 1570. vt
dicit ipſe Bobadill. ſub nu 10. & ita recor-
dor aliqua tetigiſſe infra in cap. 100. Regis
Ferdinandi, ſub verſic ad eo vt, tom. 7. vbi
dixi quòd neque poſſunt officia renuntia-
16 ri † & d di rationem, quia ab initio iam
cogi poſſunt vt acceptent commiſſionem
ſibi iniunctam, ex traditis ab eodem Boua
dill. cap. 7. num. 31. tom. 2. lib. 3. tit. (*del go-
vierno del ayuntamiento*) vbi quaſi repe-
tit eaſdem authoritates, dum non demon-
ſtrant legitimam excuſationem, vel impe-
dimentum, per l. ſciendum, §. ſi accuſatio,
& §. ordine. ff delegat. Bald. in l. veluti, nu.
1. ff. de iuſtit. & iur. l. 2. C. de prapoſ. agent.
in reb. lib. xii. Auilez in cap. 54. Prætor.
gloſſ. menſagero, num. 2. & ſuo loco latius
dicam dante domino.
17 Amplio ſexto ſic eſſe in Monacho † qui
non poteſt eſſe Monachus in duobus Mo-
naſterijs, ſicut nec habere duas Eccleſias
incompatibiles, cap. de multa de præbend.
dixit Federic. de Sen. conſ. 5. in 2. quæſtio-
ne, prout neque vllus poteſt eſſe Abbas, ne
18 que Abbatiſſa † in pluribus Monaſterijs,
cap. fin. de relligioſ. domib. & ita ſubdit ip-
ſe Tuſch. vbi ſupra num. 6. qui intantum
extendit, vt ſi Abbatiſſa vnius Monaſterij
patiatur ſe eligi in Abbatiſsã alterius mo-
naſterij, ſubaudiatur renũtiaſſe primo Ab-
batiſſatui, ex eodẽ Federic. de Senis, cõſil.
29. verſic. ad vltimum, licet Apoſtilla ad
eum contrarium tenere videatur, & alle-
gat Io: Andr. in cap. qui tacet, de regul. iur.
in 6 in prima quæſt. vbi quod patiendo ſe
eligi in Abbatiſſam alterius monaſterij, nõ
renuntiare intelligatur primo.

Amplia ſeptimo per modum illationis,
vt ſic ſit in eo, qui non poſſet dupplicem
perſonam repræſentare, v. g. vt quis ſit te-
19 ſtis & debitor † Anchar. d. conſ 423. num.
2. Tuſch. num. 26. niſi in caſibus, de quibus
tango inferius in xi. limitatione.

Limito Primo, niſi ipſe Rex ſic vellet
concedere dicta duo officia vni, quod po-
teſt, vt ait Matth. de Afflict. in conſtit. Re-
gni, Iuſtitiarios regionum, nu 7. tit. 55. Ne
fil. pro patr. lib. 1. & colligitur ex illo cap.
ibi (*concedenda tamen per Regiam Ma-
ieſtatem*) intantum, vt ſubdat, tunc deberi
illi Officiali duo exercenti officia duo ſala-
ria, vt cõcluſi ſuperius ampl. 3. arg. eorum
ſalariorum, quæ conſtituuntur officialibus
vt dixi ſupra in cap. 7. Regis Martini, tom.
3. & ex tactis per Anchar. d. conſ. 423. num.
3. quem ſequitur Tuſch. vbi ſupra num. 31.
21 qui tunc duplicia † officia habere non
poſſunt, quando habent ſalarium ex publi-
co, ſecus ſi non habent ſalarium, Bart. in l.
placet in repet. num. 20. C de Sacroſ. Eccl.
Natt. conſ. 51. num. 7. Tepatus, loco citato,
& licet videantur obſtare ea, quæ ſcripſi
in pragmaticis, tit. 1. de reformat. Tribu-
nal. § 4. tom. 2. earũdem pragmaticarum,
dum diſponitur ibi, quod ſi Aduocatus Fi-
22 ſcalis † v. g M. R. C. exerceat etiam officiũ
ſiue vices gerat Officij Aduocati Fiſcalis
Tribunalis Regij Patrimonij, in caſu
abſentia, infirmitatis, aut alias in illis caſi-
bus ibi notatis, quòd non ex hoc habebit
ſalarium dupplicatum, per illa verba, ibi-
dem (*nil tamen ideirco ſtipendio ordina-
rio addatur, &c.*) quia ibi ſic voluit Rex or-
dinare, vt per Aponte citatum in d. ampl.
3. & prout latius videbimus in d. § 4. ergo
quoties Rex ex ſua certa ſciẽtia vult quòd
quis habeat duo officia, adhuc iuriſdiciona
lia, non negatur quin poſſit illa percipere,
imo ſic, & ſaltim ratione dupplicati exer-
23 citij, qui ſentit dupplicatum laborem † de-
bet habere dupplicatum ſalarium, cum
econuerſo regula ſit, quòd diminuto labo-
re, diminuatur ſalarium, vt poſt Roman. la
te conſ. 25. Viſo facto ait D. Cardinal. Tuſc.
in d. concluſ. 97. nu 14. & poteſt eſſe exem-
plum in eo, qui haberet dignitatem, nam
prop-

Digitized by Google

propter hoc diſpenſatur in pluralitate
24 † beneficiorum, d. cap. de multa, de Præb.
Abb. conſ. 38. lib. 2. col. 1. verſ. ſecundo principaliter, & ita per Salycet & alios ait Bolognett. in l. cum quid, ſub num. 39. ff. ſi cert. petat. præſertim ſi longo tempore poſſediſſent, vt demonſtro inferius, limit 4.
25 Limitaui ſecundo † ſecus eſſe, ſi v. g. vnus detineret duo officia, vel beneficia, quorum vnum haberet in exercitio, & actu, & aliud in habitu, ex his, quæ dixi in capit. 1. Regis Federici, ſub verſ. tertia promiſſio, tom. 2. & voluit Dec. cõſ. 40. vbi dicit quòd officia, quæ concurrunt eodem tempore in exercitio haberi non poſſunt, Tepatus vbi ſupra, Boniorn. & Fimia hic, qui ſimpliciter tranſeunt cum ipſo Decio, & Fælino, locis per ipſos citatis.

Limitaui tertio in d. capit. 40. Regis Alphonſi, ſecus eſſe quando vnum officium
26 haberetur in titulum † & aliud in commenda, vnde videmus, quòd Cardinales vltra proprium titulum, habent quãdoque Eccleſias in gubernationem, quarum dicuntur gubernatores legitimi, adhoc, vt ex fructibus, qui ſuperſunt, deductis neceſſarijs impenſis, poſſint congruè ſuſtentari, vt per Abbat. in cap. quærelam, num. 1. & com. pen de electionib.

27 Limita quarto ſecus eſſe ſi dicta duo † officia incompatibilia (quia de compatibilibus ſecus eſt, vt ponam inferius in x. limitatione) aliquis poſſideret longo tempore, ſciente Prælato, vel Principe, & allegatet diſpenſationem, vt tetigi ſupra in prima limitatione, ſed aſſereret eam perdidiſſe, præſumitur enim diſpenſatum, ſi maxime concurreret qualitas beneficiati, & ſimilium, vt per Abbat. in cap. licet Heli, num. 23. de ſimon. vbi Anan. num. 29. Crauett. Gabr. Anchar. Gomez. Rota, & alij, de quib per Io: Petr Surd conſ. 245. num. 32. vol. 2 Abb d conſ 38. verſic. nec obſtat, Alphonſ. Hoieda, in tract. de beneficiorum incompatibilitate, part 1. cap. 13. per tot. Bellamer. conſ. 10. num. 55. cum ſeqq Innoc. Hoſtienſ. & alij in cap. extirpandæ, de præbend. in 6 Lapus, Alleg. 36. & plura cumulat Cardin. Tuſch. in ſuis pract. concluſion. iur. verbo beneficia plura, concluſ. 65. tom. 1. Dec. conſ. 641. Tepatus loco citato. Bart. in ſuis quæſt. quęſt. 14. qui dicit quòd quando officia duo ſunt inter ſe repugnantia, vni concedi non debent.

Limita quinto, quando dignitas, ſeu offi-
28 cium eſt vendibile † quia poteſt tunc vna dignitas retineri, & ſic permictitur retentio ſecundæ dignitatis, & venditio primæ, ita ait Io: Franc de Ponte, loco citato in d. §. 8. num. 4. & 5 per text. in d. l. his, C. qui militar. non poſſ. vbi Andr. de Barulo, & Rebuff. qui refert hoc pluries vidiſſe practicatum, & in hoc Regno Siciliæ ſimiliter nos vidimus, & audiuimus in pluribus Officialibus, præſertim in Regijs Secretarijs Regni, qui fuerunt aſſumpti ad officiũ Regij Procuratoris Fiſcalis, & retinuerũt primum, quouſque illud venderent de licentia Principis, & ſic de ſimilibus.

Limita ſexto ſecus eſſe in cæteris hono-
29 ribus † quia illis poſſunt gaudere, & ita practicatur, ſubdit ipſe de Põte loco citato, num. 6. quia habent honorantias ſalis, feni, ſacchari, & ſimilium, per text. in l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. quoties enim ſunt aſſumpti de vna dignitate ad aliam, retinent priuilegia primæ dignitatis, dixi ſupra in d. cap. 11.

Limita ſeptimo ſecus eſſe quando offi-
30 cia ſunt ſine † adminiſtratione, Anchar. d. conſ. 423. nu. 2. verſic. præterea, Tuſch. vbi ſupra, num. 15. & colligitur ex noſtro textu, ibi (*iuriſdicionalia.*)

Limito octauo aliud eſſe in ijs, quæ ſunt
31 voluntariæ iuriſdicionis † & non contentioſæ, vt tetigi ſuperius in 4. ampliatione ad tradita per Roman. ſing. 49. Marc de Mant. ſing. 141. ideoque iſto caſu dupplicẽ perſonam quis poteſt repræſentare, idemque Notarius poteſt rogari de ſuo teſtamento tamquam Notarius, & diſponere, veluti priuatus, vt poſt Anchar. d. conſ. 78. num. 2. Guid. Pap. d. deciſ. 564 Alex. conſil. 157. num. 2. & ſeq. vol 2. ſubdit ipſe Tuſch. d. concluſ. 97. num. 16. 18. & 19. gloſſ. in d. cap. contra falſam, de probat. quæ dicit, quod ea, quæ fiunt à Iudice, non in forma
32 iudiciali † vt puta quia facit aliquas literas teſtimoniales, tunc ipſe met poteſt ſcribere per l. diuus, ff. de offic. Pręſid. quaſi quòd hęc ſint de iuriſdictione voluntaria, l. iubemus, §. ſanè, vbi Bald. C. de Sacroſ. Eccleſ. ea vero acta, quæ fiunt in forma iudicij, non poſſunt ſcribi ab ipſo Iudice, per l. in arbitris, ff de arb. quippe quòd hęc ſint cõtentioſæ iuriſdictionis, Guid. Pap. vbi ſupra Roman. ſingul. 50. Alex d. conſ. 157. num. 2.
33 qui inferunt ad eundem Notarium † qui rogatus eſſet de inſtrumento donationis, & eſſet etiã Iudex in loco, & haberet magiſtratum, ſupplet adhuc officium iudicis, vt dicatur inſinuata ipſa donatio, ſtante quòd ipſa inſinuatio eſt voluntariæ iuriſdictionis, ex eod. Alex. & Tuſch. qui ſupra, Bart. in l. ſi conſul in princ. ff. de adopt. Anchar d. conſ. 423. in princ. ſicut etiam poteſt rogari Notarius de contractu, & facere preceptum in nolentem tamquam iudex cartularius, vt ſubdit ipſe Anchar. nu. 3. & circa hæc tranſit idem Boniorn. hic cum Decio, d. conſ. 40.

34 Limito nono ſecus eſſe in officijs † quæ admictunt ſeruitium per ſubſtitutum quia tunc nedum officia, ſed beneficia plura haberi poſſunt, vt poſt Lapum Alleg. 117. nu. 3. & 4. ait idem Tuſch. num. 21.

Limito decimo aliud eſſe in officijs cõ-
35 patibilibus † & inter ſe non repugnantibus, vt tetigi ſuperius in 4. limitatione, & ita ait Bartol in d. l. ſi conſul, ff. de adopt. Tuſch. nu. 22. Franc. March. d quæſt 699. part. 2. Tepatus vbi ſupr. per l. 3. ff. de emancipat. & adopt. vbi quòd ſi officia non ſunt inter ſe repugnantia, poteſt in vno eſſe cõ-

Digitized by Google

curſus, Abb. d. conſ. 62. num. 16. lib. 2.

Limita vndecimo in illo, qui poſſet repræſentare dupplicem perſonam differẽtem ab illis tactis ſupra in 7. ampliatione
36 vtputa in Notario † qui poteſt ſuũ propriũ teſtamẽtum facere, & per ſe rogare teſtes, vt ſubdit idem Anchar. & Tuſch. locis citatis, & voluit Bartol. in l. fiſtulas, § fundum, ff. de contrah. empt. vbi quòd poteſt Notarius ſibi ipſi ſtipulando facere teſtamentum proprium. Et ſubdunt ipſi Anchar. & Tuſch. ſic eſſe in liberto, qui dupplicẽ perſonã v. g. repræſentaret, exẽpli gratia, tamquã dominum, & tamquam filium domini, & in talibus actibus, in quibus quis dupplici reſpectu interueniret, debet illud exprimere, videlicet, quo nomine velit actum gerere.

Limito duodecimo, vt dupplici officio
37 † fungi poſſit reſpectu diuerſorum actuũ, non eiuſdẽ actus, vt tetigi ſupra in d. 4. ampliatione, ideoque dixit Tuſch. vbi ſupra, num. 29. poſt Anchar. in d. conſ. 423. num. 3. quòd Iudex poteſt eſſe iudex in vno actu, & teſtis in alio, licet in eodem ſecus.

Limita decimotertio intelligi in officijs
38 † æquè principaliter, quia hæc exerceri, & haberi non poſſunt, ſecus quãdo vnum eſt principale, & aliud acceſſorium, Anchar. vbi ſupra, & Tuſch.

Limita decimoquarto non procedere ex neceſſitate, quia iſto caſu poteſt quis ac
39 cipere duo † officia ſimul, & ſemel, vt ait Bart. in l. 6. C. de execut. & exactor. lib. 12. & videmus multoties quãdo Domini Proreges in Vrbe Meſſanæ ſunt, vbi creant officia plura in vna, eademque perſona, etiam tria, licet Bart. hoc non velit, & poſt eum Tepatus loco citato.

De Siculis, non extrahendis à Regno, *Cap.* XXXIII.

ITem placeat Regiæ Maieſtati, concedere vniuerſitati totius Regni, quòd nullus Siculus poſſit à dicto Regno extrahi ad petitionem cuiuſcumquè perſonæ, quantumcumque priuilegiatæ, etiam ſi priuilegium eſſet clauſum in corpore iuris, vt eſt priuilegium Viduarum, pupillorum, miſerabilium perſonarum, & aliarum ſimilium; Nec etiam ad petitionem Procuratoris Regij Fiſci, & ſic non obſtante l. 1. C. quand. Imperat. int. pupill. & vid. & ſimilium, extrahi à dicto Regno Siculus cuiuſcumque qualitatis, & conditionis ſit, nõ poſſit, & ſi forte ibidem inueniretur, contra eum aliquo modo agi non poſſit, nec petitio, vel accuſatio fieri, immo remictatur ad Regnum ¶ Placet Regiæ Maieſtati, niſi in caſu denegatæ Iuſtitiæ, aut retardatæ poſt binum mandatum interpellatum, faciendum per Viceregem, aut Vicarium in Regno, ita tamen quòd inter primum, & ſecundum mandatũ labatur quadrimeſtre tempus, & caſu, quo prælibatus Vicerex, aut Vicarius fuerit negligens in faciendo mandatum prædictum, vt ſupra, eo caſu ſufficiat fieri requiſitio a parte cum tempore, & dilatione prædictis. Quoad Officiales Regios, ſtetur diſpoſitioni iuris communis, & Conſtitutionum, priuilegiorum, & Capitulorum prædicti Regni.

SVMMARIVM.

Siculi non poſſunt extrahi à Regno ad petitionẽ cuiuſcumque perſonæ priuilegiatæ, num. 1. nec ad petitionem Fiſci, num. 2. amplia, num. 3. 4. 5. cum ſeqq. fallit, num. 13. 14. 17. 18.

Siculi non coguntur extrahi à Regno pro ſeruitio militari, num. 3.

Siculi extrahi non poſſunt ad Regno etiam volentes, num. 4.

Siculi inuenti extra Regnum, ſi ibi eſſent conuenti, debent ad Regnum remicti, num. 5. cum plurib. ſeqq.

Ciues vbique inuenti, & conuenti poſſunt per Sindicos reuendicari, ibid.

Deputati Regni poſſunt reuẽdicare Siculos extra Regnum inuentos, & conuentos, & quando, ibid.

Exteri mercatores alibi delinquentes, vel conuenti, an debeant ad eorum forum, & prouincias remicti ſtante ſic ſtatuto, num. 6.

Forus & priuilegium poſſunt renunciari, num. 7. & ſeq.

Vaſſalli poſſunt precipi ne litigent coram alio iudice, quam ſub Iudice Baronis, num. 9. & quomodo, num. 10.

Iuriſdictio poteſt prorogari, partibus conſentientibus, num. 11.

Siculi habitantes extra Regnum non tenentur cõuenti hic reſpondere, niſi ſuper actionibus hypotecarijs, exiſtentibus prædijs in Regno, num. 12.

Siculi poſſunt extrahi à Regno in caſu rebellionis, num. 13.

Rebellionis crimen ſolus Rex, & eius Prorex, & Magna Regia Curia cognoſcit, ex quo eſt de regalijs, ibid.

Regaliorum eſt cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis, ibid.

Siculi poſſunt extrahi à Regno in caſu denegatæ, & retardatæ Iuſtitiæ, num. 14.

Iuſtitia ſi denegatur, & retardatur, efficit, vt poſſint Siculi à Regno extrahi, ibid.

Princeps concedens iuriſdictionem non videtur à ſe eximere ipſam iuriſdictionem, num. 15.

Auocare cauſas poteſt ad ſe princeps in caſu retardatæ, & denegatæ Iuſtitiæ, ibid.

Epiſcopi poſſunt compellere Iudices, ad iuſtitiam faciendam, etiam per litteras ad principem directas, num. 16.

Siculi poſſunt extrahi à Regno in cauſis feudalibus, num. 17.

Si-

Siculi officiales Regij an poſsint extrahi à Regno, & quando, num. 18.
Officiales Regij ſi commiſerint delicta, aut ſuper adminiſtratione pecuniæ Regiæ conuenirentur, an poſsint extrahi à Regno, ibid.

1 H. D. in ſumma quòd Siculi † non poſſunt extrahi à Regno, etiam ad petitionem cuiuſcumque perſonę quantumcumque priuilegiatæ, cum derogatione l. 1. C. quand Imperat. int. pupill. & vid. vt ita pertranſit hic Boniorn. non obſtante dubio poſito per Afflict. in conſtit. ſtatuimus, in 8. notab. de offic. Magiſtr. Iuſtit. late per Grãmat. deciſ. 20. per totã, Luc. de Pēn. in l. nequis, C. ne ruſtican. ad vllũ obſeq. deuo. lib. 11. quæſt. 1. 2. & 3. nec etiam ad petitio
2 nem Regij Fiſci † tam ciuiliter, quam criminaliter, etiam ſi alibi reperirentur, quia remicti debent ad hoc Regnum, niſi in caſibus denegatæ Iuſtitiæ, vt ſubdam infra num. 14. & prout de alijs ſcripſi ſerio etiam de iſto cap. faciendo mentionem in cap. Regni 442. Regis Alphonſi ſupra tom. 5. per totum vbi poſui plures ampliationes, & fallentias, cum locis ibi citatis, addo Dom. Camill. Borrell. in ſua ſumma deciſionum, tit. 43. nu. 158. tit. de for. compet. qui de Noſtratibus citat Milaniſ. deciſ. 2. num. 1. cum ſeqq.

Etiam ſi loquamur de præſtando milita
3 ri ſeruitio † quia Siculi prædicti illud infra Regni confinia, non autem extra præſtare tenentur, vt videri poteſt ex traditis ſupra in cap. 39. Regis Iacobi, num. 99. 100. & ſeq. tom. 1. cum ſimilibus, quæ adduxi in d. cap. 442. ampl. 5. d. tom. 5.

Item non obſtante quòd peterent con
4 ſenſum ab ipſo Rege † etenim adhuc extra prædictum Regnum pergere non coguntur, vt in eod. cap. 39. ſcripſi eiuſdem Regis Iacobi, num. 102. & in d. cap. 442. Regis Alphonſ. ampl. 10.

Rurſus eſt hic poſita quædam amplia
5 tio mirabilis † & eſt, vt eſto Siculus aliquis inueniretur extra hoc Regnum, ibiquè eſſet facta contra eum petitio, vel accuſatio, quòd debeat huc remicti, vt in textu, ibi (*remictatur ad Regnũ*) & hoc per Deputatos Regni petitus, ad ſimilitudinē Syndici Vrbium, & locorum, qui quemadmodum poſſunt reuendicare Ciues ad loca, vt poſt D. Octau. Corſett. Capic. Pappon. Appian. & alios vidimus in cõſut. Panhormi, cap. 79. num. 25. etiam non obſtante renuntiatione, vt ipſi concludunt, de quo reuerà m anceps maneo, quia loquendo primo quoad Siculos repertos alibi extra Regnum quòd debeant huc remicti, huſque alibi non legiſſe recordor, nec practicatum audiuiſſe, nedũ vidiſſe, niſi quo ad cauſas ipſorum Siculorum alibi inceptas, quæ huc remicti debeant, vt vidimus, in d. cap. 442. Regis Alphonſi, num. 20. nec ab re, quia ſequeretur inconueniens, vt per indirectum Siculi extraherentur pro defenſione cauſarum, & difficilius eſt non extrahi, quàm alibi extra Regnum repertos ibidem conueniri, ſiue accuſari, vel inquiri, præſertim ſi v. g. vt exteri, & foren
6 ſes Mercatores † ibidem perrexerint ad negotiandum, ibique contraxiſſent, vel nundinarum tempore ſecundum Bart. in l. hæres abſēs, §. proinde, ff. de iudic. & per ea, quæ tetigi in hac materia nundinarũ in capit. 129. Regis Ferdin. tom. 7. quia, & ibidem conueniri poſſent, non obſtante ſtatuto diſponente, quòd non poſſint conueniri, niſi in foro ſuo, Caualc. deciſ. 2. de iudic. Tepatus, modo citandus, etiam abſque vlla renuntiatione horum Capitulorum Regni: Or multo fortius dicerem ſi in ciuilibus extaret pactum (ibidem extra Regnum facto, loquor) de renuntiando
7 foro cuicumque & priuilegio † vt ſentit Bart. in §. ſi vero, Auth. vt nulli Iudic. num. 5. Ariſmin. Tepat. in eius variar. ſentent. lib. 1. tit. de iuriſd. & foro compet. fol. 159. col. 2. Miſinger. obſeruat. 38. centur. 1. Roman. ſingul. 240. Bart. in l. titium, §. tutores, ff. de admin. & periculo tutor. quia quoad me dubitarem valdè, & dicerem, ſalua veritate, quòd nõ eſt locus remiſſioni, nec Deputati Regni talem Siculum ſic renuntiantem reuendicarent, ſtante quod
8 ex proprio pacto ſe ligauit † ex adductis per Guid Papæ quæſt. 275. & quæſt. 370. & quæſt. 462. & l. cet legamus quòd poteſt
9 Rex, & Barones † etiam præcipere eorũ vaſſallis eiſque inhibere, ne coram alio Iudice litigent, vt vidimus in capit. 10. Regis Martini, num. 51. tom. 3. tetigi ſupra in capit. 22. declarat. x. addo Oſasc. deciſ. 78. nu. 42. Papon. d. lib 7. tit. 7. arreſtor. 9. & 18. Anton. Sola, in conſtit. Pedamont tit. de for. compet. fol. 4. Marant. in ſpecul. part. 4. diſtinct. 22. num. 25. de quibus per Ariſmin. Tepato, vbi ſupra fol. ſuo 161. col. 2. tamen
10 † vel illud intelligere debemus, quando tales vaſſalli eſſent in eadem propria regione, & Inſula, ſiue loco, vel quando ipſi eſſent actores, vel quando aliter alibi, vel tamquã mercatores, vel ſimiliter cõtraherēt, aut deliquerint ibid. aut de reb. feudalib. vt tãgo infra n. 17. Giamm. dec. 103. nu. 137. Guid. Pap. d. quæſt. 275 Boer. deciſion. 114. Gayll. obſeru. 40. lib. 1. Vinc. de Frãch. deciſ. 417. part. 2. Tepatus, loco citato, fol. prædict. col. 3. vnde ſi damus quòd Siculi,
11 v. g. reperirentur extra hoc Regnũ † ibiq; ex culpa, & eorum facto conuenirentur, vtputa quia contraherent ibidem vel deliquerint, quòd remictantur huc, abſurdiſſimum puto, quia eſt de caſibus, in quibus, iuriſdictio poteſt per eos prorogari ex adductis per Natt. conſ. 82 gloſſ. in cap. Petro extr. de offic. & poteſtat. iud. delegat. ratione quia ibi delinquendo, ibique contrahendo, efficitur de foro illius Iudicis, & iuriſdicionis, præſertim ipſis partibus conſentientibus, l. 1. ff. de iudic. l. 74 §. Iudex, ff. eod.

Digitized by Google

l.pen.ibid.Oſaſc.d.deciſ.78. num.5. & per Gerard. ſingul.88.Boer.d. deciſ.114. præ-
12 ſertim † ſi talis extra Regnum habitaret, quia non tenetur reſpondere hic,niſi tantum ſuper actionibus hypotecarijs,quę eſſent ſitæ in hoc Regno, non autem ſuper perſónalibus actionibus,Ioãn.Gayll. quæſtiõ 148.Poſſet fortaſſe procedere hoc Regni capitulum,quãdo v. g.Siculi extra Regnum reperirentur, ib que minimè contraxiſſent,minimè deliquiſſent,quib. caſibus. puto concedẽdam huc remiſſionem, quatenus petitio contra eos, vel accuſatio tentaretur.

Reſtringe ſecus eſſe in caſibus rebellionis commiſſæ per Siculos, vt expreſſe habetur infra in cap.94.tam in primo, quàm in ſecundo capite, non obſtante quod per Regnum fuerit petitum non procedere in ſecundo capite,quia Rex non cõceſſit,vt patet ex decretata ibi(*promdebitur*)ex-
13 trahi † enim poſſunt hoc caſu Siculi à Regno,poſſet dici,hoc eſſe,vltra ob atrocitatẽ delicti,ſed etiã quia illud crimen habet multas ſpecialitates, inter alias eſt, quia Princeps ſolus talis criminis Iudex eſt, & ad ipſum ſolum, vel ab eo delegatum ſpectat cognitio, & punitio,cũ ſit de reſeruatis,& regalijs vltra ea, quæ poſui in capit. 456.eiuſdem Regis Alph.à num.63. cum plurib. ſeqq. d.tom 5. ſic poſt Affl. in titul. quæ ſint regal.cap.1.num.18.& 46. Gigãt de crimin.læſæ Maieſt. lib.1. rubr. quis de crim.læſ.maieſt.cognoſc.poſſ.quæſt.1. nu. 1.& ſeq.ait Farinac. in tract.de crimin. læſæ Maieſtat.quæſt.118.§.4.num.14.in ſua prax.& theoric.crimin partis 2 tom. 2. ex Iodoch.in pract.crim.cap.62. rubr. de crimin.læſ.maieſt.num.13. Decian. in tract. crimin.lib.7.cap.38.nu.5. qui dicunt quòd ſolus Rex Franciæ in ſuo Regno cognoſcit de iſto crimine,& in Ciuitate Venetię ſpectat hoc ad concilium Decem viraliũ, eſt verũ quòd Rex noſter ſolet permictere vt Magna Regia Curia cognoſcat, ſicut Neapoli ſic etiam teſtatur ipſe Farinac. ex eod.Affl Boer.in trac.de ſeditionib.in 6. præſuppoſito, num. 20. & 21. & ita vidimus,& audiuimus, quod in ſimili delicto Siculi nõ fuerunt hinc extracti ſed puniti malefactores per Vicariũ Regiſque Proregẽ, & eius M. R.C.memini ſcripſiſſe in cap.18.Regis Iacobi per totum tom.1. & in cap.319.Regis Alph.in 1.caſu, num.42. cũ ſeqq.to. 5.cũ ibi cit.vbi ẽt tetigi de hoc, primo,& ſecundo capite rebellionis,& in d.cap 18.

Reſtringuntur etiam ea, quæ ſunt dicta in iſto capitulo, nò procedere in caſu de-
14 negatæ,aut retardatæ Iuſtitiæ † vt, hic ibi (*niſi in caſu, &c.*) & ita poſui in d. cap.Regni, 442.Regis Alphonſi,nu.26 d.to.5 addo Grãm.voto 28.quẽ refert, & ſequitur ſimpliciter Tep. Ariſmin.vbi ſupr.fol.ſuo 162. col. 3. vbi dicit quòd Princeps concedens
15 iuriſdictionem† non videtur à ſe eximere ipsã iuriſdictionẽ arg. eorũ, quę dixi ſupr. in c.pręced.n.20 vbi loquor quòd põt.Rex paſcere ſua animalia in cómuni, & quin poſſit ipſe quoq; cognoſcere, ſi vellet, & etiam cauſas ad eius Officiales auocare ex cauſa denegatæ,vel retardatæ Iuſtitiæ,etſi aliter promiſerit in priuilegio conceſſionis ipſius iuriſdictionis,nec mirum quia video in hoc caſu, quod poſſunt etiã Epi-
16 ſcopi † compellere Iudices ad ipſam Iuſtitiam faciendam,aut per ſe, vel per litteras ad Principem directas, vt per text. in §. 1. Auth. vt differentes iudices, ait Tepatus, Ariſmin. vbi ſupra, & num.2.hic.

17 Reſtringitur etiam ſecus eſſe † in cauſis feudalibus,in quibus Siculi extrahuntur vt hic,ibi (*& cauſis feudalibus*) dictum eſt ſupra in d.cap.442.num.27. Regis Alphonſi, d.tom. 5.cum ibi citatis, & ſuperius,n.10.

Reſtringi etiam videtur hoc capitulum, quaſi vt non procedat in Siculis Officiali-
18 bus Regijs† in quibus Inclitus Rex hic ſtatuit,vt ſtetur diſpoſitioni iuris communis, conſtitutionum priuilegiorum,& Capitulorum Regni ſic,ibi (*quoad Officiales Regios, &c.*)ita vt ſi v. g. tales cõmiſerint aliquod delictũ,& Fiſc Reg vellet ſe quærelari corã Reg. & Rex ipſe præciperet q; veniat Officialis, putarẽ nõ poſſe iſto caſu excipi quòd non poſſet extrahi ab hoc Regno, & licet in hoc capit. adſint ibi paulo ſupra illa verba (*cuiuſcumque qualitatis, & conditionis ſit*) ideſt vt Siculus nullus etiam cum qualitate, & conditione non poſſit extrahi, non intelligo tamen de iſta qualitate officialium Regiorum, quia eo ipſo quòd quis acquirit officium Regium,ſtatim ſubijcitur ſuæ voluntati iuriſdicionali ita vt omnibus foris renũtiaſſe videatur,vt videmus in concordia cum Tribunali S.Inquiſitionis,& referuo fortaſſis de hoc alibi, & ita poſtea inueni,cap.81.inſr. hoc tom.vbi quod licet Officialis Regius pecunias Regias adminiſtrans debeat ſua computa, & diſpunctiones facere coram Magiſtris Rationalibus,tamen poteſt Officialis Regius, qui adminiſtrauit pecuniam Regiam extrahi hinc,ſi ita Regiæ Maieſtati viſum fuerit,remanentibus ſcripturis criminalibus in ipſo Regno,ſic tetigi in pragmaticis tit.7.de Officialibus, pecuniarijs Regni Siciliæ,ampl.1.tom.2. ipſarum pragmaticarum, & nota hanc reſtrictionem,quia non vidi hucuſque ab aliquo tactam.

De libellis in cauſis criminalibus præſentandis pœnes Magiſtrum Notarium.
Cap. XXXIIII.

ITem placeat Regię Maieſtati concedere,quòd in cauſis criminalibus quibuſcumque in Magna Regia Curia præpoſitis, non poſſit procedi,niſi primò ſit præſentatus libellus, pœnes Magiſtrum Notarium,ſeu Curiam formatam,& non pœnes alium quemcumque iudicem ordinarium,ſeu Commiſſarium,iuxta formam iuris,aliàs ſit proceſſus ipſo iure

Digitized by Google

ſit iure nullus, & pars accuſatrix teneatur reficere expenſas accuſato; & eodem modo Procurator Fiſci de proprio, quando ad petitionem ſuam inſtitueretur accuſatio, vel aliter ſubiuſtrarent, non ſeruata dicta forma: & habeat locum præſens Capitulum, etiam ſi quærela proponeretur coram quocumque officiali, etiam Illuſtri Domino Vicerege, vt non poſſit procedi contra inculpatum, ſeu ſuſpectum de crimine aliquo, etiam ſi principaliter intereſſet Fiſco, niſi præſentato libello, modo iam dicto. & teſtes non examinentur in criminali cauſa, vel præambula ad criminalem, ad informationem prædictorum Officialium, aut alterius, ſed ſemper citentur partes, dato libello; alias, non ſeruata forma prædicta, actus ſit ipſo iure nullus, & teſtes, iterum citata parte, non poſſint produci, qui primò recepti fuerint, omiſſo dicto ordine ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quod ſeruentur Capitula, & Conſtitutiones dicti Regni, prout eis hactenus melius vſi fuerint.

SVMMARIVM.

Libellus in cauſis criminalibus proceſſiuis præſentatur penes Magiſtrum Notariorum parte citata, num. 1. etiam die feriata, num. 2. etiam in cauſis appellationum, num. 3.

Libellus præſentatur cum ſubſcriptione Aduocati, vel procuratoris, etiam ad pœnam talionis, num. 4.

Libellus non præſentatur ſtante prag. ſola facti veritate inſpecta, ſed ſufficit qualis, qualis petitio, num 6 cum ſeqq. etiam inuitis partibus, n. 8. & vbi fit remiſsio in iuſtitia, num. 10.

Pragmatica ſola facti veritate inſpecta facit omnes cauſas tam ciuiles, quam criminales ſummarias, num. 7.

Clauſula ſola facti veritate inſpecta efficit, vt non requiratur libellus, ibid. etiam inuitis partibus, num 8.

Informationum copiæ dantur proſecutis, quoties proceditur proceſsiuè, non palatinè, num. 9. & ſeq & num. 24

Remiſsio in iuſtitia quoties fit, non præſentatur libellus ſed informationes, & dantur copiæ, num. 10. & repetuntur parte citata, num. 12. & ſeq. quid in cauſis palatinis, num 24.

Proceſsiuo modo quando agitur in cauſis criminalibus, datur terminus. & poteſt interim Fiſcus facere ſua capitula probatoria & quomodo, ibid.

Terminus non currit in caſibus in quibus fit remiſsio in iuſtitia. & dum dantur copiæ ſcripturarum, & interim nihil noui fiat, num 11 .&

Copiæ dum petuntur non currit terminus, & interim nil fieri poteſt, ibid & num. 20. vbi de copiis actorum, & productorum, num. 21. ſaltem dantur originales in materia celeris expeditionis iuſtitiæ, num. 23.

Informationes ſi non ſunt repetitæ repetuntur parte citata num. 12.

Proceſsiuæ ſunt cauſæ in criminalibus ex diſpoſitione iuris & negotia ponuntur ad largam, num. 13 & fiunt defenſiones, num. 14.

Defenſiones nunquam negantur in cauſis criminalibus ex diſpoſitione iuris & negotium ponitur ad largam, num 14. 15. cum ſeqq. fallit in cauſis palatinis, num. 24.

Defenſiones tollere in criminalibus repugnat æquitati, & iuri naturali, & diuino, num. 16. Et an per ſe, & aliàs poſsint fieri, num. 17. eas tollere eſt contra bonos mores, num. 18.

Viuendi dulcedo naturalis eſt, ibid.

Defenſiones debent eſſe legitimæ veræ, iuſtæ, & non temerariæ, nec falſæ, ibid.

Defenſiones tollere eſt contra bonos mores, eſto quod Iudex habeat poteſtatem procedendi ex libero arbitrio, non obſtante quod Princeps ex abſoluta poteſtate eas tollere vellet, non obſtante quouis ſtatuto incontrarium, nec conſuetudine, non obſtante quod reus non petat maximè in ruſticis, & ignaris, eſto ſimus contra excommunicatum, blaſphemum &c. eſto quod proſequuti vellent eis renuntiare, num. 18. & ſeq.

Defenſiones tolli non poſſunt eſto timeatur de ſubornatione, eſto ex officio & per inquiſitionem procedatur, num. 19. & ſeq.

Defenſiones tolli non poſſunt, alias poſſet appellari, & Iudex tenetur in ſyndicatu, eſto quod reus non exprimat ab initio qualitates earũ, & omni tempore deduci poſſunt, & in qualibet parte iudicij, etiam poſt ſententiam, nec confeſsio in tortura valet, num. 20.

Teſtium copiæ, ſiue atteſtatorum dandæ ſunt cum nominibus ipſorum, num. 21. niſi in caſu hæreſis, & aliis caſibus reſeruatis, & in materia viſitæ, quia dantur inconfuſo, & num. 22.

Hæreſis in crimine non ſolent dari copiæ teſtium cum nominibus, & cognominibus ſed inconfuſo, ne ſciantur, ibid.

Viſitæ in materia non dantur copiæ teſtium cum nominibus & cognominibus, ibid.

Informationum copiæ ſolent dari vt fiant defenſiones, vel ſaltem accommodantur originales in caſu celeris expeditionis iuſtitiæ, num. 23.

Defenſiones tolluntur in cauſis palatinis, & diſpenſatiuis, num. 24.

Copiæ informationum non dantur in cauſis palatinis, & diſpenſatiuis, ibid.

Defenſiones licet non poſsit tollere princeps, poteſt tamen defendendi modum reſtringere, num. 24 maximè ex iuſta cauſa, num. 25. maximè in delictis arduis, & atrocibus, verificata, num. 26. cum ſeqq. & num. 29. & contra illos, in quos ſi ſuperſederetur executio iuſtitiæ, poſſet ſequi, tumultus, num. 28.

Procedendi modus informatiuè diſpenſatiuè & ex abrupto poteſt eſſe in delictis arduis, num. 27.

Diſpenſatiuo modo procedi in delictis arduis ſolet per M. R. C. communicari Curiis inferioribus, ibid.

Tumul.

Tumultus populi vbi ſequi poſſet, poſſunt delinquentes poni ad torturam, & cum breui termino furcis ſuſpendi, num. 28.

Terminus innocentiæ datur confeſsis, & ratificatis cum tortura, num. 30.

Confeſsis in tortura, & ratificatis datur terminus innocentiæ, ibid.

Defenſiones non ſolent concedi ei profecto, qui vellet non releuantia probare, animo differẽdi iudicium, num. 31.

Reſtitutiones competunt in criminalibus in cauſis proceſsiuis, num. 32.

Diſpenſatiuo modo in multis caſibus procedi nõ poteſt, ſed proceſsiuè, num. 33. cum ſeqq. & n. 40 42 43 70. 72. 73. 74.

Minores decem, & octo annorum delinquentes non poſſunt caſtigari diſpenſatiuo, & palatino modo ſed proceſsiuè, & de practica, ibid. & rem ctuntur in iuſtitia, num. 34. cum ſeqq.

Palatino modo quibus caſibus non procedatur ſed proceſsiuè, ibid.

Minores non puniuntur in delictis in omictendo, & negligendo, ſed incommictendo, num. 34.

Pupillus quando eſt doli capax, & proximus pubertati obligatur ex delicto, num. 35.

Minor commictens delictum, eſto pubes, & doli capax, eſto veniret pœna mortis condemnandus, mitius tamen punietur, & minoratur pœna tam de iure communi, quàm ſtatutario, & quid in adulteriis, & homicidiis, num. 36. & quid ſi non conſtat de ætate ex aſpectu, & coniecturis, & in delictis atrocibus, & habentibus circumſtantias aggrauantes, num. ſeq.

Minores quandoque in delictis atrocibus, & habentibus circumſtantias aggrauantes, etiam vſque ad mortem ſoliti fuerunt condemnari, & de veritate, num. 37 & ſeq.

Indicia indubita faciunt plenam probationẽ, etiam ad condemnandum, num. 38.

Minores non poſſunt torqueri, num. 39.

Tortura multis perſonis non poteſt dari, ibid.

Homicidia accidentalia puniuntur non pœna ordinaria ſed extraordinaria, & mitiori, & diſceditur à modo procedendi palatinè, num. 40.

Accidentales inſultus, rixæ, homicidia, &c. mitius puniuntur, & quomodo, ibid.

Terminus extraordinarius quando eſt datus in cauſis criminalibus, dicitur incluſus in modo procedendi palatinè, & diſpenſatiuè, & factis reuelamiſsimis probationibus, excluditur intentio fiſci, & accuſatoris, num. 41.

Indicia ſi non ſunt ex informationibus plenè, nec ſemiplene probata, non eſt locus modo procedendi diſpenſatiue ex abrupto, ſed ſuperſedetur, & ſit iniunctio, vel impinguatio, vel compleantur, &c. vel quòd fiat proceſſus, nu. 42. cum ſeqq.

Indicia ſuper informationibus receptis ſi ſunt dubia, non eſt locus torturæ, num. 43. cum ſeqq.

Torturæ non eſt locus ſi indicia ſunt dubia, ibid.

Tortura, & à tormentis non eſt incipiendum, niſi proceſſerint indicia, ſemiplena probatio, & quòd reus ſit leuis vitæ, & caſu quo veniſ pœna imponenda vltra relegationem, num. 44. & ſeq. nec in pœnis pecuniariis, num. ſeq. & vbi pœna eſt arbitraria, num. 47.

Tortura non infertur in delictis à relegatione infra, num. 45. nec vbi venit imponenda pœna pecuniaria, num. 46. & in pœnis arbitrio iudicis commiſsis, num. 47.

Indicia ſi ſunt dubitata, aut indubitata, & fortia eſt locus torturæ, num. 48. cum ſeqq.

Tortura eſt arbitraria in procedendo nempe ſi reus habeat cor induratum, & circa eleuationes, & conquaſſationes, aut ſaccatas, & tractus, num. 49. præcedentibus tamen prius legitimis indiciis, cum ſeqq.

Indicia legitima debent prius præcedere vt deueniatur ad torturam, pro graui, quàm pro leui tortura, num. 50.

Indicia ſi ſunt grauia, grauis eſt danda tortura, ſi leuia, leuis, pro grauitate delicti, & indiciorum, ibid.

Tortura quando irrogatur non poteſt dari certa doctrina, cũ ſit arbitraria, & in iudicis conſideratione eſt videre conditionem proſequuti indurati, vel delicati, ſi concurrunt indicia fortia, & pro qualitate delicti torqueri poteſt ſemel, & pluries, nec diſſoluantur mẽbra, nec membrorum, & articulorum fiat diſſolutio, nec torqueri tantum quouſque durat anima, num. 51.

Iudices mali peſsimè faciunt torquendo reos eo vſque quo durat anima, ibid.

Tortura repeti poteſt, & eſt arbitraria, nec in prima vice verificatur, num. 52.

Tortura ideo datur, ne occidatur innocens, & per ignorantiæ Iudicum miſeriam fit, quod licitum eſt ex D. Auguſtino, num. 53.

Tortura eſt ſubſidiarium remediũ veritatis deficientibus aliis modis probandi, num. 54.

Tortura non datur reo conuicto, ibid.

Tortura fuit data cuidem Reginæ Aragonum, num. 55. cum ſeqq.

Reges decorantur etiam titulo Illuſtrium, & quandoque ſpectabilium, num. 56. 57.

Dauid Rex vocatus fuit titulo ſpectabilium, nu. 57.

Indicia debent eſſe luce meridiana clariora, & certa, vt deueniatur ad torturam, num. 58.

Tortura an poſsit dari nobili abſque defenſionibus, vel Reginæ, num. 59.

Magna Regia Curia habet præeminentiam procedendi ex abrupto, & diſpenſatiuo modo, ibid.

Indiciorum appellatione veniunt præſumptiones, num. 60.

Præſumptionibus poteſt deueniri ad torturã, ibid.

Inimicitia, & odium eſt vnum de indiciis ad torturam, num 61. maxime ſi eſſet grauis, & concurrerent alia adminicula, & coniecturæ, & quando eſt capitalis iuncta cum aliquo adminiculo ſemiplenè probat, num. 63.

Inimicus præſumitur dediſſe damnum, & contra eum ſemper eſt ſuſpicandum, ibid.

Inimicitia inducitur ex verbalibus iniuriis, nu. 64.

Præſumptiones ſi non exiſtunt, non poteſt imponi

pœna

pœna corporali, num. 65.

Indicijs non præcedentibus poteſt ad interrogationem deueniri, non torqueri, num. 66. vel quando aliquis inquiritur de conſcientia Principis, num. 68. & in delictis ſecretis, & coniuratis, num. 69.

Subitus ſi nollet affirmatiuè, vel negatiuè reſpõdere, poſſet torqueri, num. 67.

Tortura poteſt dari non præcedentibus indicijs ſi de conſcientia principis ſit inquiſitio, ſi cauſa eſſet vrgentiſſima, num. 68. & ſeq.

Tortura in delictis ſecretis, & coniuratis animoſius per Iudicem admittitur, eſto deficerent indicia, num 69.

Falſitatis ſuſpicio ſi oritur ſuper informationibus receptis in materia delictorum tunc non poteſt procedi ex abrupto, nec diſpenſatiuo modo, ſed fit proceſſus, num. 70.

Inimicitia apparens ſi oritur ex informationibus receptis ſuper delicto tunc ceſſat procedendi modus ex abrupto, & diſpenſatiuo, ibid.

Accuſatus ſi in tela proceſſus abſoluitur poteſt ex cauſis beneuiſis Proregi remitti in iuſtitia. & accuſare teſtes de falſo, num. 71.

Remiſsio in iuſtitia poteſt peti cum licentia per accuſatum, & abſolutum, ibid.

Homicidium commiſſum ob inſultum factum, vel ad ſui defenſionem, vel fuiſſet culpoſum, & non doloſum, an poſſit puniri palatino modo, & ex abrupto, vel proceſſiuè, vel cum termino extraordinario, num. 72.

Officiales quando proſequuntur, ſolet procedi per viam proceſſus, non autem palatinè, & ex abrupto, & quando, num 73.

Proceſſus multoties fit contra proſecutos, & ſolet quandoque opponi cauda, vt non inchoetur, niſi de mandato Curiæ, vel proſecuto exiſtente carcerato vſque ad ſententiam diffinitiuã, & fit cedula parti, vel datur terminus dierum octo, vt agat, num. 74. et ſi reus non facit releuantes exceptiones, ſed vrgerent indicia, poni poteſt ad torturam compilato proceſſu, num. ſeq.

Tortura poteſt etiam dari poſt compilationem proceſſus iuxta formam iuris, num. 75.

Teſtes in criminalibus proceſſiuo modo recepti debent parte citata ſemper recipi, vel ſaltem repeti parte citata, nec aliter reus torqueri poteſt, num. 76. et quid quando eſt facta confrontatio, num. ſeq.

Confrontatio proſecuti quando fit cum teſtibus, non eſt neceſſaria partis citatio, num. 77.

Informationes debent recipi ſuper toto facto, aliàs non probant. num. 78. et an interuenire poſſit fiſcus, num. ſeq.

Teſtes debent recipi ſuper toto facto, ibid.

Fiſcus non debet interuenire in captura informationum, & teſtium, num. 79. nec quando votantur cauſæ, num. 80. nec debet eſſe præſens in tortura, & de veritate, num. 81.

Theſaurarius non debet interuenire in votandis cauſis, num. 80.

Aduocatus Fiſcalis non debet eſſe præſens in tortura, num. 81.

HOC capitulum realiter loqui videtur in cauſſis proceſſiuis meris iuxta formam iuris, & ritus ordine ſeruato, prout recordor poſuiſſe ſupra in cap. 141. ipſius Ritus, per totum, tom. 4. & ſupra hoc tom. in cap. 15. quod in Regno non ita ſæpius contingit, ſicuti in cauſis Palatinis, & diſpenſatiuo modo, vt inferius videbimus.

Noto Primo ex hoc capit. & ſeruiunt
1 pro ſummario, quòd † libellus in cauſſis
proceſſiuis criminalibus quibuſcumque in
M. R. C. prępoſitis, non tamen Palatinis,
nec in illis, in quibus proceditur ex abrupto,
vt dicã de his in 2 notabili, debet præſentari
pœnes Magiſtrum Notarium, ſeu
pœnes Curiam formatam, quod intelligerem
in iudicio, & non pœnes alium quemcumque
Iudicem, nec Commiſſarium iuxta
formam iuris, puto capitulum velle loqui
hoc procedere ab initio, ideſt quòd
prius debet apponi præſentata per Magiſtrum
Notarium cum citatione partis, vt
ſubdam num. 5. vel in iudicio, dum hic ſubditur
(*ſeu pœnes Curiam formatam*) & poſtea
iudici, vel cum manu ipſius Iudicis ſubſcribentis
ſe, iam enim de iure communi ſic
video, quod nempe libellus, ſiue ciuilis ſit,
ſiue criminalis, poteſt offerri Iudici etiã
2 die feriata † per l. miles, §. ſexaginta, ff. de
adulter. Bald in l. 1. C. de fer. & in rubr. C.
de in ius vocand. & in l. omnis, ff de fer., &
ibi Bart Lanfranch. in Clem. ſæpè verſ. de
plano, extr. de verbor. ſignif. idem Bald. in
Addit. ad Specul. de citat. verſ. die feriata,
Speculat. tit. de fer. §. 2. verſ. 1. & in tit. de libell.
concept. §. 12. etiam ſi verſemur in
3 cauſſis appellationum † ſecundum Butr.
Imol. & Hoſtienſ in cap. præterea, de dilat.
idem Bald. in Addit. ad eundem Speculat
tit. de appell. §. 2. & in l. 1. col. 4. C. qui
admitt. Alex. in l. 1. ff. de fer. & in l. nec
quicquam, §. de plano, ff de offic. Proconſul.
& legat. Fælin. in cap. ſignificauerunt
de iudic. immo dicebant DD. etiam hoc
poſſe fieri parte non citata, ex Ludou. Pontan.
in l 1. col. 2. ff. de in ius vocand. quod
tamen non concederem, ex ijs, quę dicam
nunc.

Præſuppoſita ſemper ſubſcriptione per
4 Aduocatum † vel procuratorem, vt videmus,
per Auth. de exhib. reis §. ſi vero, in fine,
Speculat. d. tit. de libell. concept. §. 15.
col. 1. cap. 1. de libell. oblat. & erat immo
plus de iure, vt concurreret ſubſcriptio ad
pœnam talionis ſecundum aliquos, maximè
vbi vigeret ſic conſuetudo ſecundum
Io: Andr. in Addition. ad Speculat. d. tit. de
libell. concept. §. 16. in princ. cap. quiſquis,
7. quæſt. 8. vbi DD. & citatione partis
5 † vt eſt tactum, vt per Bald. in Auth. offeratur,
col. 4. C. de lit. conteſtat. quæ omnia
intelligo inſpecta iuris communis diſpoſitione,
quia ex moderniſſima pragmat. ſola
facti veritate inſpecta, non puto eſſe neceſſariam
libelli prædicti præſentationẽ,
vt videbimus in ſequenti notabili, ſed ſufficit
qualis, qualis petitio † per ea, quæ
recor-

Digitized by Google

recordor poſuiſſe in moderniſſimis Adnotationibus noſtris ad capit. Ritus, 99. litera A. fol. meo 139. quicquid dixerint Petr. de Anchar. conſ. 33. Aymon Crauett. conſil. 150. num. 3. Aemil. Maria Manoleſſi ad Io: Bertacchin. in repertor. verbo, libellus, part. 3. fol. 234. col. 2. qui dixerunt quòd libellus inutilis eſt, etiam ſi adeſſet dicta clauſula, in vim qualis qualis petitionis, quia hoc non procedit in Regno, vel ſubſtinetur, & per Burgium in tract. de modo proced. ex abrupt. quæſt. 46 ſub num. 19. Ergo non ſeruata hac forma, dicitur hic, quòd accuſator teneatur reficere expenſas accuſato, & proceſſus eſt nullus, idemque quando eſſet proſequutus ad inſtantiam Fiſci, tetigi ſupra in cap. 20. in fine.

Secundo Noto, quòd licet per hoc Capit. dicatur, vt adhuc debeat præſentari libellus, in illis caſibus, in quibus etiam ſi procederetur per viam Inquiſitionis, ſiue quarelæ ad inſtantiam Fiſci, & teſtes non poterant recipi per viam informationis, ſed ab initio, parte citata, hoc nõ habet locũ hodie, quinimmo proceditur abſque vlla neceſſitate præſentandi talem libellum, nec litem conteſtando, vt olim erat, & de non dando copias informationum, niſi in termino reprobatorio, quia hæc
7 omnia receſſerunt ab aula † ſtante illa noua Pragmatica Suæ Catholicæ Maieſtatis Domin. Noſtri Regis Philippi II. diſponente, vt omnes cauſæ ſiue ciuiles, ſiue criminales ſint ſummariæ, & de plano ſola facti veritate inſpecta, de qua ſcripſi in pragmaticis tit. 80. de verbor ſignif. ſub n. 2. tom. 1. earundem pragmaticarum vbi in ſpecie inter multos, quos operatur effectus, eſt vt non requiratur libellus, poſt Tuſch. Afflict. Aretin. Soccin. & multos, quos ibi adduxi, & in ſpecie ex Bertacch. ibidem citato, ſecundum Cardin. in Clem. ſæpe, eod. tit. de verbor. ſignif. quæſt. 20. 25. cum ſeqq. Bart. in l. nec quicquam, §. de plano, verſic. quæro ſi in reſcripto, ff. de offic. Proconſul. & legati, & in extrauag. ad reprimendum verſ. de plano, Speculat. d. tit. de libell concept §. nunc videndum, verſic. de plano, ſed poteſt procedi etiam
8 ſine eo ad huc inuitis partibus † quia tale eſt officium Iudicis, vt ex Cardin. loco citato, & tetigit Maur. Burgius, in eod. tract. de modo proced. ex abrupt. quæſt. 46. nu. hodie enim non eſt neceſſe hæc fieri, vt tetigi in cap. 53. Regis, & Imperat. Caroli V. tom. 8. & nulla vtilitas ex hoc affertur, quinimmo eſt inutile, dum aliud nõ erat, niſi reaſſumere informationes, ideoque in primo termino dantur copiæ ipſarum in-
9 formationum Reis † & proſequutis, & cõſequenter ſufficit exhiberi ipſas informationes, à quibus realiter petitio ipſius libelli p Fiſcũ, ſiue per partẽ oritur, & ex hoc accelerãtur negotia, & partes nõ ita fatigantur, vt prius, itaque hæc omnia apparent, per pragmaticam prædictam tempore illuſtriſſimi Marci Antonij Colonna olim in hoc Regno Proregis cum voto M.R.C. ſedis criminalis, & Fiſci Patroni, 12. Iulij, & per literas Regias ei remiſſas, quas habeo in volumine fol. 47. & 48. in extrauagantibus, Dat. Madrid 20. Ianuarij 1584. per quas præcipitur, vt vbi in cauſis criminalibus eſſet prouiſum, quòd fiat proceſſus, & ſic in caſibus, in quibus fit dicta remiſſio in Iuſtitia, vt exemplificat Maurus Burgius Collega meus eruditiſſimus in d. ſuo tract de modo procedẽdi ex abrupto, quæſt. 47. & ſpecificabo inferius hic in
10 verſic. quæ autem. & ſic in caſibus † in quibus fit talis remiſſio in iuſtitia, non præſentatur libellus aliquis, ſed informationes, ſiue elogium. & dentur dictæ copiæ in primo termino, vt ſubdam etiam inferius, nu.
11 15. qui interim † dum copiæ fiunt, non currit, vt vidimus in cap. 49. num. 34. ſuper Conſuet. Panhormi cum ibi citatis. & in pragm. 6. num. 12. cum ſeqq. tit. 2. de offic. Iudic. M.R.C. to. 1. & in c. Ritus, 134 num. 3. & quæ ibi Addidi in eiſdẽ moderniſſimis Adnotationibus, litera B. tom. 4. & conſequenter nihil poteſt fieri, nec recipi teſtes, maximè eodẽ die, quo eſt facta citatio ex his quæ apoſtillauimus in alia adnotatione ad ritum cap. 98. litera I. & in Conſuetud. Panhormi, cap. 1. num. 10. & in pi. cto per Farinac. qui loquitur in ciuilibus, in deciſ. moderniſſimis 74 in princ. qui ait non eſſe legitimè examinatos iſto interim, & ita poſt Marſil. Burſat. Gandin. Carrer. Alex. Franchum. Probum, ad Io: Monoch. Pariſ. Rot. Thom. de Tanis, Lancellot. & alios ait Farinac. de ind. & tortur. quæſt. 39. num. 7. & 8. part. 2. & ſuperſedetur in d. termino, niſi in caſibus, vt ibi per eum, num. 9. 10. 11. & 12 & tangam inferius, &
12 caſu, quo non eſſent repetita † repetãtur, parte citata, vt ſuppleo infra in 3. notabili, & in caſu, quo etiam Fiſcus vellet facere alias probationes, faciat abſque vlla præſentatione libelli, ſed præſentet ſua capitula probatoria ad informationem Commiſſarij, ante dationem termini, & hoc quando agitur cũ ipſo Fiſco vel cũ eius aſſiſtentia, aliter omnia fiãt in tela proceſſus poſt dationem termini, quando eſſemus inter partes, vt ex infraſcripto actu declaratorio apparet, & licet d. pragmatica, Marci Antonij Colonna fuerit edita per annum vnum tantum duratura, tamen hoc fuit, vt videretur, ſi forma, & modus reſultaret bene, & ita hodiè vtimur, ideo ob id merito fuit factus mox actus confirmatorius in perpetuum, vſque ad alium ordinem, vt apparet pœnes acta M.R.C. Die 19. Maij, 2. indictionis, 1589. & de hoc puto mẽtionẽ feciſſe Dom. Maurus Burgius poſt hæc viſus in d. tract. de mod proced. ex abrupto, quæſt. 24. num. 9. & d. quæſt. 46. ſub num. 19. & per tradita inferius in verſic. circumſcriptis, & ita erat de iuris diſpoſitione, quia cauſæ ſunt proceſſiuæ † vt ſupra, ſicuti poſt Rip. Blanch. Nouell. Boſſ. Gomez. Natt. Clar. Rolland Menoch. Riminald. & iura

multa

multa ait Farinac. de indic. & tortur.
* quæſt. 38. num. 3. vbi de com. * opin. teſta-
tur, qui ſubdit quòd negotium ponitur
ad largam datis copijs, factiſque
14 defenſionibus † l. deſertorem, §. ſi ad diem,
ff. de re milit. l. vnius, §. cogniturum, ff. de
quæſt. d. l. defenſionis facultas, C. de iure fi-
ſci, lib. x. cap. cum inter, de except. Clem.
paſtoralis, de re iudic. cap. qualiter, & quã-
do, de accuſat. Gandin. in tit. de quæſt. &
torm. nu. 23. Guid. de Suzar. Ludouic. Bo-
lognin. Marſil. Franc. Perſonal. Vantius,
Foller. Angel. Bart. Rolland. Affl. Conrad.
Riminal. Carrer. Gayll. Hieron. de Lau-
* rent. & ſimiles pluries de com. * opin. te-
ſtando ſic cumulauit vberrimus ille Fari-
nac. d. tit. de indic. & tortur. ead. quæſt. 39. n.
1. part. 2. & num. 2. vbi dandas eſſe ipſas
15 † copias, vt tactum eſt ſuperius, & ſic eſſe
per multas Bullas, & decreta ſtatutum, &
de iure, ex Amed. Angel. Marſil. Blanch.
Brun. Rocch. de Curte, Vulpell. Dec. Mar-
eno, Villalob. Rip. Iaſ. Sim. de Pret. & mil-
le millium DD. ſubiunxit ipſe, quos taceo,
& num. 13. vbi ſic declarat poni reum ad
largam, nempè, vt conſulat Aduocatos,
Procuratores, Amicos, & ad ſui libitum al-
loqui in carceribus, pro ſui defenſione:
16 quia tollere defenſiones † repugnat æqui-
tati, iuri naturali, ac diuino, eſto per fas, &
17 nephas ſe defendat † quippe quòd naturalis
eſt viuendi dulcedo, vt in trac. de peſt. ſcripſi
poſt cauſam x. §. longè, quòd tamẽ in hoc
propoſito non admicto, quia defenſiones
debent eſſe legitimæ, veræ, non falſæ, & iu-
ſtæ, & non temerariæ, vt multa modo citã-
dus ipſe Bertacc. cumulat Bar. in l. ſi is, qui
tres, ff. de excuſ. tutor. & caueant teſtes, &
18 vide infra nu. 31. eſt ẽt. contra bonos † mo-
res eſto quòd Iudex habeat poteſtatem
procedendi ex ſuo libero arbitrio, non
obſtante quòd Princeps ex abſoluta pote-
ſtate vellet tollere exceptiones, & defen-
ſiones Reo, nõ obſtãte ẽt. quouis ſtatuto in
contrarium, nec conſuetudine, non obſtã-
te quòd Reus nõ petat, quia ex officio dã-
dæ ſunt, quicquid aliqui velint, & num. 90.
91. vſque ad num. 102. maximè ruſtico &
ignaro, & c. eſto ſimus in atrociſſimis, ſed
non eſt verum, vt dicam inferius in verſic.
& omnia, etiam ſi ſummus contra reum
excommunicatum, ſiue bannitum blaſphe-
mum, eſto quòd proſequuti vellent renun-
tiarè eorum defenſionibus, quia non poſ-
ſunt, vt latè ſcripſi in d. deciſ. 60. num. 17.
cum ſeqq. poſt eundem Farinac. d. quæſt.
39. a num. 51. vſque ad num. 68. vbi an, &
quando poſſit, & quomodo ibi latiſſimè,
& ita poſt Bald. Iul. Clar. gloſſ. & alia iura
ait Anton. Sola, ſuper Conſtit. Pedamont.
tit. vt nemo inuitus. gloſſ. vnica, n. 13. latiſſi-
me poſt multos Io. Bertacc. & Aemil. Ma-
ria Manoleſſ. in repertor. verbo defenſio,
par. 2. Lap. All. 55. eſto timeatur de ſubor-
29 natione † teſtium, d. num. 68. 69. 70. licet Iu-
dices, & Fiſcales in hoc multum caueãt,
vt vidimus, & obſeruauimus multoties in
occurrentibus caſibus, eſto ex officio, &
per Inquiſitionem procedatur, num. 71.
20 alias poſſit dari appellatio † & Iudex te-
neretur in ſindicatu, num. 72. 73. eſto quòd
reus nõ exprimat ab initio qualitates ip-
ſarum defenſionum, num. 74. vſque ad nu.
79. intantum vt omni tempore poſſint de-
duci defenſiones innocentiæ in qualibet
iudicij parte, etiam poſt ſententiam ſecũ-
dum aliquos. ita vt nec aliter facta confeſ-
ſio in tortura valeat, vt ſubdam infra in
verſicul. ob id, etiam cum copijs acto-
rum, quæ adhuc danda ſunt Cornel.
conſil. 134. littera B. part. 3. Soccin.
Bald. Fælin. Abb. & cæteri, Feder. de Sen.
conſ. 55. num. 2. Hieron. de Tortis poſt cõ-
ſilia Butrij, num. 21. Tuſch. in pract. concl.
iuris, verbo defenſio, concluſ. 130. tom. 2, vt
teſtatur de omnibus prædictis ampliatio-
nibus breuiter, à Doctoribus recollectis ip-
ſe Farinaz. qui per extenſum ponit, num.
2. 3. 4. 7. 13. 15. 18. 29. 35. cum ſeqq. 49. 51. 68.
69. 70. 71. 72. 73. 74. & 80. vſque ad num. 84.
& num. 85. vbi etiam addit intantum eſſe
dandas reo defenſiones, & copias indicio-
rum, vt dictum eſt, ſed etiam copias pro-
21 ductorum † cum publicatione nominum
teſtium contra reum receptorum, per ca-
pit. qualiter, & quando il 2. §. debet igitur,
de accuſat. & ibi Hoſtienſ. Fælin. Ioann.
Andr. Imol. & alij, Bart. Rip. Andr. Gayll.
Blanch. Monticell. Cæpoll. Parif. Clar. &
cæteri, de quibus per ipſum Farinac. niſi in
22 caſu hæreſis † aut in certis caſibus reſer-
uatis, aut tangit ipſe nu. 86. 87. 88. 89. 90. &
102. vel in materia viſitæ, de qua ſcripſi in
cap. Regni, 2. o. Regis Caroli, in 4. notab.
tom. 8. in quibus ſaltim dantur inconfuſo,
& ſeparata ab illorum dictis, ne poſſint ſci-
ri quid dictum fuerit ab vnoquoque, vt de
iſta practica teſtatur Blanch. in l. fin. num.
28. ff. de quæſt. Clar. quæſt. 49. & ita alias
fuiſſe practicatũ etiã in materia homici-
dij grauiſſimi, contra perſonas potentes,
licet hodie non ſic fiat in iſto caſu, vt teſta-
tur ipſe Farinac. vbi ſupra & ad peius
23 † quando v. g. tractaretur pro celeri expe-
ditione Iuſtitiæ, ſolet in practica ſeruari, vt
dentur ipſemet Informationes, ſiue eulo-
gia originalia, vt poſt Claud. Bertazol. in
additionib. ad conſ. 130. Bertazzol. eius fra-
tris, lib. 2. ait ipſe Farina z. nu. 115. verſic. &
tango inferius in verſic. ſubſequenti.

Et omnia ſupradicta diſpoſita fuerũt de
dicto iure communi, ac diſpoſitione Ritus
ſed loquendo in puris terminis proceden-
di modi ex proceſſu informatiuo, Palatinè
& diſpenſatiuè, aliter eſt, quia, vt diximus
24 non dantur copiæ † tolluntur defenſiones
prædictæ, nec Ritus, neque iuris ſeruatur
diſpoſitio ſed ſeruantur ſtatuta locorum,
& obſeruantiæ vt de ſimilibus teſtatur ip-
ſe Farinaz d. quæſt. 39. num. 14. etiam ex
Bullis Pij IIII. quia licet Princeps, eiuſque
Officiales, non poſſint in totum tollere
Reo defenſiones, vt eſt dictum, benè tamẽ
poteſt defendendi modum reſtringere, ſi-

Digitized by Google

cuti poteſt tollere illas deſenſiones introductas à iure ciuili poſitiuo, maximè ex
25 iuſta cauſa † vt ait Ioſeph Ludouic. concl. 38. verſic nihilominus, Alex. Affl. Paris de Puteo, Aymō. Crauett. Carrer. Dec. Vaſq. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 31. num. 9. & cap. 39. num. 1. de quib. per ipſum Farinac. d. quæſt. 39. d. num. 14. 23. & 24. vbi de com.
* opin. & num. 26. poſt Cartar. Farin. Bonaccoſſ. Aſin. Hern. Affl. & multos, qui dicunt quòd iſto caſu poteſt per ſtatutum derogari tali iuri poſitiuo, & num. 112. poſt eoſdemmet Doctores præſertim contra illos delinquentes proſequutos de delictis
26 arduis, & † atrociſſimis, vt ipſe ſubdit d. num. 14. & contra notorios delinquentes, latrones inſignes dirobatores ſtratarum, incendiarios violentos, raptores, & alios ſimilia crimina grauia committentes, & contra reos malæ famæ, & ita in his procedit cōſuetudo torquendi ex d. proceſſu informa-
27 tiuo † denegatis deſenſionib. vt in hoc Regno vtimur maxime in M. R. C. ex eius præeminentia, quam ſolet multoties communicare alijs inferioribus Curijs, & tetigi ſupr. fol. 136. & ſeq. & infr. nu. 59. vt dixi in deciſ. M R. C. 60. num. 14. cum ſeqq. ſic eſſe in Regno Neapoli, Florentiæ, Lucæ, Ferrariæ, & alibi, vt poſt Afflict. Ioſeph. Ludouic. Hippol. Riminald. Io. Ant. de Nigris, Alex. de Neuo, Bonacc. & ſimiles teſtatur ipſe Farinaz. num. 29. 30. 31. poſt etiam Grammat. Affl. Io. Hyppol. de Marſ. Oraſc. Claud. Bertazzol. Burſat. Cartar. Claru, & per Vinc. de Franch. & cæteros, de quib. ſupra in hoc 2. not. in verſic. & omnia,
28 & contra quos † ſi ſuperſederetur executio iuſtitiæ poſſet ſequi tumultus, ita vt nec iſto caſu ſoleat dari terminus longus, ſed breuiſſimus, arg. eorum, quæ tetigi ſuperius, & in d. deciſ. 60. M. R. C. num. 15. & in pragmaticis, tit. 54 de Vagabund. num. 35. tom. 1. pragmaticarum, idem Farinac. d. quæſt. 39. num. 114. & 115. vbi quòd aliquoties ſeruamus in practica, vt ob accelerationē iuſtitiæ dentur loco copiarū ipſamet originalia, ſicuti vidimus ſupr. & poſt Marſil. in pract. crim. §. vlterius, num. 30. Franch. Bald. Bart. Roman. Angel. & Aret. ait ipſe Farinaz. d. quæſt. 39. num. 9. cum ſeqq. quicquid dicat mox ipſe Farin. n. 41. 42. 43. 44. 45. & 46. qui voluit, vt etiam in
29 atrociſſimis, † num. 47. vtputa hæreſis, Aſſaſſinij læſæ maieſtatis ante torturam ſint dandæ deſenſiones, nam hoc non eſt verum quicquid etiam ipſe dixerit in num. 47. & 48. vbi quod contra reos adhuc malæ famæ non ſint denegandæ deſenſiones, quia eſt contra ea, quæ ſuperius hic dicta ſunt, imo quod talib. inſignib. latronib. furibus, dirobatoribus incendiarijs, violatoribus, & raptoribus, & publicè ac notoriè diffamatis quod non ſint concedendæ deſenſionum copiæ, idem Farinaz. num. 107. 108. 109. Sodomitas vt poſt Boſſ. Barbat. Monticell. Menoch. Ludouich. de Alfer. tradit ipſe Farinaz. num. 110. quicquid dicat num. 111. quia apud nos aliter ſeruamus.

Ob id omnia reparantur quodam remedio, vt confeſſis, & ratificatis in d. tortura ſic informatiuè data, quia nō aliter rei cōdemnantur ex tali confeſſione in ea facta,
30 † ſed datur terminus innocentiæ, de quo latiſſimè ſcripſi in multis locis, & præſertim in d. prag. 6. tit. 2. de officio. Iud. M. R. C. in 3. notabili, d. tom. 1. pragmaticarum, & in cap. Regni. & Ritus 169. Regis Alphonſi, & ibi addidi in littera B. tom. 4. & hanc eſſe totius mundi practicum, poſt text. in d. l. deſertorem §. ii ad idem, ff. de re milit. Salycet. Angel. Gandin. Guid. de Suzzar. Paris de Puteo, Marſil. Brun. Rub. Alex. Foller. Nouell. Corrad. Mōticell. Gomez. Soccin. Clar. Cartar. Hieronym. de Laurent. & alij de quibus per ipſum Farinaz. dict. quæſt. 39. num. 32. & 33. vbi vet teſtatur de
* com. * opin. reprobato Bart. in l. à procedente, num. 2. C. de dilation. qui voluit, quòd ex quo confeſſio inducat notorium delictum conſequenter in notorijs non dantur deſenſiones, eſto cum Bart. tenuerint Angel. de Malefic. Corrad. Monticell. Bonaccoſſ. Barbat. & Additio ad Fulu. Pacian. eſt verum quòd ibi Bart. illud dixit præcedente prius interloquutoria, per quam fuiſſet interloquutum, non eſſe concedendam, ſtante calumnia, quicquid ſit, Bart. non poteſt ſaluari a dicta contrarietate, & bene reprobatur cum ſequacibus, immo miror de eo, eo quia iā ipſe fatetur intantum eſſe dandum terminum ad faciendum deſenſiones, vt nec etiam poſſit renuntiari. vt tetigi ſuperius, niſi dicamus
31 quòd ipſe Bart. vt videtis loquitur † quando apparet de ipſa calunia manifeſta proſequuti, animo differendi, articulando non releuantia, eſto voluiſſet probare, quia iſto caſu verum putant DD. cum Bart. eſſe denegandas deſenſiones vt tenuit idem Boſſ. ſibi cōtrarius in d. tit. de indic. n. 80. Adnot. ad eundē Fulu. Pacian. de probat. cap. 64. num. 77. lib. 1. poſt Rip. de quib. per ipſum Farinaz. etiam ſibi cōtrarium in d. quæſt. 39. num. 78. 105. 106. ſed quicquid ſit ſemper indifferenter tenerem contra Bart. in hoc, & ita reuera videtur mox reſidere ipſe Farin. ſub d. n. 106. vbi dicit omni tempore eſſe dandas deſenſiones, quia aliter poſſent Iudices dicere quòd per calumniam petuntur, quod non debet eſſe in eorū poteſtate hoc dicere, & exemplificari hic poſſunt, quæ tetigi ſupra, num. 17.

In qua etiam cauſa proceſſiuà compe-
32 tunt reſtitutiones de iure † & ex forma dicti Ritus competētes, & ita inuenio fuiſſe aliàs deciſum per interloquutoriam in M. R. C. die 13. Auguſti 1597. vbi fuit dictū, Admittatur, & iterum in eadem M. R. C. 3. Decembris, xi. indic. eiuſdem anni, vbi fuit interloquutum concedatur, & admittatur reſtitutio.

Quæ autem ſunt iſtæ cauſæ, quæ de informatiuo, ſiue diſpenſatiuo modo facere poſſunt

poſſunt tranſitum ad modum procedendi
proceſſiuè iuxta formam iuris, & Ritus,
remiſſiuè tetigi ſuperius ex eod. Maur.
Burgio, d.quæſt.46. nempe ſic eſſe contra
33 contra minores † decem, & octo annorũ,
nam in tales proceſſiuè agendum eſt, vt
ib per eum, num. 2. & latè quæſt. 66. &
per ea, quæ latius ſcripſi in deciſ.M. R. C.
30. num. 17. cum plurib. ſeqq. cum ibi cita-
tis ad noſtra Commentaria Conſuetudinis
Panhormi, factis illis iniũctionibus ad pro-
bandam minorem, vel maiorem ætatem,
vt ibidem, & ſupplicatur, ſtante tali præ-
tenſione minoris ætatis, Illuſtriſſimo Do-
min. Proregi, fitque per eum decretatio,
quòd M.R.C. ſiue Curiç inferiores proui-
deant, audito Fiſco & partibus, vt colligi-
tur ex pragmat. 3. tit. 80. de verbor. Signif.
tom. 1. ipſarum pragmaticarum, quæ lo-
quitur adhuc de iſto modo procedendi ex
abrupto, conſtito enim de tali minori æta-
34 te, fit remiſſio in Iuſtitia † non enim debẽt
impuniti pertranſire minores, qui com-
miſerunt delicta, eſto in omictendo, vel ne-
gligendo aliter ſit, quia non puniuntur, ſed
tantummodo in committendo, vt tetigi
in d. cap. Regni 78. Regis, & Imperat. Ca-
roli V. Ampl. 18. tom. 8. ex Caball. in eius
reſolutionibus criminalibus Caſu 148. nu.
5. vbi ait quòd minor incidit in pœnam,
ex delicto, quod fit in committendo, ſecus
vero in omictendo, aut negligendo, per l.
ſulcinius, §. ideo autem ff. ex quib. cauſſ. in
poſſeſſ. eatur, l. 1. C. in quib. cauſſ. reſtit. in
integr. non eſt neceſſar. l. fin. C. ſi aduerſ. de-
35 lict. cum cõcordantibus, & pupillus † quã-
do eſt doli capax, & proximus pubertati
obligatur ex delicto, vt ſubdit idemmet
Caballus, num. 2. per l. impuberem, ff. de
furt. l. excipiuntur, ff. ad Senatus Conſult.
Syllan. l. pupillum, ff. de regul. iur. cap. 1. &
2. extr. de delict. puer. cum ſimilib. per
ipſum Caball & pulchrius, & latius in Ca-
ſu 134. per totum, vbi ait, num. 1. & 2. quòd
ſi committitur delictum per minorem
36 † 25. annis (& loquitur de iure communi)
puberem tamen, ac doli capacem, pro
quo v.g. pœna mortis veniret condemnã-
dus, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſta-
tutario, pœna debeat mitigari cum toto
hoc, ac minorari, arbitrioque iudicis caſti-
** gari, & dicit eſſe magis ** comm. opinio-
nem, vt latè poſui in d. deciſ. 30. verſic. ſe-
cundo, &c. per l. auxilium, ff. de minor.
l. ferè in omnibus, ff. de regul. iur. l. ſi adulte-
rium, §. fratres, ff. ad l. iul. de adulter. cap. vl-
timo, de ſent. excomm. de quibus, per Fa-
chineum controuerſ. iuris, cap. 71. lib. 1.
qui voluit textus eſſe incontrariũ, ob quos
non aliter minuatur, per l. ſi ex cauſa, §.
nunc videndum, ff. de minor. l. excipiũtur,
ff. ad Syllan. l. ſi minor. ff de adulter. l. 7. C.
de pœnis, l. 6. C. ad l. Cornel. de Sicar. con-
cludens quòd in adulterijs, & homicidijs,
per minores commiſſis, nequaquam locus
ſit diminutionis pœnarum, ſed non eſt ve-
rum, quia in omnibus minuitur caſtigatio.

Immo quandoque, dum non conſtite-
37 rit de dicta ætate ex ſolo aſpectu † & cõ-
iecturis, legimus minores condemnatos
adhuc ad mortem, vt per Grammat. Vo-
to 14 Caball. d. caſu 134. num. 7. & quòd
plus ſubdit num 8. quòd ſi delictum eſſet
adeo atrox, & haberet circumſtantias ag-
grauantes ipſum delictum, poſſet minor
talis ad mortem cõdemnari, ex Bald. Cac-
cialupo, Vinc de Franchis. Theſaur. deciſ.
161. Ioſeph Ludouicoſ. Addit. ad Dec. &
cæteris, Oddo Sforza de reſtit. In integr.
quæſt. 79. art. 9. part. 2. & in maiore decem
& octo annis non eſt dubium, habito re-
ſpectu ad d. ætatem 25. annorum de iure
communi, vt per ipſum Caball. num. 11. ad-
huc maximè ſtantibus illis indicijs indubi-
38 tatis † ex quibus reſultaret plena proba-
tio, etiam ad condemnationem capitalem
contra impuberem ſcripſit Bald. in l. exci-
piuntur, ff. ad Syllan. relatus, per Hyppo-
lit. de Marſil. in d. l. repeti, nu. 22. ff. de quç-
ſtion. eſt verum quòd mox, num. 23 ſubdit,
eſſe tantum procedendum ad extraordi-
nariam pœnam, & ita quòd contra impu-
berem non procedi poſſit ad torturam
39 † ponit etiam Farinac. d. q. 38. n. 5. vbi ſimi-
liter de Doctorib. late Brunor. à Sole in
infraſcripto conſ. crim. non obſtante Con-
ſuetudine in contrarium, num. 180. & ſeq.
Militib. prægnãtibus, in dignitate poſitis,
& alijs, de quibus tamẽ ſuis locis ibi remi-
ctit, nec sẽper eſt verũ, vt demõſtro inſ. n.
59. quicquid ſit igitur in puniendo, vel ab-
ſoluendo minorẽ delinquentem proceſſi-
uo modo prædicto procedendum eſt, non
autem palatino, & ex abrupto, & hic eſt
primus modus recedendi à modo palati-
no, & diſpenſatiuo.

Secundus modus eſt diſcedendi à præ-
40 dicto palatino vſu circa delicta † acci-
dẽtalia, v.g. homicidia, & inſultus accidẽ-
tales, rixas, & ſimilia, etenim hæ crimina
non poſſunt puniri pœna ordinaria, ſed
mitiori, & extraordinaria, vt ſentit idem
de Burgio, d. quæſt. 47. num. 3. ex Gaſpar.
Baeza de inope debit. cap. 4. nu. 17. & ita
ſcripſi in deciſ M.R.C. 104. num. 32. mul-
toſquè cumulaui in d. deciſ. 30. num. 3. &
in pragmat. vnica, tit. 45. de pœna inſult.
carcerat. num. 2. 3. 4. 5 & 6. tom. 1. ipſarum
pragmaticarum, ex Fælin. Aretin. Caſtrẽſ.
Alex. Tuſch. Boſſio, Bald. & mille adductis
ibidem, hoc enim caſu ceſſat rigor proce-
dendi ex abrupto, ſed proceſſiuè, vt fiat
exceſſus, vel ſaltim dato termino extraor-
dinario, quia, & ſi hic modus cum datio-
41 ne † termini prædicti extraordinarij ſit
incluſus in d. modo palatino, tamẽ ſi reus
facit probationes tales releuantes, vt ex-
cludat intentionem accuſantis, vel Fiſci,
ſæpiſſimè abſoluitur, per ea, quæ ſcripſi in
d. deciſ. 30. num. 24. & ſeq. & in d. cap Re-
gni 58. Reg. Car verſ. Ad quẽ etiã, d. to. 8.

Tertius modus eſt quando ex lectura
42 ipſarum informationum † non adeſt pro-
batio indiciorum plena, nec ſemiplena

adeo vt nec poſſit deueniri ad torturam,
quia tunc ceſſat prædictus modus effica-
citer procedendi ex abrupto, & diſpenſa-
tiuo modo, & vel ſuperſedetur, vel fit in-
iunctio parti, vel Fiſco, aut fit impingua-
tio, & ſimilia, de quibus ſuis locis ſcripſi in
pragm. tit. 82. de pœn. tem. accuſant. to. 3.
prag. vel cōpleantur, vt vidim. in dec. 38. n.
17. cū ibi citat. vel ſaltim fit prouiſio, vt fiat
proceſſus, vt ait idem de Burgio, d. quæſt.
43 47. num. 7. cum ſeqq. idemque † eſt quan-
do negotium ſuper ipſis informationibus,
receptis eſſet dubium, quia in dubio inter-
loquendum eſt non eſſe locum torturæ,
vt ipſe ſubdit, num. 28. vſque ad finem ex
Honded. conſ. 102. num. 54. & conſ. 107. nu.
58. vol. 1. ex quo indicia debent eſſe luce
meridiana clariora, vt ſubdam inferius,
neque in æternum poteſt procedere Iudex
diſpenſatiuo modo, niſi ſaltim iudicialiter
delictum ſit probatum, & ſic ſemiplenè,
vel plenè, vt in d. cap. Regni 58. Regis Ca-
roli vidimus ſub verſic. Quamuis vero, e-
44 tenim à quæſtionibus † ſiue tormentis nō
eſt incipiendum vllo modo, l. 1. ff. de quæ-
ſtionib. niſi duo præceſſerint, ſcilicet ſemi-
plena prædicta probatio, quæ eſt ac ſi du-
bitata indicia, vt ſubdā nūc, nu. 48. vel præ-
ſumptio, vt declarat Surd. inferius citādus,
& quòd proſecutus ſit leuis vitę, vt habetur
in Conſtit. Regni, ſi damna, tit. de homicid.
& ibi Yſerma, item adde tertium, & eſt in
caſibus, in quibus venit imponenda pœna,
45 vltra relegationem † non autem infra, &
ſic excluſiuè, vt ait Cumia in Cap. Ritus, 54.
fol. 299. nu. 4. & 18. cū ſeqq. Ant. de Ballis, in
ſuo tract. de literis diſpēſatiuis, lib. 2. quęſt.
13. num 6. quia tunc tortura non eſt infe-
renda, ex Grammat. conſ. 15. & voto 15.
Foller. in pract. crimin. rubr. rei indubitati
torqueantur, num. 12. Ludouic Peguera
in deciſionib. criminalibus, cap. 16. num. 3.
fol 74. & tetigimus, in pragm. 12. in 6. no-
tab. tit. 2. de offic. iud. M. R. C. d. tom. 1. prag
46 maticarum, ſicuti nec vbi venit † impo-
nenda pœna pecuniaria, nec enim tunc
* datur tortura, vt de com.* opin. poſt DD.
in l. edictum, ff. de quæſt. Suarez, Gomez,
Aymon. Marſ. Gramm. & Ghirl. ait Farin.
d. quæſt. 38. nu. 6. argum eorū, quę ad cap.
Ritus 159. littera E tom. 4. adde quartum,
47 ideſt vbi pœna eſſet adhuc remiſſa † arbi-
trio iudicis, quia tunc etiam poſſet proce-
di diſpenſatiuo modo, ſi vellet, & poſſet Iu-
dex, prout in omnibus illis caſibus, in qui-
bus Fiſcus poſſet principaliter agere, vt
ponit Cumia, in cap. Ritus, ordine ſuo, 71.
num, 32. & 35. & iſtud eſt, quod ad propo-
ſitum declarauit Surd. conſ. 132. à num. 86.
vſque ad finem lib. 1. vbi ponit, quòd tam
48 ex præſumptionibus† quam ex indicijs du-
bitatis, vt tetigi ſuperius, num. 44. & multo
magis indubitatis, & fortibus (de quibus
loquutus ſui in deciſ. M. R. C. 27. num. 1.
27. & 28. poſt multos ibi citatos) poteſt ad
torturam deueniri, ibique poſt Gandin. re-
fert ipſe Surd. quòd quoties indicia ſunt
indubitata, ac fortia, ita vt intellectus cre-
dere non poſſet delictum ab alio, non fuiſ-
ſe commiſſum, quam ab eo, contra quem
ad ſunt ſimilia inditia, eſt verum quòd pœ-
na tunc capitalis venit mitiganda, & tem-
peranda, & ſic volo inferre, quòd debent
præcedere ſaltim indicia, licet enim ſit Iu-
dici liberum arbitrium in procedendo, id-
49 eſt circa torturam † per ea, quæ tetigi in
d. cap. Regni 58. Regis Caroli, videndo ſci-
licet, an tortus habeat animum induratum
ad ſubſtinendum tormenta, d. l. 1. §. quæ-
ſtioni, ff. de quæſtionib. & ſic in eius arbi-
trio erit dare eleuationes, & cōquaſſatio-
nes, ſiue ſaccatas ex tactis ab Intrigl. ſing.
* 101. & eſt com.* opinio, vt ipſe dixit in
alio ſingul. 168. in fine, non per hoc tamen
abſq; legitimis indicijs procedere poſſet,
50 † vt in d. cap. 58. eiuſdem Regis Caroli,
habes loco citato, Grammat. voto 32. nu.
9. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. 84 lib. 1.
Alex. in l. Filiusfamilias in 1. Apoſtilla, ff. de
donat. Capyc. deciſ. 126. Anell. de Bottis, ad
l. ſi quis, C. ad l. Iul Maieſtat. vel ſaltim, niſi
eſſent legitima pro graui tortura danda,
attamē pro leui tortura, leuiora ſufficiunt
indicia, vt poſt Clarum, & Camer. ait idem
Surd. conſ. 477. num. 7. & 8. vol. 4 & ſic tor-
tura irrogabitur grauiter, aut leuiter pro
grauitate delicti, & indiciorū, neque certa
51 ta doctrina† poteſt in hoc haberi, cū ſit ci-
dē arbitrio Iudicis remiſſum, idem Surd.
num. 10. poſt Menoch. Clar. & Camer. &
in eiuſdem iudicis conſideratione, vt vi-
deat conditionem dicti Rei indurati, vel
delicati, & ſi concurrunt indicia fortia,
quia ſic tormentatur ſemel, & pluries, &
pro qualitate delicti debet eſſe plagarum
modus, ex Deuteronom. cap. 25. & ibi pul-
chrè per Yſern. in d. conſtit. ſi damna, &
ne Iudex diſſoluat membra, §. pen. Auth. vt
nulli Iudic. l. quæſtionis modus, ff. de quæ-
ſtion. ita vt membrorum, & articulorum
non ſit facta diſſolutio, nec facere, prout
faciunt mali Iudices tantum torquendo,
quantum durat anima, ex his, quæ dixi in
pragmaticis, d. tit. 2. de offic. Iudic. pragm.
6. nu. 23. quia plures in tormentis defece-
runt, l. damnum, §. 1. ff. de pœn. cū ſimilib.
per ipſum de Yſern. ibique vide in verſic.
perdurent, quòd ſoluti in tormētis perdu-
rare debent in confeſſione, alias nō tenet
52 confeſſio. † Colligimus ergo, modum tor-
turæ eſſe arbitrarium præcedentibus, de
neceſſitate indicijs, etiam circa repetitio-
nem ipſius torturæ, quia vt ſubiunxit ipſe
de Yſernia vbi ſupra, titulus de Quæſtioni-
bus, eſt arbitrarius, & l. repeti, ff. eod. ſimpli
citer loquens ſimpliciter intelligenda eſt,
non aliter verificata in prima vice, quia
non habet iſto caſu locum l. Boues, §. hoc
ſermone, ff. de verb. ſignif. ſed poteſt repeti
ipſa tortura ad quot opus erit, & quando-
que ad tres vices poſſit extendi, & de pra-
xi, & propterea dicitur infra eod. in d. cap.
49. quòd tortura debet dari legitimo mo-
do, vt ibi ſuppleo latè in 2. concluſione, cū
ver-

Google

verſiculis ibidem ſubſequētibus, maximè
in verſ. Inſuper, & adduco id, quod ſcrip-
ſit Sanctus Doct. Auguſtin. lib. 19. cap. 6 de
Ciuitate Dei, ibi, (*& quod eſt intolerabilibus,*
53 *quum propterea iudex torqueat accuſatū* † *ne*
occidat, neſciens innocentem, fit per ignorantia
miſeriam, & ut tortum, & innocentem oc-
cidat, quem ne innocentem occideret, torſerat,
ſi enim, ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit
ex hac vita fugere, quam diutius illa ſubſtinere
tormenta, quod non commiſit, ſe commiſiſſe dicit,
& per hoc innocentem, ut ferret, torſit, & dum
neſciret occidit) Brunor. à Sole in prædicto
ſuo conſil. criminali, num. 166. Et ratio eſt,
54 quia tortura † eſt ſubſidiarium remedium
intelligendæ veritatis, ad quam minimè
deueniendum eſt, niſi alij modi probandi
deficiant, ac legitima in reum vrgeant in-
dicia l. diuus, ff. de quæſtion. Farinac. de
indic. & tortur. d. quæſt. 38. nu 4. lib. 2. vbi
quòd ſi reus eſt conuictus, non aliter da-
tur tortura ex multis, quos hic potes pone-
re, & dixi in decif. 69. num. 5. cum ibi citatis
Bertazzol. conſ. criminal. 153. num. 8. lib. 1.
etiam in quouis crimine, adhuc læſæ Ma-
ieſtatis, l. ſi quis alicui, C. ad l. Iul. maieſtat.
Hyppolit. de Marſil. in l. pen. num. 21. ff. de
quæſtion. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 20. verſ.
ad condemnandum, Menoch. de arbitr. iu-
dic. conſ. 279. & per ea, quę ſcripſit Bald in
conſil. 364. In Chriſti nomine, lib. 3. vbi lo-
quitur de quadam Regina Aragonum
55 † tormētata quæſtionibus, & torturæ di-
cens quòd in cauſa Reginæ Illuſtris (ſic e-
nim etiam hoc titulo decorantur Reges
56 † & Reginæ vt ſcripſi in proœmio Capi-
tulorum Regni Regis Iacobi, num. 63. tom.
1. de quo valde admiratus fuit quidam
Magnus Conſiliarius mecum loquens, qui
nunc in Cælis eſt, ſic etiam vocat idem
Rex Iacobus patrem ſuum Petrum Regē
Illuſtrem in cap. 44. d. tom. 1. & infra eod.
in cap. 48. & in mille locis, & per ea, quæ
tradit Chaſſan. in Cathalog. gloriæ mun-
di, part. 5. conſiderat. 24 fol. 118. verſic. 179.
& in cap. 2. Reg. Federici, in quo vidimus,
tom. 2. vbi vocat eundem Regem Iacobū
Illuſtrem, & clarius in cap. nouit, de iudic.
Alex. in l. 1. col. 8. de offic. eius, cui mandata
eſt iuriſdictio, Io. Bertacchin. in ſuo reper-
tor. verbo, Rex fol. 328. col. 1. Maſtrill. in
tract. de Magiſtratib. cap. 4. num. 23. lib. 1.
immo inuenio quod paulo minus ſe deno-
57 minat Rex David † cum vocat ſeipſum
ſpectabilem, ibi, (*feciſti me Spectabilem ſuper*
omnes homines, &c.) Paralippomen. capit.
17. requiruntur indicia luce meridiana
58 † clariora, vt ſubdam paulo inferius, &
certa, & quæ non poſſint in dubium reuo-
cari, vt tetigi ſuperius hic, per l. milites, §.
oportet, ff. de quæſtion. fuit enim ibi con-
feſſa illa Illuſtris Regina metu tormento-
rum, & reuocauit ſuam confeſſionē quan-
do fuit admiſſa ad excuſationem; dum
ipſe Bald. ſubdit, num. 4. & conſequenter
colligitur ibi; quòd loquitur realiter de
hoc modo procedendi ex abrupto ſublatis

ab initio defenſionibus, ſed reſeruatis
tempore ſuo, quod eſt mirabile, nam ma-
gnus ille Doctor Afflict. alias quæſitus, ſi-
ue conſultus à Rege Federico, an deberet
cuidam Nobili dare torturam abſque de-
59 fenſionibus ex tactis ſupra, num. 39. † re-
ſpondidit quòd non, de quo memini in
noſtris Pragmaticis, d. tit. 2. de Offic. Iud.
M. R. C. ſub num. 3. & 4. tom. 1. ipſarum
pragmaticarum, vbi conquærebatur ſæpè
de tali præeminentia M. R. C procedentis
ad torturam abſque defenſionibus, vt teti-
gi ſupra num. 27. & per ea, quæ tradit Vin-
cent. de Franch. deciſ. 143. num. 2. Burgius
in d. tract. de modo proced. ex abrupt. quę-
ſtion. 1. quaſi dicatur quòd imo ſint dandæ
defenſiones, & copię ipſarum informatio-
num, vt dixi ſuperius in d. 2. notabili, ſed
quicquid ſit, videtis quòd adhuc Reginæ
fuit data tortura, & prout videbimus latè
in d. cap. 58. Regis Caroli, & maxime in
delictis grauibus, & atrocibus, in quibus
fuit conſideratus talis modus procedendi
ex abrupto, & palatine, vt in d. cap. 49. in-
fra eodem, vbi tangam in prima conclu-
ſione propè finem ¶ Et appellatione horū
60 indiciorum † intelligo etiam venire, præ-
ſumptiones, quia poteſt quis torqueri, licet
enim ex præſumptionibus aliquis ad pœ-
nam ſanguinis condemnari non poſſit, cū
in criminalibus debeant eſſe probationes,
vt eſt dictum, lucè meridiana clariores, ta-
men ad torturam deueniri poteſt, vt dixit
Henric. Bohic. in cap. literis, de præſumpt.
poſt Speculat. qui ponit exemplum, quan-
do aliquis eſſet interfectus, neſcitur tamen
à quo, ſed probatur, v. g. quod Petrus erat
eius inimicus, & ab eo offenſus, ex iuribus
allegatis per eum, quia dicunt DD. quòd
odium, & inimicitia eſt vnum de indicijs
61 † ex quo contra inimicū ſemper ſuſpicā-
dum eſt, & damnum præſumitur eſſe da-
tam ab inimico, ita poſt Bart in l. 1. §. cum
quis, ff. de quæſtion. & in l. fin. col. penult.
verſic. poſſumus etiam ponere caſum, Spe-
culat. tit. de præſumpt. §. 1. verſic. ſed pone,
num. 7. & ſeq. & ibi Io. Andr. & dicſi face-
re indicium ad torturam contra eum,
62 maximè ſi inimicitia eſſet grauis † & ma-
xima, ſiue capitalis, & cōcurreret aliquod
aliud indicium, coniectura, vel adminicu-
lum, & eſſe hanc com. opin. teſtatur Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 901. num. 1 vol. 2.
Honded conſ. 107. num. 2. Anton. Gomez.
var. reſolut. tom. 3. cap. 14. rubr. de tortura
reorum, num. 11. Io. de Amicis, conſil. 51.
Piot. de in lit. iur. §. 54 num. 3. Paris de Put.
Guid de Suzar. Ludouic. Bolognin. Brun.
Blanch. Gerrer. Rolland. Roman. Angel.
Bellin. Calcan. Marſil. Grammat. Dec. Boſſ.
March. Clar. Maluaſ. Suarez Gabriel, Bo-
naccoſſ. Vulpell. & multi citati per vber-
rimū Farinac. tit. de indic. & tortur. quęſt.
45. num. 81. 89. cum ſeq. tom. 2. Lancellott.
Alberic. Clar. Roman. & ſimiles, de quibus
per Surd. d. conſ. 427. num. 3. 4. 5. & ſeq. vol.
4. & per Intrigl. d. ſingul. 168. num. 11. cum
ſeq.

63 ſeq. qui dicit quòd inimicitia † capitalis
iuncta cum aliquo alio adminiculo ſemi-
plenè probat,conſiderata dicta inimicitia
capitali ad arbitrium Iudicis,' vt refert, &
ſequitur Ripa,Reſponſ.162. num. 8. Cor-
bul.de iure emphyt. tit.de cauſ. priuat. ob
non petit.;inueſtit. num. 15. & exemplifi-
cans DD.in verbalibus iniurijs,quę indu-
64 cunt inimicitiam capitalem † vt inquit
Bald.in cap.veniens in fine, de iureiur. &
cum ſequitur Iaſ. in l. procuratoribus, C.
de procurator.vbi dicit hoc eſſe notabile,
quia quilibet diceret contrarium: Aliter
namque,non praeedentibus indicijs,non
poſſet ſequi condemnatio , ſaltim ;in per-
ſona corporaliter , quãuis ſic in rebus pe-
cunialiter,ſicut diximus de præſumptioni-
65 bus † quæ ſi non exiſtant , non poteſt im-
poni pœna corporalis , vt per Alciat. in
tract de præſumpt.regul.2.præſumpt.6.n.
4.Afflict. in conſtit.Regni,ſi damna , num,
20.& per ea,quæ ſcripſi in deciſ.1. num. 3.
¶ Niſi loquamur quoad interrogationē,
66 nam poteſt ſine indicijs , † interrogari,nō
torqueri, vt in dies obſeruamus , & ita ait
Andr.de Yſern.in conſtit,ſi damna , tit.de
homicid. col. 54 etiam poſt torturam da-
tam,vt ſentit Surd.d.conſ.477.in fine , vol.
4 & caſu,quo fortaſſis taliter interroga-
tus, ſiue ſubitus nollet reſpondere,negati-
uè,vel affirmatiuè , poſſet tunc torqueri
67 † vt poſui in moderniſſimis Adnotationib.
ad cap.Ritus 97.littera P.fol. 139. tom. 4.
Ballus,in ſuo tract.de litteris diſpēſatiuis,
quæſt.4 num.10.lib.1. Bald. Blanch. Paris
de Put. Mār. Specular.Brun.Foller. Capyc.
Gomez. & quamplures per Farinac. per
nos citatum in d Adnotatione ¶ Et niſi
etiam dicamus,quando v. g. inquiſitio fie-
ret de conſcientia Principis , nam non eſt
68 neceſſe,quòd præcedant indicia † vt in d.
cap 58 Regis Caroli,poſui,ſub verſ. quam-
uis vero,cum ibi citatis,Iaſon in l.1. num,
20. ff. de edend. quem refert , & ſequitur
Marcus Anton.ex Comitibus , in ſcholijs
ad Bald.conſ 410 vol.4 quãdo ſcilicet cau-
ſa eſſet vrgentiſſima , aliàs cum bona con-
ſcientia non liceret ſic de mandato Prin-
cipis torquere ſine dictis indicijs,vt poſt a-
lios dixit idem Ballus,d.quæſt.4.nu. 5.& 6.
lib.1.& iſtud eſt etiam quod dixit Boſſius,
tit.de indic.& conſiderationibus ante tor-
turam,num,220.fol.meo 195.quòd tortura
69 † in delictis ſecretis, & coniuratis animo-
ſius per iudicem admittitur , & arbitrari
poteſt;quam in alijs, etiã deficerent ipſa
indicia,nec ex hoc Iudex veniret repræ-
hendendus & ita intelligo Farinac.qui cō-
trarium tenuit poſt alios per ipſum Balli
citatos,Bald.in l.ſeruo,C.ad l Iul.de ui,Ca-
pyc deciſ.132.num,3.,qui tenent,quòd Iu-
dex de mandato Principis torquens ali-
quem ſine indicijs,non punitur .

Quartus modus , recedendi à prædicto
modo ex abrupto,ac diſpenſatiuè, ſiue pa-
latinè,eſt,quando ex lectura earundem
70 † informationum , vel ex incartamento
præſentato per proſequutum oriretur,
aliqua ſuſpicio contra teſtes , vtputa de
falſitate,vel de inimicitia,graui , & appa-
rente,per ea, quæ ſcripſi in d. Conſuetud.
Panhor,cap.9.nu.79.80.cum ſeqq. Intrigl.
& Boniorn.de quib.per ipſum de Burgio,
d.quæſt.47.nu,11.& ſeq. tunc enim inter-
loquitur,vt fiat proceſſus, & quando pro-
batio eſt concludens, detur terminus ex-
traordinarius , & in eo fiunt defenſiones,
eodem modo,vt dixi ſupra,immo , caſu,
71 quo † poſtea in tela proceſſus talis proſe-
quutus fuiſſet abſolutus,& liberatus , pót.
ex aliquibus cauſis Illuſtriſs.Dom.Proregi
beneuiſis remicti in Iuſtitia , & accuſare
dictos teſtes de falſo per ea , quæ ſcripſi in
cap.Regni 79.Regis Caroli,limit.2.tom.4.
72 Quintus modus eſt † per quē poteſt fie-
ri proceſſus proſequuto , & non procedi
ad palatinum,& ex abrupto,quando ex fa-
cie informationum conſtaret aliqua excu-
ſabilis cauſa excuſandi proſequutum, v. g.
quia fuit inſultatus , vel ob defenſionem
ſuæ perſonæ , aut aliàs commiſit homici-
dium,vel quòd non fuit doloſus,ſed culpo-
ſus,& his ſimilibus , vt ſuis locis dixi , præ-
ſertim in d.deciſ 30.num.1.2.& 3.& num,
15.& tunc vel proceditur proceſſiuè iux-
ta formam iuris,& Ritus,vt per eundem
Burgium,d.quæſt.47. num. 13. cum ſeqq.
vel cū prædicto termino extraordinario,
magis expedito,infra quem probātur om-
nia, ex adductis nunc ſuperius.

Sextus modus, eſt quando proceditur
73 contra † Officiales delinquentes in officio,
in hoc enim ſemper ſolet interloqui , fiat
proceſſus,vt videbimus infr.in cap.45.ver-
ſic.quantum vero,& in his,& alijs ſimilib.
monet Iudices ipſe Burgius,in d.quæſt.46,
num. 22. vt extra caſum minoris ætatis,
quãtum fieri poteſt abſtineant Iudices in
non procedendo proceſſiuè, ſed potius in-
clinēt, vt excarcerent reū cū fideiuſſione,
adhoc vt mox ſuperuenientib. nouis in-
dicijs , palatinè procedant , & recordor
ſcripſiſſe in pragmatica 12.ſub nu.42.d.tit;
2.de offic.Iud.M.R.C.tom.1.& in deciſ. 5,
verſic.& quatenus,& in deciſ.64. verſ. ve-
rum quia .

Circumſcriptis igitur illis caſibus , in
quibus non poteſt procedi palatino mo-
do,& abrupto,ſed tantum proceſſiuè , ne-
gotium reducitur ad terminos iuris com-
74 munis,& Ritus,per quod inchoatur † pro-
ceſſus,eſt verum quòd aliquando ſolet per
Iudices adiungi quædam cauda,quę eſt(*&
non inchoetur,niſi de mandato Curiæ*) vt vide-
bimus in deciſ. M.R.C. 126. verſic. tranſa-
cta ſede dominorum Iudicum, vel cū alia
cauda, vt plurimum (*reo exiſtente carcerato
vſque ad ſententiam diffinitiuam*) ex his,
quæ ſcripſi in moderniſſimis Adnot. ad rit.
cap.141.littera H. tom. 4. ex pragmaticis,
ibi citatis,& per Maurum Burgium , in d.
tract.de modo proced.ex abrupto , quæſt.
46.nu.3.& fit illa cedula, vel datur termi-
nus dierū octo,vt agat ſiue pars,vel Fiſcus,
quo

quo elapſo fit alia cedula purificatoria, &
cum illis alijs requiſitis de quibus vidimus
ſupra in 2. notabili poſt principium. Eſt
75 verum quòd ſi reus non fecerit bonas † &
releuantes exceptiones, ita vt adhuc du-
rent indicia, vrgeantque in eum, tunc cō-
pilato, ſiue concluſo proceſſu, poteſt tor-
queri iuxta formam iuris, & Capit. Regni.
huiuſmet Regis Ioannis infrà cap. 49. vt ibi-
dem latè dicam in prima concluſione,
& tetigi in deciſ. M. R. C. 68. in fine,
num. 21.

Tertio Noto, quòd teſtes in criminali-
76 bus proceſſiuo modo † recepti, debent ſem-
per recipi parte citata; & nō ad informa-
tionem Curiæ, eſt verum quòd licet hic
dicatur, quòd ſi aliter ipſi teſtes fuiſsēt re-
cepti parte incitata, vt non poſſent re-
peto, etiam ipſa parte citata, hoc non pu-
to procedere, ſed ſufficiat eſſe repetitos cū
dicta citatione partis, maximè, vt ad ip-
ſam torturam procedatur, aliàs non fa-
ciunt fidem, nec indicium, nec reus poteſt
torqueri, vt ita moris eſt ſemper repeti ta-
les teſtes parte citata, tetigi ſupra num. 12.
vt poſt Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Salycet. in
l. fin. C. eod in fine Philipp. Corn. Alberic.
Hyppolit. Angel. de Aret. Grammat. & a-
lios ait Boer. deciſ. 163 nu. 8 Boniorn. Clar.
Rhædin. Royas, & mille, quos adduxi ad
Capit. Regni 25. Regis Iacobi, num. 8. cum
ſeqq. tom. 1 cum alijs apportatis in deciſ.
86. num. 1. vbi fallere dixi quando adeſſet
77 † facta confrontatio cum ipſo proſequuto,
& teſtibus, quaſi quod non ſit tunc neceſ-
ſaria citatio partis, quia adeſt eius præſen-
tia, vt ſentit idem Boer. d num. 8. & tetigi
in pragmat. tit. 47. ſub num. 32. tom. 1. ipſa-
rum pragmaticarum vbi aliqua de dicta
confrontatione.

Quarto Noto, quòd teſtes ſiue informa-
78 tiones debent † in criminalibus præcisè
recipi ſuper toto facto ſic habetur in cap.
121. Regis Ferdin. tom. 7. & in pragm. 10.
tit. 27. de Capitaneis, vbi ſcripſi in verſic.
ſeptimo colligo d. tom. 1. ipſarum pragma-
ticarum, & colligitur in Gloſſ. in cap. fra-
ternitatis, extr. de teſtib. & atteſt. & in
cap. per tuas eod. tit. Gloſſ. in l. 2. C. de e-
dend. cum concordantibus per Ottauiū
Gloritium, in repet. cap. ſuper litteris, nu.
40 & 41 de reſcriptis, aliàs non probant, vt
poſt Gloſſ magnam in l. lucius, ff. de his,
qui not. infam. Roman. conſil. 305. in fine,
Alex. conſ. 33. num. 21. lib. 3. vbi Apoſtill. &
conſil. 23. lib. 4. & multos ſic ait Cardinal.
Tuſchan in eius pract. concluſ. iuris, verbo te-
ſtes, concluſ. 185. tom. 8. qui hoc exornat.

Quinto Noto, vt in teſtibus recipiendis,
79 † & ſuper Informationibus, non debeat
interuenire Fiſcus, vt eſt in puncto ſubſe-
quens cap. Regni 35. huius Regis Ioannis,
quamuis decretata non ſequatur ibi ſecun-
dum petitionem in ipſo capitulo factam,
ſed reſponſum fuit, vt ſeruentur capitula
Regni Regis Alphonſi, petitio enim fuit, vt
nec Theſaurarius, nec Procurator Fiſci in-
teruenire habeant in examinatione te-
ſtium tam in cauſis criminalibus, quàm
Fiſcalibus, nec in conferēdis tempore, quo
80 cauſæ votantur † & proceſſus, aliàs ſen-
tentiæ latæ in fauorem Fiſci ſint nullæ, &
non poſſent exequi, & ſub pœna, vt in d.
capit. & meritò ibi Inclitus iſte Rex non
conceſſit ſimpliciter, ſed decretauit, vt ſu-
pra, eſt verum, quòd niſi fallor, non inueni,
nec recordor quòd in ipſis Capitularibus
Sereniſſimi Regis Alphonſi, aliquid de hoc
dicatur, ſed melius nunc recordatus, rea-
liter hoc idem poſuit idem Rex Alphon-
ſus, in cap. 370. ſupra, tom. 5. vbi reuera
hoc idem diſponitur, quod hic, vt in deci-
ſione cauſarum non interueniat Fiſcus,
nec Theſaurarius, & Rex ipſe conceſſit,
dicendo, (*Placet Regiæ Maieſtati,*) & ibidē
ſic ſentijt Incertus Author, ex Affl. poſt
alios in Conſtit. Regni, Quæſtionis, de quę-
ſtionib. vbi quòd ſuper receptione teſtiū,
81 nec in tortura Aduocatus † Fiſcalis non
debeat eſſe præſens, ſed vide quæ ſcripſi in
pragmat. 8. num. 22. vbi in facto memini de
d. cap. 370. Regis Alphonſi, & in alia prag-
mat. 14. num. 11. & 12. tit. 2. de offic. iudic.
M. R. C tom. 1. ipſar pragmat. quo loci poſt
Ioan. Garſ. Cabed. Peregr. Hoſtienſ. Io: de
Lign. Maſtrill. & alios dixi quòd in cauſis
magnę qualitatis, ſiue ciuilib. ſiue crimina-
libus, & dum de Fiſci ipſius intereſſe tan-
gitur, ſemper poteſt ipſe Fiſcus interueni-
re, & clarius in eiſdem pragmaticis, tit. 51
de offic. Aduoc. & Procur. Fiſcalis, num. 7.
& propterea ſubdidit ipſe Incertus Au-
thor in d. cap. 370. quòd hodie hoc non
ſeruatur, & ita practicamus, & tangitur
per Noſtrates infra in cap. ſubſequenti hic
qui dicunt quòd de conſuetudine imme-
moriali Aduocatus prædictus Fiſcalis in
omnibus cauſis interuenit, præterquam
in votandis ipſis cauſis, vt alibi dictum eſt.

De Aduocato Fiſcali, Theſaurario, & Procuratore Fiſci, quòd non interueniat in examinatione Teſtium.

Cap. XXXV.

ITem placeat Regiæ Maieſtati, concedere Vniuerſitatibus dicti Regni, quòd nec Aduocatus Fiſcalis, Theſaurarius, nec Procurator Fiſci interuenire habeant in examinatione teſtium producendorum in cauſis criminalibus, & Fiſcalibus, nec etiam in collatione proceſſuum ipſorum inter Iudices facienda, nec tempore, quo Iudices votant, ſeu conferunt, etiam in dictis cauſis, interuenire debeant, aliàs ſententia ferenda in fauorem Fiſci,

Fiſci, ſit ipſo iure nulla, & nulli executioni mandetur, non obſtantibus quibuſuis prouiſionibus in contrarium emanatis, & in caſu, quo interuenerint, ſint ipſo iure in pœnam vnciarum centum pro qualibet vice ¶ Seruentur Capitula Regni quondam Sereniſſimi Regis Alphonſi, ſuper his edita.

Dictum eſt de hoc Regni Capitulario, ſupra in præcedenti Capit. in 5. notabil. num 79.

De compoſitione non facienda in crimine falſæ monetæ, & de loco fabricationis non publicando, & quando! Cap. XXXVI.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, vt placeat mandare, atque inſtituere, quod de crimine falſæ monetæ de cætero inculpandi, non poſſint quouis modo componi, ſed contra eos fiat Iuſtitia, & meritam pœnam luere debeant, nec locus in quo fabricatores dictæ falſæ monetæ pecuniam cuderent antedictam, publicetur, niſi dominus loci notitiam, & conſcientiam haberet de dicta fabricatione. ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quod Vicerex, Vicarius, aut Præſidens dicti Regni non componat de fabricatione falſæ monetæ, quo vero ad publicationem loci; Placet Regiæ Maieſtati, vt in Capitulo continetur.

Latiſſimè in diuerſis partibus ſcripſi de hac materia, præſertim in cap. 43. Regis Martini, tomo 3. & plura loca transportaui in pragmaticis, tit. 72. de monetis auri, & argenti, &c. tom. 1. earundem pragmaticarum, vbi num. 5 & 6 ſubdidi quòd non cadit compoſitio, vt hic, & domus, in qua cuditur hæc moneta, data ſcientia, confiſcatur, vt etiam hic, & in d. cap. 43. Regis Martini, ſub verſic. tertio colligo, num. 24. vbi mentionem feci de iſto Capitulo Regni, argum. eorum, quæ ſimiliter dixi de ludo; quia illæ domus, in quibus tenetur dictus ludus, confiſcantur, & quando, vt in eiſdem pragmaticis, tit. 53. de pœna ludentium, num. 25. & ſeq. & pertranſit Boniorn. cum l. 1. §. domum, C. de falſ. monet.

De non appellandis cauſis terminatis per Doctores, niſi primò fiat ſolutio, vt in oppoſitorijs cauſis. Cap. XXXVII.

ITem Placeat Regiæ Maieſtati, concedere dicto Regno, vt cauſæ oppoſitoriæ, & aliæ, in quibus non admittitur appellatio, niſi primò fiat ſolutio in aliquibus Ciuitatibus Regni, vbi eſt copia peritorum, prout diſponitur in Ritu Magnæ Regiæ Curiæ, quod illud etiam ſeruetur in cauſis prædictis, quando ſententiæ fuerint latæ per aliquem Doctorem, vel proceſſus de conſilio alicuius Doctoris fuerit terminatus, etiam in alijs Terris, quàm in dictis Ciuitatibus, Ritu prædicto etiam non obſtante, quod ſit ritus iuramento firmatus ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd licet admittatur appellatio, ea non obſtante fiat exequutio, præſtita cautione.

SVMMARIVM.

Appellatio non ſuſpendit iudicatum nec ſententias in cauſa oppoſitoria, niſi primo fiat ſolutio, num. 1. etiam ſi ſententiæ eſſent latæ cum voto & conſilio ſapientis, num. ſeq.

Etiam ſi loquamur in articulis incidentibus ipſius cauſæ oppoſitoriæ, num. 3. cum ſeqq. etſi tertius appellaſſet, num. 6.

Oppoſitoria in cauſa non admittitur appellatio, quæ nec ſuſpendit, ibid. nec nullitas, num. 4. etiam ſi per tertium ſit appellatum, num. 6.

Nullitas tentata in cauſa oppoſitoria deciſa non ſuſpendit ſententiam, num. 4.

Appellatio eſto admitti poteſt aduerſus ſententiam in cauſa oppoſitoria, eius ſuſpenſiuus tamen effectus eſt remotus, num. 5. etiam ſi tertius appellaſſet, num ſeq.

Tertius ſi appellat aduerſus ſententiam in cauſa oppoſitoria, non per hoc ſuſpenditur executio, num. 6.

Sententia lata cum voto Doctoris, vel conſilio ſapientis, valet, num. 7.

Votum Doctoris, vel conſilium ſapientis poteſt dari in cauſis, & ſententijs, ibid. cum ſeqq.

Conſilio ſapientis poſſunt committi decidenda cauſa, ibid. cum ſeqq.

Conſilium ſapientis debet reddi, & dari nedum circa merita cauſæ, ſed etiam circa ordinem iuris,

iuris, & ſuper emergentibus, & incidentibus ac ſuper principali, num. 8.
Votum Doctoris debet dari tam circa merita cauſa, quam circa ordinem iuris, & ſuper emergentibus, & incidentibus, ibid.
Conſilium ſapientis, ſeu votum Doctoris tunc datur, quando Iudex eſt illiteratus, num. 9.
Iudex non tenetur regulariter committere cauſam conſilio ſapientis, & ſi commiſit, poſſet commiſsionem reuocare, num. 10. niſi eſſet iuuenis, vel non peritus, num. ſeq.
Conſilio ſapientis ſi per Iudicem eſt facta commiſsio, non poteſt reuocari, niſi eſſet iuuenis, vel non peritus, num. 11.
Statutum ſi exiſteret, vt Iudex teneatur ferre ſententiam cum conſilio ſapientis, ſi ea ferretur abſque dicto voto, ſententia eſſet nulla ipſo iure, num. 12. & num. ſeq.
Sententiæ ſunt nullæ ſi ſtante ſtatuto, vt ferrentur cum voto, & ſine eo eſſent latæ, ibid.
Sententia ſi eſt proferenda cum voto, & conſilio Conſultoris, debet legi votum ipſius Doctoris, & ſententia Iudicis Idiotæ ſimul, num. 13.
Voto Doctoris ſi legitur ſententia, debet inſimul legi cum ipſo voto, aliàs nulla eſt, nec dicetur cauſa deciſa, ibid.
Conſilio ſapientis ſi eſt commiſſa cauſa, debent conſultores dare votum, & compelli, num. 14. & ſeq.
Conſultores poſſunt cogi dare eorum votum in cauſis, ibid.
Aduocati cogi poſſunt dare eorum vota, num. 15.
Aduocati partium non ſunt vocandi in conſilio ferendæ ſententiæ, num. 16.
Aduocatus quantumcumque conſulatur depoſito officio aduocationis, in nihilo eſt memor affectionis partis ſuæ, num. 17.
Conſultor in cauſa poteſt apponi facere illa, quæ ſunt de conſuetudine, num. 18.
Conſilio ſapientis, & voto poſſunt adhuc committi cauſæ ex fideicommiſſo, & vinculatæ, num. 19.
Voto Doctoris poſſunt committi etiam cauſæ ex fideicommiſſo, & vinculatæ, ibid.
Votum Doctoris ſi eſt requiſitum, ſi illud omitteretur, negotium eſſet nullum, num. 20.
Conſultoris, & iuriſperiti votum ſi fuerit requiſitum, Iudex non poteſt interim ferre ſententiam ante conſilium habitum, ſed expectari, num. 21. & nihil poteſt facere nec nouas probationes in cauſa recipere, num. 22.
Rubrica ff. nil noui appellat. pendent. procedit etiam in voto conſultoris expectando, ibid.
Conſultoris votum poteſt adhuc requiri in cauſis ſummariis, & executiuis, num. 23.
Conſultoris ad votum poteſt mitti adhuc inuitis partibus, dummodo malitioſè non fiat, num. 24.
Sententia lata de conſilio ſapientis tunc valet, quando realiter eſt lecta, num. 25. cum ſeqq. nec ſufficit eſſe ſigillata, ſubſcripta, & data partibus, num. 29.
Sententiæ quando ſunt pronunciatæ in ſcriptis, & lectæ, debet Magiſter Notarius cauſæ ſcribere in pede per hæc verba, pronunciata, lecta, & lata, num. 26. & ſeq.
Iudex quomodo debeat promulgare ſententiam latam de conſilio ſapientis, num. 27. & ſeq.
Conſultor ſi condemnat talem eſſe condemnandum, & Iudex pronunciat ſecundum banc formam conſilij, videtur etiam condemnaſſe, num. 28.
Vota via recognoſcendi quando ſunt transmiſſa ſuper cauſis feudalibus ad Sacrum Concilium, aduenientibus iterum illis, debent legi, ibid.
Conſilium Sapientis debet eſſe circa conſolidationem in contractus, ſalua remanente ſubſtantia, num. 30.
Conſilio ſapientis ſi eſſet conuentum, vt præſtetur cautio, an & quando poſſit ſapiens declarare quòd pignora, vel fideiuſſores dentur, num. 31.
Conſultor an dari poſſit per Principem ſeu Regem Iudici deputato per Barones habentes merum, & mixtum imperium, num. 32.
Conſultoris votum qui petit, totum ſalarium ſoluere debet, & expenſas acceſſus, & receſſus, & an ab vtraque parte, num. 33.
Conſultoris votum debet eſſe iuſtè, & iuri conſentaneum, num. 34. & ſeq.
Ratam, & gratam qui promiſit habere ſententiã alicuius, intelligitur, dummodo iuſta, & iuri conſona ſit, ſecus ſi iniuſta, num. 35.
Promittens ſtare præcepto alicuius, ſubauditur ſi ſit iuſtum, ibid.
Sententia lata cum voto conſultoris numquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt appellari, & currit inſtantia, prout in actis, num. 36.
Votum Doctoris requiri debet in cauſis dubijs, ſecus in claris, num. 37. & ſeq.
Conſultoris votum requirendum eſt in quæſtionibus dubiis, & quid in cauſis liquidis, & claris, num. 38. 39. & 40.
Conſultoris votum non poteſt peti, nec concedi, ſi Iudices vident fruſtratoriè peti, num. 41.
Conſultoris votum non poteſt committi, niſi confidans perſonis, num. 42.
Conſultoris votum non debet peti nec cõcedi malitioſè, & calumnioſè, nec ad differendam ſẽtentiæ prolationem, num. 43.
Conſultori dum miſſus eſt proceſſus, & ſcripturæ, non currit inſtantia, num. 44
Inſtantia an curriat dum proceſſus ſtat pœnes Conſultorem, ibidem.

PER hoc capit. datur ampliatio ad aliud cap Ritus 116 vbi ſcripſi in 2. principali capite, ſub verſic. limitatur, ante num. 12. tom. 4. nempè, vt quemadmodum appel-
1 latio † non ſuſpendit iudicatum, nec ſententias in cauſa oppoſitoria, niſi primò fiat ſolutio in illis locis & Ciuitatibus, vbi eſt copia Doctorum, & peritorum, vt in d. ſt. Ritu 116. vbi adiunximus poſt Io: Aloyſ de Septim. & alios in moderniſſimis noſtris Adnotationibus, & tetigi in cap. 47. Regis Martini, num 45. tom. 3 quaſi quòd non ſuſpendatur iudicatum, vt per l. fin. ff. de appellat. recipiend. pertranſit hic Ferdin.
2 Boniorn. ita etiam † quando tales ſententiæ eſſent latæ per alios Doctores, vel cum concilio Sapientis, vt ſubdam hic in-

ſerius in verſic. Noto ibi, &c. & ſic cum voto præter dictas Ciuitates, ſed in alijs locis, & Terris, ſic Milani ſ. deciſ. 5. num. 6. & 7. qui ſubdit, quòd licet iſta Regni Capitularia loquantur in cauſa oppoſitoria, idem
3 tamen dicendum eſt in articulis † incidētibus in ipſa cauſa oppoſitoria, ex Bald. in l. ſi quando, de teſtib. Crott. conſil. 83. num. 25. Plott. in l ſi quando, num. 151. vſque ad num. 169. C. vnde vi, & faciunt quæ pono infra in cap. 91. vbi loquor de Admirato, & Viceadmirato, §. 12. prope medium. ¶ Idēque dicendum putamus quando nedum fuerit appellatum, ſed v.g. tentata nullitas
4 † quia ſi non ſuſpendit ipſa appellatio interpoſita in cauſa prædicta oppoſitoria, multo minus poterit ſuſpendere ipſa nullitas, vt pro, & contra arguendo Noſtrates hic, tandem ſic concludunt, ex notat. in l 3. §. condemnatum, ff. de re iudic. & per gloſſ. in clem. 1. extra, de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Guid. Pap. deciſ. 387. cum ſeq. & deciſ. 50 vnde licet iſte textus Regni loquatur in appellatione, adhuc habebit locū in nullitate, nec reſtringitur in vno caſu, ſed ampliatur ad aliud, eſto Angel. conſil 107. videatur tenuiſſe contrarium, per l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, & per l. cunctos populos, C. de Summ. Trin. & Fide Cathol. cum ſimilibus, hic etenim
5 non eſt remota † appellatio, ſed eius effectus ex Guid. Pap. & ibi Addirio, quæſt. 37. Salycet. in l. fin. C. de appellat. ideo ſiue
6 † tertius appellet. vel tētet nullitatem, ſiue principalis, adhuc remanemus in terminis huius ſtatuti, vt non ſuſpendat iudicatum in cauſa oppoſitoria.

Noto ibi (*vel proceſſus de conſilio alicuius*
7 *Doctoris, &c.*) quòd valet † ſententia lata cum voto Doctoris, vt tetigi ſupra in cap. 18. Regis Iacob, num. 20. tom. 1. quod tantum eſt dicere, ac de conſilio ſapientis, vt dixi in deciſ. M.R C. 72. in princ. quod poteſt facere Iudex, dummodo quæſtio non habeat dubium, quia tunc non poteſt committere iſto modo, vt videbimus inferius in verſic. intelligo octauo, & eſt quando, v.g. mittuntur ſcripturæ Conſultori, & ſcribitur factum, & in fine dicitur quid iu-
8 ris ſit, quia Sapiens † debet ſuper omnibus conſilium reddere, nedum circa merita cauſæ, ſed etiam circa ordinem iuris, prout latiſſimè volunt DD. per text. in l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de legat. 1. cap. 1. in verbo, quid iuris, de controuer. inueſtit. Iaſon in l. ſi fundum, § Stichum num. 12. ff. de legat. 1 vbi quòd ſuper omnibus debet reddi votum tam ſuper emergentibus, & incidentibus, quam ſuper principali, Bald. Angel. Imol. Alex. & alij per eum citati.

¶ Regulariter vero tunc ad conſilium
9 † & ad votum DD. ſapientis deuenitur, quādo Iudex, v.g. illiteratus, eſſet prout ſētitur in iſto capit. a contrario ſenſu ibi (*vbi eſt copia Doctorum*) & ſic ſi non adeſſent Iuriſperiti, vel rari, quo caſu recurri, poteſt ad tale conſilium, & prout habes ſupra in d. cap. 47. Regis Martini vbi tetigi in fine, d. tom. 3. pulchrè Innoc. in cap. ſi pro debilitate, in Gloſſ. in verbo, conſulere de offic. delegat. Bald. in capit. Iudices in princip verſic. ſed contra hoc facit, de pac. iuram. firmat. & in l. obſeruare, §. proficiſci, quæſt. 31. C. de offic. proconſul. & legat. Gloſſ. in l. in Sacris, C. de prox. Sacr. ſcrinior. lib. 12. Alex. in l. ſi Iudex, de var. cognit. & iſtud eſt, quod dicunt DD. vt de
10 iure communi, Iudex † non teneatur ordinariè committere cauſam Conſilio ſapientis, imo, ſi commiſit, poſſet commiſſionem reuocare, Bald. conſ. 170. lib. 3. Albert. de Rampo inter tract. Bartoli, de conſilijs habendis, idem Bald. in l. ex illo, C. de appell. etiam inuitis partibus, vt poſt Angel. Phil. Franch. Caſtrenſ. & alios ait Ioann. Thierry ad Bertacchi. in repertor. verb. Conſilium, part. 1. fol. 466. arg. eorum, quæ dico inferius, extenſione, 6. niſi eſſet iuue-
11 nis † vel non peritus, vt hic, & ibi per eū,
* & eſt com. * opinio, de qua per Cardinal. Tuſch in concluſ. iuris, in verbo, Conſiliū, concluſ. 768. tom. 2. Caſtrenſ conſil. 6 num. 2. lib. 1. Dec. in cap. 2. num. 17. de iudic. In-
12 tantum, vt ſi fortaſſe ſtaret ſtatutum † vt Iudex teneatur ferre ſententiam cum voto, & conſilio ſapientis, prout tāgitur per Bald. in d. l. ex illo, C. de appell. & per Peregrin. inferius citandum in 2. extenſ. prout ita eſt. Ferrariæ tradit poſt Bart. Ang. Alex. & Fulgoſ. Tuſch. vbi ſupra, Caſtrenſ. d. conſ. 6. ſi eam ferat abſque illo, ſententia eſſet nulla ipſo iure, etiam ſine appellatione, vt dixi in d. deciſ. 72. num. 2. poſt multos ibi citatos, quia debet illud expectari, ſemel ac fuit petitū, ſicuti dicam inferius in 4. extenſione, & negotium eſſet nullum, ſi requiſito voto, ac cōſilio, illud omitteretur, vt tango inferius in 3. extenſione.

Ita & taliter, vt tradiderint DD. quòd
13 quando fertur ſententia † proferenda cum dicto voto, & conſilio Cōſultoris, debeat legi votum ipſius Doctoris, & ſententia Iudicis Idiotæ, adeo vt ſi vnum abſque alio proferatur, vtrumque annullabitur, & ſi adeſſet votum abſque dicta ſentētia, non diceretur per hoc cauſa deciſa, neque ipſa ſententia Iudicis Idiotæ poterit proferri, antequam haberetur votū ipſius Doctoris, vt in ead. deciſ. 72. dixi loco citato. in ſumma ſequi debet, vt poſt Burſatt. conſil 90. num. 49. Tuſch. vbi ſupra, Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſdic. ordin. num. 152.

Item adeo eſt verum, vt etiam poſſint in-
14 uiti compelli † Conſultores, & ſapientes ad conſilium, votumque dandum, dixit Gloſſ. in d. Conſtit. Regni, vt Vniuerſitas, per l. 2. C. de proxim. ſacror. ſcrinior, lib. 12. l. ſcimus, C de Aduoc. diuerſ. iudic. Speculat. d. tit. de requiſit. conſil. verſic. ſed numquid poteſt, Bart. in l proxime, ff. de his, quæ in teſtam. delent. l. nemo, C. de Aſſeſſor.

ſor.& in l.fin.§.fin.ff.de vacat.muner.ſtan-
te quod gerit officium publicum, ex Bald.
in l.ſi pater,C.ſi pend.appell.mors interu.
Fælin.in cap.2.extr.de off.& poteſt.iudic.
delegat & ita regulariter de quolibet Ad-
15 uocato †, ſcripſi in Conſuetud. Panormi,
cap.68.in 2.notab.num.20.vbi quod ſerui-
re inuitus tenetur,ex Bart. Fælin. Salycet.
Parid.de Puteo,& Carrocc.cum fallentia
prout ,ibidem , Et ſubditur in dict.Gloſſ.
in ead.conſtit.Regni , quod quicquid fiat
de conſilio,alias de conſuetudine,& quic-
16 quid dicatur,aduocati † partium non ſunt
vocandi in conſilio ferendæ ſententiæ , ex
ex eod Bart.in d.l.proximè,& ibi Paul.de
Caſtro,in 4 notab. ante ſic,,& ita obſerua-
tur ex diſpoſitione pragmaticarum vnde ,
ſumitur quidam modus allegandi in Ad-
uocatis,& modus deliberādi in Iudicibus,
17 quantumcumque enim Aduocatus † con-
ſulatur depoſito officio Aduocationis , in
nihilo tamen eſt memor affectionis partis
ſuæ,vide in pragmaticis,tit.4.de Recuſat.
Iudic. num. 4 tom.1. ipſarum pragmati-
carum.

Extendo primo, vt etiam poſſit Conſul-
18 tor † & ſapiens facere opponi illa quæ ſūt
de conſuetudine,ſic Imol.in cap.1 col.8.de
* conſtit.vbi dicit eſſe com. * opin. Additio
ad Oldrad.conſ. 139. littera B.& ſentit ip-
ſe Oldrad. num.13.

Extendo ſecundo, vt etiam poſſint com-
19 mitti † dicto Conſilio ſapientum,vel Con-
ſultorum voto adhuc cauſæ ex fideicom-
miſſo,& vinculatæ vt ita eſt Paduæ Statu-
tum, de quo teſtatur Peregrin. de fideicō-
miſſ.art.53.num.10.arg.eorum, quæ vidi-
mus ſupra in verſic. Noto,&c.

Extendo tertio,vt quoties in aliquo ne-
gotio requiſitum eſſet conſilium alicuius,
20 & votum , † ſi mox illud omitteretur,ne-
gotium eſſet nullum, vt tetigi ſupra ſub d.
verſic.Noto,&c & ſcripſi poſt Surd. Affl.
Luc.de Penn & alios in cap Regni 24. Re
gis Martini,ſub num 7.ſupra , tom. 3. lo: à
Capiſtrano in tract. Speculum conſcien-
tiæ, § reſtat nunc, num.86. tom.1. tracta-
tuum.

Extēdo quarto,vt quandiu fuerit requi-
ſitum prædictum conſilium Iuriſperiti
21 † & ſapientis (eſt enim neceſſaria talis re-
quiſitio, & debeat fieri inſtantia , vt in d.
dec.ſ.72.ſcripſi in verſic. prætendebat igi-
tur,& cauſa ad ipſum tranſmiſſa)Iudex nō
poſſit interim ferre ſententiam ante conſi-
lium habitum ab eo,ſed expectari vt teti-
gi ſupra ſub d.verſic.Noto,&c. Archidiac.
in cap.cum plures, de offic. delegat. Alex.
conſ.59.lib.4.Soccin.conſ.10.num.2. vol.4.
Æmil Maria Manoleſſi,ad Bertacchin.vbi
ſupra,Bald.in l.fin.C.de relat. & in l.ex il-
lo,C.de relation.Marant.in Specul Aduo-
cat.in 2 actu principali, 6 partis,nu.10 fol.
meo,435. & ſcripſi ſupra in cap. 24.Regni,
eiuſdem Regis Martini,in fine,eod.tom.3.
Fulgoſ.conſil.139.num.2 Alex. conſil. 145.
num.3.lib.5.Tuſch.vbi ſupra , nihilque in-
22 terim poteſt Iudex facere † nec nouas
probationes in cauſa recipere donec cau-
ſa eſt in manibus ipſius Conſultoris, Bald.
in d.l.ex illo, C. de appellat. & poſui pro
ampliat.ad rubr.ff.nil nouar.appellat. pē-
dent.Archid.in cap. cum plures , de offic.
deleg.in 6.Petr.de Suzar. & alij in l. 1. C.
de relat.

Extendo quinto,vt Conſilium Sapientis
23 & votum Conſultoris poſſit adhuc requiri
in cauſis ſummarijs , & executiuis , vt hic
(dum tractatur de cauſis oppoſitorijs) &
voluit Angel.de Aret. in l.1.ff de appellat.
Alex conſ. 50.part.2. Florian.in l quemad-
modum,§.hæc verba,ff.ad l.Aquil.Bart.in
l.prætor,2.§.erit,col.2.ff.vi bonor,rapt. ex
Oldrad.Imol.in Clem. 1. de ſupplend. ne-
glig.prælat.Bald.in l.cohæredi, §.qui par-
tem,vbi Angel.& idem Imol,ff.de vulgar.
& pupill.idem Bald.in l.1.col.2. C. Ne lic.
tert. prouoc.

24 Extende ſexto, vt adhuc † poſſit mitti
ad conſilium ſapiens inuitis partibus,
dummodo malitioſè non fiat,vt declarabo
inferius in xi.intellectu, l 2.& ibi Gloſſ. C.
de ſent.ex breuiloq.recitand. Angel. in d.
l.1.C.de relation.DD.in l.non dubium C.
de repud.Albert.de Ramponib. & Cardi-
nal.Tuſch. locis citatis , ſicuti , & inuitis
partibus poteſt per Iudicem reuocari, vt
tetigi ſuperius in d.verſic Noto,&c.

Intelligo primo, vt tunc valeat ſenten-
25 tia lata † de dicto Cōſilio Sapientis,quādo
realiter eſſet lata,& lecta,per ea,quę ſcrip
ſi infra in cap 44. Regis Ferdin. verſic. Nō
intrabo,tom.7.ex Angel.in l.errore , C.de
teſtam.& in l.fi.C.de ſentent. ex breuiloq.
recitand. vbi dicit quòd poſtquam ſenten-
26 tiæ ſunt pronuntiatæ † in ſcriptis,& le-
ctæ, debet Magiſter Notarius cauſæ ſcri-
bere in pede (*pronunciata, lecta , & lata eſt,
&c.*) prout communiter hodie ſic fit,
Aſtenſ.in Clem ſæpè,fol.43.extr. de verb.
ſignif.cum concordantib per Affl.in con-
ſtit.Regni,ab omnibus,num.3.t t.75.de ſē-
ten.in ſcript.&c.lib.1.& per ea,quę poſui
in pragmaticis , tit. 2. de Offic. Iud. M. R.
pragmat 14.num.16.& ſeq.tom.1.ipſarum.
pragmaticarum , & ita in hoc propoſito
ait Iaſon,& Additio ad eum in l. nec quic-
quam,§.vbi decretum,num. 68. ff de offic.
Proconſul. vbi ponit modum quomodo
27 † debeat Iudex promulgare ſententiam
latam de dicto conſilio Sapientis , & con-
cluditur ibi per Additionem,quæ eſt Pur-
purat.vt poſſit dici (*pronuncio,vt in ipſo con-
ſilio*)ex Alex.in l.1. §.ſi quis ita,col 4. ff.de
verbor obligat.& expreſſe per Bartol.in
l.ſi fundus,ff.de reſcind vendit. vbi quòd ſi
28 Conſultor condemnat † talem eſſe con-
demnandum, & Iudex pronunciat ſecun-
dum hanc formam Conſilij. videtur etiam
condemnaſſe.& impropriè dicitur ſentē-
tia Conſultoris,vt per Tuſch.vbi ſupra, &
29 ſic non ſufficit eſſe ſigillatam † ſubſcriptā,

T 2 & da-

& datam partibus, litigantibus prout dixi
ſupra in cap.540. Regis Alphonſi, limit.2.
num.123.& ſeqq.tom.5.ſic eſſe, quãdo fue-
runt tranſmiſſa vota via recognoſcendi in
cauſis feudalib. ad Sacrum Magnum Re-
gium Conſilium Hyſpaniæ vt aduenienti-
bus iterum votis, legi debeant, & quæ di-
xi in d. deciſ.72.

Intelligo Secundo, vt dictamen Sa-
30 pientis † debeat eſſe circa conſolidationẽ
contractus, ſalua remanente ſubſtantia,
gloſſ.in l.ſi mandato titij, §.vlt. ff. mand.
gloſſ.in l.illa inſtitutio, ff.de hæred.inſtit.v-
bi Bart.Oldrad. d.conſ.139. eod. num. 13.
Alex.in l.quicquid aſtringendæ, ff.de ver-
bor.oblig.& in l.3.ff.qui ſatiſdar. cogant.
cum concordantib.

Itelligo Tertio, vt quoties eſſet conuen-
31 tum † vt præſtetur cautio ad cõſiliũſapiẽ-
tis, nõ poſſit ſapiens declarare, q pignora,
vel fideiuſſores pręſtẽtur, pręterquã niſi ad-
iectum eſſet in conuentione, vt præſtetur
idonea, vel ſufficiens cautio, aut eiuſmodi
* verba ſint prolata, ita communiter * tene-
ri ait Iaſon in l.ſancimus, propè finem, C.
de verbor.ſignif. niſi verba eſſent de con-
ſuetudine, ſtilo, & vſu Notariorum, vt dixi
ſupra, & ita circa hunc intellectum decla-
rauit Additio ad Oldrad. d. conſil. 139. d.
littera, F.

Intelligo Quarto, vt non poſſit Rex,
32 † Princeps, ſiue dominus dare Cõſultorẽ,
nec Aſſeſſorẽ Iudici deputato per Barones
habentes merũ, & mixtum imperium eo-
rum Vaſſallis, vide quæ adduxi ſupra in
cap.10.Regis Martini, ſub num 26. tom.3.
ex Curt.Iun.Boſſ.Rolland. Natta, Surdo,
& cæteris.

Intelligo Quinto, vt qui perit Conſiliũ
33 Sapientis † ſiue votum Conſultoris, totum
ſalarium ſoluere debeat, & expenſas ac-
ceſſus, & receſſus, per ea, quæ vidimus
ſupra in cap. 27. eiuſdem Regis Martini,
ampl.2.d.tom.3.Speculat. tit. de Aſſeſſor.
§.ſalarium, verſic. quid ſi alter litigatorũ,
aſſẽs, ab vtraq.parte Bal. in Additionib. ad
eundẽ, Spec.tit.de requiſ.conſilij, verſ.no-
ta ergo, vbi etiã Io: Andr. Bart. in l. ſi po-
ſtulauerit, & ibi Alex. ff.de adult. Cardin.
in Clem 1.de ætat.& qualit.Franc.in l.in
Aſia, ff.depoſiti, hinc dixit Io: Andreas ad
Spec.vbi ſupra quòd poteſt recipi iuſta
merces per dantem votum, ſiue Conſi-
lium.

Intelligo Sexto, vt Conſilium Sapientis,
votumque Conſultoris ſubaudiatur iuſte,
34 & iuri conſentaneum datum † & non
aliàs, eſto quòd partes iurauerint ſtare
conſilio alicuius, intelligitur enim ſi iuri
ſit conſonum, eſt text.in l. ſi libertus, la 2.
ff de oper.libert. Soccin.conſ.159. col.fin.
Munnoz.de Eſcobar, in tit. de raciocinijs
adminiſtr.cap.32 num.26. vbi facit aliquas
illationes ad eum, qui promiſit habere ra-
35 tam † alicuius ſententiam, quia intelligi-
tur, dummodo iuſta, & iuri conſona, ſit ſe-
cus ſi iniuſta, Angel conſ 136. & conſ. 138.
Æmil Maria Manoleſſi vbi ſupra, Roman.
conſil.228.num.14.Tuſch.vbi ſupra. Alber.
de Rampon.in d.tract. de conſilijs haben-
dis inter tract. Bart. num.7. latiſſimè Ber-
tacchin.loco citato, qui infinitos citat, cap.
quintaualliſ, de iureiur.& qui promiſit ſta-
re præcepto alicuius, ſubauditur, ſi ſit iuſtũ
ex l.Hyſpan. 24 tit.4.part.7.& in l.17. tit.
xi.Ioann.Andr. in cap.nullum, de regul.
iur.in 6. Spec. eod tit. de requiſit. conſilij,
Cataldin. de Compagn. in tract. ſyndicat.
num.163.verſic.adde quòd ſi partes, & li-
cet ſubdat, hoc non procedere, quoties eſ-
ſet ſciens de tali conſilio dato iniuſto, quia
tunc tanquam volenti, & ſcienti, non fie-
ret iniuria, ex vulgatis, & conſequenter,
eſto eſſet iniuſtiſſimum, ſequi tenetur, ex
Cataldin. pace tamen eorum hoc non pla-
cet, niſi vtraque pars conſentiret, vt poſt
Bald. & Bart. ſubdit idem Tuſch. vbi
ſupra.

Intelligo Septimo, vt cum toto hoc ta-
lis ſententia lata cum voto ſapientis non
36 tranſeat in rem iudicatam † vt ſcripſi in
deciſ.42.num.4.latè poſui in Ritu, cap.146.
num.4. tom.4. poſt Roman. & Alex. de
* com.* opin.ſic teſtatur Tuſch.loco citato,
& per hoc conſequutiuè infertur, vt poſſit
appellari, Caſtrenſ.d.conſ.6. Roman. con-
ſil.228.idem Cardin. Tuſch. Corn. conſil.
187.lib.4. & ita pertranſit hic Boniorn. &
alij vt per eum in rubr. C.de re iudic. di-
cens quòd poteſt ab iſta appellari, ſicut ab
illa arbitrorum, ex Hyppol.ſingul.417. idẽ
Boniorn.in l.arbitros ff.qui ſatiſdar.cogãt.
& currit inſtantia biennij, vel anni, ſicuti,
in cæteris cauſis ex Grammat.conſil.118.
contingit, &c.

Intelligo Octauo, vt conſilium, vel vo-
37 tũ Doctoris † requiri debeat in cauſſis du-
bijs, quia ſi quæſtio eſt clara Iudex, nõ de-
ber remittere, vt tetigi ſuperius in verſ.No
to, &c.Fælin.& Alex. de quib. per Tuſch.
vbi ſupra, Iacob.de Aretio, & Bart.in l.ille,
§.cum in verbis, ff.delegat.2. Auth. de iud.
§.1.Bal.& Angel.in l.dubium, C.de repud.
& dicunt facere l pediculis, §.labeo, ff de
aur.& argent.legat.idem Bart.in l. elegã-
ter in princip. ff de condit. indeb. Idem
Bald.in l.1.C.de relation.& in l.2. C. de-
leg.& in l.Emilius, ff.de minor.& in l.1. C.
ne liceat in vna, eademq.cauſ. DD.in l. ſi
conuenerit, ff de re iudic.Roman. in rubr.
38 de arbitr. & ſic videris quòd votum † ſi-
ue conſilium prædictum ſapientis requi-
rendum eſt in cauſis dubijs, & tunc com-
mitti poteſt, & non ſine, vbi idem Bald. in
3.notab.C de bon.quæ liber repræhenden
dus enim eſſet conſultans, ſi ſuper puncto
non dubitabili requireret votum, cap. cũ
in iure, vbi Abb.de offic.deleg.l.domini, de
teſtam.Vnde, eſto videamus quòd in cau-
39 ſa liquida peti non poſſit † vt per Bar.in d.
l.ille, aut ille, eod.§.cũ in verbis, ff.deleg.2.
Bald.in l.1.col.2.verſic. quarta eſt relatio,
C.de legib.Lanfr. de arbitr. 7.part. quæſt.
60. tamen ſi eſt dubia ſecus eſt, & ita ait
Alex.

Digitized by Google

Alex.conſ.62.part.2.Angel.conſ. 34. & in
d.l.ſi ſic ſtipulatus,vbi etiam Imol. ff. de
verbor. oblig. Sicuti etiam ſi eſſemus in
40 caſu claro † & de quo in iure probabilis
non erat dubitatio, poſſit ſperni dictum
conſilium,vt poſt Cephal.conſ 201. num.
3.vol.3.Bart.Bald.Imol.Alex. Angel.Iaſon.
& Dec.teſtatur Æmil.Maria Manoleſſi ad
Bertacchin.vbi ſupra.

Intelligo Nono, vt huiuſcemodi conſilia
Sapientum, & vota Doctorum nõ poſſint
41 concedi † nec peti, quando Iudices viderent
illa fruſtratorie peti, per ea, quæ not.
in l.quidam exiſtimauerunt,ff. ſi cert. pet.
Io: Andr.in Addition.ad Speculat d.tit.de
requiſit.Conſilij,§.1.Io:de Imol.in d.l.ſi ſic,
ff. de verbor. obligat. & quod notant Legiſtæ
ibidem,& in l.ſi mihi, & titio, §. 1.
ff.eod.

Intelligas Decimo, vt conſilium prædi-
42 cti Sapientis † & votum Doctoris non
poſſit cõmitti niſi confidatis perſonis,Bal.
in Addit.ad Speculat.d.tit.de requiſit.con-
ſilij verſic. nec conſilium.

Intelligo Vndecimo,vt conſilium ſapiẽ-
tis, & vota Conſultorum, non petantur,
nec concedantur calumnioſè, & malitio-
43 ſe † vt tetigi ſuperiùs, in 4. extenſione,
v.g.ad differendam ſententiæ prolationẽ,
vel tempore ferendæ ſententiæ; quia hoc
non permictitur,vt aiũt DD. Io:de Anan.
& Florian.in capit. cum in veteri, & ibi
Ant.de Butr.de elect. Io: Andr. ad Specu-
lat.d.tit. de requiſit.conſil.§.Inſuper,Bald.
in d.l.1.C.de relat.& in l.fin.C.de ſent.idẽ
Io:Andr.in cap.cum dilectus,de ordin.co-
gnit.Alex.conſ.72.vol.2.& in d.l.ſi ſic ſtipu
latus,ff.de verbor. oblig. & in l.ſi cauſa,
& in l.ſi diuerſa,de tranſ.Angel. conſil.33.
cum ſimilibus,& conſ. 136.

Intelligo Duodecimo, vt interim dum
cauſa eſt pœnes Conſultorem, & proceſ-
ſus, ſiue ſcripturæ apud ipſum, non cur-
44 rat inſtantia † ita pulchrè Io: Bertacchin.
in d.ſuo repertorio,d.verbo, Conſilium,
part.1. fol.467. vbi allegat Franc. Viterb.
in conſ.vtrum dies,&c.

De non reuocandis literis emanatis à Magna Regia Curia, niſi citata parte, & audita.
Cap. XXXVIII.

ITem, ad tollendum vexationes Incolarum, & habitatorum dicti Regni, quas incurrũt propter multiplicationem,& diuerſitatem literarum,quæ emanant à Magna Regia Curia, ſupplicat totius Regni vniuerſitas,vt placeat eidem Regiæ Maieſtati mandare, quòd ſi quas literas contigerit abſolui à Magna Regia Curia contra aliquem, qui poſtea vellet ipſas reuocare, quoniam prima facie præſumendum eſt per Magnam Curiam, quòd non reuocentur, niſi citata parte,qua citata adueniente,ſi, ipſis auditis,apparebit primas literas fore iniuſtas, ſiue ſubreptitias, quòd teneatur prius impetrator reficere omnes expenſas, etiam viaticas alteri parti, ſi autem apparuerint iuſtæ, quòd vtique pars aduerſa eidem, qui iuſtè impetrauerit literas, reficere habeat expenſas, vt ſupra. ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

S V M M A R I V M.

Litteræ emanatæ,per M.R.C. non poſſunt reuocari. niſi parte citata, & audita, num.1. cum ſeqq.

Sententiæ de reuocatione dum agitur, an, & quando Iudex ſit citandus,ibid.

Et quid de illis quorum intereſt, num.2.

Reſcriptum ſicut non conceditur, niſi parte citata, ſic reuocari debet, num. 3.

Litteræ Magnæ Regiæ Curiæ, concedi ſolent quandoque,parte citata,ibid.

Litterarum M.R.C. ſuper reuocatione ſi agitur, ſolet mitti ad effectum, nec cadit diſſenſus, num.4.& ſeq.

Diſſenſus non cadit ſuper reuocatione litterarum,ibid.

Litteræ ſecundæ non poſſunt reuocare primas, niſi in eis de primis fiat mentio, num. 5. & ſeq.

Reſcriptum ſecundum non poteſt reuocare primum,niſi fiat mentio de eo, ibid.

Litteræ tunc reuocantur, quando apparent iniuſtæ, obreptitiæ,vel ſubreptitiæ,num.6.

Subreptio litterarum cognoſcitur per Principẽ, qui eas conceſsit, num.7.

Litteris iniuſtis,ſubreptitiis, vel obreptitiis reuocatis, tenetur ſuccumbens ad expenſas, ibid.

Litteræ ſubreptitiæ æquiparantur falſis probationibus, & vitiantur in totum, num. 8.

Litteræ obtemptæ non facientes mentionem quòd alius eſt in poſſeſsione,ſunt nullæ, & reuocãdæ,num.9.cum ſeqq.

Poſſeſsio defuncti licet continuetur in hæredem, fallit quando alius eſt in poſſeſsione, num. 10.

Litteræ obreptitiè, vel ſubreptitiè obtemptæ nõ valent,& reuocari debent, num. 11. cum ſeqq.

Falſum exprimere grauius eſt, quàm verum tacere, num.12.

Litteræ ſubreptitiæ ſunt illæ,in quibus omnia non fuerunt expreſſa, vel ſub inuolucro dicta, & ob id annullandæ, num. 13.

Litteræ ſemper continent clauſulam, ſi preces veri-

veritati nituntur, num. 14.
Reſcripta continent clauſulam, ſi preces veritati notantur. ibid.
Gratiæ ſubreptitiæ non valent, num. 15.

NOTO Primo, ex iſto Capitulo quòd
1 literæ † emanatæ per M.R.C. non poſſunt reuocari, niſi parte citata, & audita, vt hic, & merito quia ſi diſponebant aliqui DD. quòd dum ageretur de reuocatione ſententiæ, vel interloquutoriæ iudicis, ſit etiam ipſe iudex citandus, vt volebat Ant. de Butr. in cap. cum ab eccleſiarum in 4. not. de offic. ordinar. & in capit. qua fronte, col. 3 de appellat. Boer. deciſ. 259. col. fin. Bald. Marſil. Dominic. Marian. Socc. Abb. Hoſtienſ. Felin. Dec. Imol. Franch. & alij, de quib. per Port. ſiue Gabriel, in ſuis concluſionib. concluſ. 43. lib. 1. ampl. 13. (licet hoc realiter non ſit verũ in iudice, niſi reſultaret pœna ipſius iudicis, qui primo iudicauit, vt videmus in ſyndicatibus, vt per ipſum Port. ibid. ex Innoc. in cap. in noſtra, col. fin. de procur. vbi Hoſtienſ. & Io: Andr. Milis in verbo Iudex, &c.) quanto magis illi, quorum inte-
2 reſt † vt ipſi ſubdunt, in reuocatione, vel retractione alicuius actus, ex Innoc. in cap. cum ſpeciali, col. pen. de appell. gloſſ. in capit. ſacro, in verbo, conſtiterit, vbi ſcripſi, de ſent. excomm. Innoc. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Archid. Bouer. Nicell. Oldendorp. Salycet. & Addit. ad Cappell. Tholoſan. deciſ. 277. de quib. per eundem Portium loco citat. & propterea hic ſubditur ratio, quia præſumendum eſt pro M. R. C. quòd non reuocentur, ibi. (*quoniam prima facie, &c.*) ſicuti enim reſcriptum ſiue litteræ
3 † non conceduntur niſi parte citata, vt poſuimus in Ritu, cap. 188, ſub nu. 23. tom. 4. ſaltim in earum præſentatione, ſic in earum reuocatione, vt per prædicta, & propterea videmus in practica quòd ſolet mitti ad effectum ſuper tali litterarum re-
4 uocatione † nec cadit diſſenſus, vt ſcripſi poſt Fider. Campixan. in alio capit. Ritus, 99. nu. vlt. & ibi addidi in littera Y. eod. to. 4. referendo me ad pragmaticas, tit. 15. de diuerſ. reſcript. num. 16. tom. 1. earundem Pragmaticarum, & quæ dixi in capit. 22. Regis Martini, num. 10. tom. 3. in quo effectu, ſiue ſcripturis, dum præſentantur, & exhibentur etiam primæ literæ, neceſſe eſt vt de iuris neceſſitate præcedat citatio
5 prædicta, iam enim litteræ ſecundæ † ſiue reſcriptum ſecundum non poteſt reuocare primum, niſi in ſecundo fiat mentio de primo, & de ſcripturis agitatis per primũ, gloſſ. in cap. inter Monaſterium, de re iudic. vbi Io: d. Imol. cap. ex parte, de priuileg. cap. conſtitutus, de reſcript. Abb. in cap. ex conqu. ſtu, de reſtit. ſpoliat. Ferdin. Boniorn. in conſ. 33. in Allod.

Secundo Noto, quòd litteræ tunc reuo-
6 cantur † quando apparent, vel iniuſtæ, aut ſubreptitiæ, vel obreptitiæ, vt hic, ibi (*ſore iniuſtas, &c.*) ſic notatur per Archid. & Innoc. in cap. cum dilecta, de reſcript. & in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. faciendo expreſsè mentionem de primis ipſis litteris, quia ſic per ſecundas reuocãtur, vt notat ipſe Inn. in c. ex litteris, de offic. delegat. Bernard. in cap. 1. de reſcrip. in Gloſſ. 2. Speculat. tit. de remiſſ. §. 2. Felin. in cap. imputari, col. 1. de fid. inſtrum. & per ea, quę ſcripſi in cap. Regni, 116. Regis Federici, à num. 9. cum ſeqq. tom. 2. vbi
7 poſui quòd † ad Principem ſpectat cognoſcere de tali ſubreptione litterarum, qui primas conceſſit, & conſequenter ad ipſam M.R.C. quibus litteris ſiue iniuſtis, ſiue ſubreptitijs, vt ſupra reuocatis, tenetur pars ſuccumbens ad omnes expenſas etiã viaticas victori, vt hic, ibi (*quòd teneatur prius impetrator, &c.*) nec ab re, quia litte-
8 ræ ſubreptitiæ æquiparantur falſis probationibus, vt dixit Bald. in Margarita, verbo Factum, verſic. 2. & hac de cauſa vitiãtur, Oſaſc. deciſ. 142. num. 9. Affl. deciſ. 116. in fin. Rebuff. in conſtit. Regni, tom. 2. tractat. de reſcript. in præf. num. 109. idem Affl. deciſ. 220 num. 13. Gabellin. milleloq. 183. Abb. conſ. 98. part. 1. & conſ. 101. Ægid. concluſ. 102. vt puta quando fortaſſis eſſent
9 obtemptæ litteræ † non facientes mentionem quòd alius eſt in poſſeſſione, quia forent nullæ, & tamquam tales, ſunt reuocãdæ, vt per Grammat. deciſ. 66. num. 57. arg. eorũ, quę adnotauimus in propoſito inf. in cap. Regni 43. Regis Catholici, Ferdinandi, limit. 1 tom. 7. vbi licet poſſeſſio defuncti
10 continuetur in hærede † fallit tamen quãdo alius erat in poſſeſſione, ex Gloſſ. in l. Pomponius, §. quæſitum, ff. de acquir. poſſ. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 47. num. 55. Maſtrill. deciſ. 72. num. 9. Raphal. Fulgoſ. in d. §. quæſitum, gloſſ. in l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Cuman. conſ. 85. Iacob. Port. concluſ. 43. ampl. 82. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 110. num. 17. Homod. conſ. 252. Super dubijs, col. 1. in fine, & conſ. 108. num. 20. Pariſ. conſ. 59. Riminald. conſ. 64. nu. 68. Surd. conſ. 491. in princ. vol. 4. Io: Franc. de Ponte, conſ. 20. num. 2. ex Bart. Cyn. Iacob. Butricar. & alijs in l. fi. C. de edict. diu. Adr. tollend. cum ſimilib. quos latiſſime adduxi in ſua materia in d. cap. 43. loco citato, &
11 ſic videmus, quòd litteræ † obreptitiæ, vel ſubreptitiæ obtemptæ circa poſſeſſionem habendam, quæ per alium erat occupata, non valeant, & reuocari poſſunt per alias litteras, vt hic, ſi enim fuiſſet per primum impetrãtem expreſſum Principi, & M. R. C. quòd alius, v.g. erat in poſſeſſione, vtique litteras non conceſſiſſet, & propterea tamquam ſubreptitiæ ob omiſſionem eorum, quorum expreſſio, litterarum primarum conceſſio fuiſſet denegata, per ſecundas reuocantur, Franc. March. quæſt. 623. num. 5 & quæſt. 387. part. 2. vbi grauius eſt
12 falſum † exprimere, quàm verum tacere, Crauett. conſ. 79. Marſil. ſing. 111. Capyc. deciſ. 62. num. 16. Aegid. Bellamer. concl. 4. Verald. deciſ. 160. part. 1. argumento eorum,

rum, quæ de teſte occultante dicere veritatem tradidi in deciſ. M.R.C. 103. num. 2. vbi pari paſſu ambulat cũ deponẽte falsũ,
13 ideoque veluti ſubreptitiæ ✝ ſunt annullandæ, ſi enim fuiſſent omnia in ipſis litteris expreſſa, vel per inuolucrum verborũ non enarrata, aut reddidiſſent ipſum Principem, & M.R.C. difficiliorem, ad concedendum, vel vtique non conceſſiſſet, Affl. deciſ. 195. num. 5. Aegid. Bellamera, concl. 600. Grammat. deciſ. 66. num. 18. & per ea, quæ ſcripſi in alio capit. Regni 32. Regis Martini, num. 3. tom. 3. vbi dixi in princip. n. 1. quòd hinc naſcitur, vt ſẽper ſubaudia-
14 tur illa clauſula ✝ nempe ſi preces veritati nitantur, prout in reſcriptis, ex Bart. Bald. Boniorn. & Petr. de Gregor. ibi citatis, Aegid. Bellamer. vbi ſupra, Canon. in cap. ex parte, de reſcript. Ioann. Andr. in cap. 1. de litis conteſtat. in 6. in Nouell. Florian. in l. ſi cui, ff de ſeruit. Dec. conſ. 173. Rolland. à Vall. conſ. 83. num. 16. volum. 2. Petr. Rebuff. in tit. de reſeruat. in rescript. Iaſon in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. Specul. Petr. de Anchar. Fælin. Hoſtienſ. & alij, de quibus per Aemil. Mar. Manoleſſi, ad Bertacchin. in repertor. in verbo, clauſula part. 1. fol. 323. Gayll. obſeru. 14. lib. 1. Crauett. conſil. 1. pro Genero, num. 151. Azo, Bart. & alij, per Ariſmin. Tepato, lib. 1. va-
15 riar. ſentent. tit. de reſcript. & ita ✝ in ſimili ſcripſi in deciſ. 104. M. R. C. num. 19. quòd gratiæ ſubreptitiæ non valent.

De literis, quæ debent intelligi excitatiuæ iuriſdictionis.
Cap. XXXIX.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas eidem Sacræ Regiæ Maieſtati concedere, & inſtituere, vt ſi quas literas contigerit emanari à Magna Regia Curia, ſuper cauſis ſpectantibus ad ordinarios locorum, quòd huiuſmodi litteræ intelligantur excitatiuæ iuriſdictionum, & ordinarij locorum, ad quos ſpectat cognitio dictæ cauſæ, debeãt iuxta Ritum, & mores dictæ Curiæ cauſam expedire, & iuſtitiam miniſtrare, dictis litteris non obſtantibus, & ſi ad alium, quàm ordinarium dictæ litteræ dirigerẽtur, quòd dicti Commiſſarij, & Delegati abſtineant ab executione ipſarum, & ordinarij aſſumant dictam cauſam, & expediant, vt ſupra, cum non ſit iuſtum, vt per dictum modum cauſæ auocentur à proprio Iudice ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd huiuſmodi litteræ emanandæ à Magna Regia Curia ſuper cauſis ſpectantibus ad ordinarios locorum, intelligantur excitatiuæ officij dictorum ordinariorũ, qui ordinarij debeant iuxta morem, & Ritũ Curiæ cauſam expedire.

SVMMARIVM.

Litteræ ſi expediuntur, vel emanant à M. R. C. ſuper cauſis ſpectantibus ad ordinarios locorum intelliguntur excitatiuæ iuriſdictionum, num. 1. & ſeq.

Literæ excitatiuæ iuriſdictionum ſolent fieri admonitis officialib. excitatis ab ipſa iuriſdicione in eo, quod ipſorum excitatorum cognitionem ſpectat, ibid.

Litteræ excitatiuæ iuſtitiam ſolẽt fieri ordinariis locorum, vt expediant cauſas, & iuſtitiam adminiſtrent cum breuitate, num. 2. & num. ſeq.

Literæ excitatiuæ iuriſdictionis ſub quibus verbis expediantur, ibid.

Litterae excitatiuae iuriſdictionis quando fiunt, ſemper requiritur citatio ſuper earũ praeſentatione, num. 3.

Clauſula in litteris, expediatis partes faciẽdo iuſtitiam, &c conuenit nedum Principi, & M. R.C. ſed etiam aliis inferioribus, num. 4.

Clauſula petens, quid operetur, & quos effectus pariat, num. 5.

Literae excitatiuae iuriſdicionis, vel iuſtificatiuae, de faciendo iuſtitiam ſi emanarunt, & apportatur ſententia contra, & iniuſta, an valeat, num. 6.

Sententia eſto iniuſta ſi ſit, ſemper praeſumitur pro ea, dum non reuocatur, ibid.

Literae habent ſemper ſubauditum intellectum excitatiuae iuriſdicionis, & quando, num. 7.

Literae excitatiuae iuriſdicionis directae ordinario, ſi aliquid additur, vel diminuitur, faciunt de ordinario, delegatum, ibidem.

Delegatus efficitur ille Iudex ordinarius, quoties in commiſsione aliquid diminuitur, vel additur, ibid.

Delegata iuriſdictio derogat ordinariae, quando eſt facta ad certas cauſas, num. 8.

Litterae excitatiuae iuriſdicionis, & de iuſtitia aliquoties diriguntur non ad ordinarios, ſed ad delegatos, & commiſſarios, non per viã derogatoriae iuriſdictionis, nec ademptoriae, & an debeant ſe abſtinere ab executione, num. 9. ſecus quando ſpecialiter ſit illis commiſſio, num. ſeqq.

Delegatus in cauſa ſibi ſpecialiter commiſſa eſt maior ordinario, num. 10. & ſeq.

Delegatus non poteſt impediri ab ipſo ordinario quin exerceat ſuam iuriſdictionem, & contra turbantes ſuam iuriſdictionem poteſt ſe defendere pœnis & mulctis, num. 11. & ſeq.

Delegatus poteſt mulctare turbantes ſuam iuriſdictionem, & ſe defendere, & quomodo, num 12.

Litera excitatiua iuriſdictionis ſi eſſent directe

ordinarys

Digitized by Google

ordinarijs, *& contingerit ab eis appellari ad quem iudicem appellitur*, *num.* 13. *& ſeq.*

Apre'latio quando ſit ab ordinarijs, quibus ſunt directè literæ excitatiuæ iuriſdictionis, an dirigetur ad Iudicem excitantem, an vero ad iudicem appellationis immediatum ipſius ſẽtentiantis, ibid.

Iuriſdictio cuiuſuis Tribunalis ſi excitatum iuſſu principis, prouiſiones non dicuntur oriri ex poteſtate principis iubentis, ſed ex iuriſdicione ipſiuſmet Tribunalis, num. ſeq.

VIDE quæ ſcripſi de hoc Regni ca-
pit. ſupra In cap. 10. Regis Martini,
verſic. ſi igitur, ibi, ſexto, &c. tom. 3. & plu-
ra hinc apportaui ad Regias Pragmati-
cas tit. 15. de diuerſ. reſcript. ſub verſic. ſe-
quor nunc, tom. 1. ipſarum pragmaticarũ,
vbi nonnulla circa excitatiuam hanc iu-
riſdictionem in literis Principis deman-
datam, ſic habes in pragmat. 2. tit. 48. de
pœna Clericorum in fine, ibi (*veſtram dili-
gentiam excitantes*) cod. tom. 1. pragmatica-
rum.

¶ Hic igitur duo dicuntur, vnum eſt
1 quòd ſi emanant † vel expediuntur litteræ
per Magnam Regiam Curiam ſuper cau-
ſis ſpectantibus ad ordinarios locorum,
tunc iſtæ litteræ tales intelliguntur exci-
tatiuæ iuriſdictionum quaſi admoniti vt
in l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomin.
§. 1. inſtit. de pup. ſubſt. & arg. cap. 1 extr.
de coll. det. & excitati ab ipſa iuriſdictio-
ne; ex quo ad cognitionem ipſorum ex-
citatorum ſpectat, vt per Scipionem
Theodorum Alleg. 2. nu. 49. per auth. vt
nulli iudic. § & hoc vero, Bart. in l. more
maiorum, ff. de iuriſd. omn. iudic. Fælin.
in cap. licet, de offic. ordin. ac ſi à ſomno
excitatorum, & conſequenter tales ordi-
2 narij locorum † debeant expedire cauſas,
& miniſtrare iuſtitiam iuxta Ritum, &
mores dictæ Magnæ Regiæ Curiæ, & ſo-
let ordinariè accidere quando in ipſis lit-
teris eſt dictum, (*expediatis partes, faciendo
eis Iuſtitiam cum breuitate, ita vt nulla earum
partium poſsit ſe quærelare eſſe grauatam*) &
3 ob id citatio † ſuper earum præſentatione
ſemper requiritur, vt poſt Zabarell. conſil.
63. dixit Milanſ. deciſ. 2. num. 47. lib. 1. &
colliguntur ex hoc capitulo, ibi (*cauſam
expedire, & Iuſtitiam miniſtrare*) Innoc. in
cap. ſignificantibus, de offic. deleg. Bald. in
cap. 1. col. 4. ſi inter dom. & vaſſallis oria-
tur, in vſib. feudor qui dicunt quòd conue-
nit etiam hæc clauſula nedum ipſi Prin-
cipi, & eius Magnæ Regiæ Curiæ, ſed etiã
4 inferioribus † Angel. in Auth. de hæred. &
falcid. §. exhæredatos, col. 1. idem Bald. in
capit. cum veniſſent, colum. vlt. de teſtib.
& in l. ius pluribus, ff. de iuſtit. & iur. & in
l. nemo, C. de ſent. & in cap. 2. col. 2. de of-
fic. delegat pulchrè Iaſon, in l. iuſtitia, ff.
de iuſtit. & iur. Fælin. in cap. cauſam, de re-
ſtit. cum infinitis, quæ poſſent citari. Nec
mirum, quia vbi actor poterat per ſe ipsũ
facere etiã comparendo coram Iudicibus,
& in ſuo libello, ſiue petitione poſtula-
re, vt ſibi ius, & iuſtitia miniſtretur, ex clau
5 ſula † illa petẽs, &c. de qua latiſſimè ſcrip-
ſi in cap. Ritus, 96. part. 1. num. 18. tom. 4.
& ibi addidi in littera H. ex Farinaz. & la-
tiſſimè poſt mille Aemil. Maria Manoleſſi,
ad Bertacch. verbo, Clauſula, ſol. 325. col.
3. part. 1. & pulchrè per Dec. conſ. 445. nu.
22. Surd. conſ. 273. num. 23. lib. 2. Ludouic.
deciſ Peruſ. 117. Rot. Genuæ, deciſ. 65. &
deciſ. 91. num. 12. Capyc. deciſ. 96. Oſaſch.
deciſ 142. num. 10. Marſil. Maranta, & alij
adducti per Ariſmin. Tepato, lib. 1. Va-
riar. ſentent. in tit. Clauſula, peto, &c. vbi
ponit quos effectus pariat, aliquando fit
per litteras prædictas Principis, ſeu M.
R.C. excitatiuas, vt hic.

Quid autem ſi v. g. emanarunt dictæ
6 litteræ † ſupradicto modo iuſtificatiuæ, de
faciẽdo iuſtitiam, & apportatur mox ſen-
tentia iniuſta lata per Iudicem, an valeat?
Innoc. in cap. prudentiam de offic. deleg.
dixit, quòd ſic, puto velle dixiſſe, quòd va-
lent mero iure, dum non eſt reuocata, ex
quo præſumitur pro ipſa ſententia, ſed in-
diget reuocatione, ex ijs, quæ dixi in
cap. Ritus, 188. num. 34. tom. 4. & ita in-
telligo etiam Matheſil. in Notab. verſ. no-
no, Paul. de Caſtr. in l. fin. ff. de iuſt. & iure,
& vide infra in 2. limitatione.

Primo Limito, quòd licet in litteris, de-
beat ſubaudiri intellectus excitatiuæ iu-
7 riſdictionis † nihilominus iſtud non pro-
cedit, quotieſcumque adderetur, vel dimi-
nueretur iuriſdictioni Ordinarij Iudicis,
per commiſſionem ſibi factam, quia iſto
caſu nõ erit veterem excitare iuriſdictio-
nem, ſed de ordinario facere delegatum,
vt loquutus ſui ſupra in cap. Ritus, 99. ſub
num. 14. d. tom. 4. & in dictis pragmaticis,
eod. tit. 15. de diuerſ. reſcript. & ſuppleo
inferius, num. 14. & iſtud eſt, quòd ſcripſit
Berous, conſ. 75. num 6. col. 3. vbi quòd iu-
8 riſdictio delegata † derogat ordinariæ
quando eſt facta ad certas cauſas, per cap.
2. de offic. legat. in 6. & iſtud eſt illud alte-
rum, quòd hic dicitur in hoc capitulari,
nempè quòd quando prædictæ literæ di-
riguntur ad alium, quàm ad ordinarium
loci, vtputa ad Commiſſarios, & delegatos
9 non per viam derogatoriæ † iuriſdictionis
præiudicatoriæ, ademptoriæ, & diminui-
toriæ, vt ita dicam, de genere per ſpeciẽ,
vt dixi in d. cap. 10. Regis Martini, ſub nu.
94. d. tom. 3. & in cap. Regni 210. Regis Ca
roli, in 5. notab. tom. 3 ex Cagnol. Dec. Ti-
raquell. Beroo, Natt. & Surd. in d. cap. 10.
citatis, Valenzuel. conſ. 52. num. 24. poſt
Felinum, Franc. Aret. & alios, tunc eſt ve-
rum quòd hic dicitur, vt abſtineant ab e-
xequutione ipſarum litterarum, & prædi-
cti ordinarij aſſumant dictam cauſam, &
expediant, vt ſupra, ratione quia, vt dici-
tur hic, non eſt iuſtum, vt cauſæ auocentur
à proprio Iudice, ex traditis ſupra in capit.
15. in 4. notab. ſed in ipſo remaneant, tam-
quam

Digitized by Google

quam qui excitatur à ſomno, vnde dico
10 † ſi cus eſſe quando ſpecialiter fit ei commiſſio,& delegatio, quia tunc in cauſa ſibi commiſſa eſt maior ordinario,vt ait Federic.de Senis,conſ.216 num.2. Cardinal. Tuſch. in pract. concluſ. iur. verbo Iudex ordinarius,concluſ. 436. tom.4. Calderin. conſ.210.Cyn. In Auth. qua in prouincia, C.vbi de crim.agi oport.Aufrer. in Addit. ad Cappell.Tholoſ. deciſ.423.& in Clem. 1.de offic.ordinar.num.122.& ibi Cardin. Zabarell. quæſt.3. & conſequenter non
11 poteſt delegatus † impediri ab ipſo ordinario,quin exerceat ſuam iuriſdictionem, Tuſch.vbi ſupra,& poſui infra in cap. 16. Regis Domini Noſtri Philippi II. poſt princip.tom.9.ex Anchar. conſ.132. num. 2.cap.ſtuduiſti de offic. delegat.vnde tetigi ibidem quòd delegatus iſto caſu eſt maior quolibet ordinario, etiam legato de Latere,& contra turbantes ſuã iuriſdictioné, & exercitiũ,habet ipſe Delegatus
12 † ſuum ſimiliter exercitium,ac iuriſdictionem, & poteſt omnes quoſcumque mulctare, ac iuriſdictionem ſuam defendere, adhuc pœnali iudicio,l.1.ſi quis ius dicent. non obtemper. & ibi Bart. Speculat. tit.de Delegat.§.ſequitur,verſic.quid ergo,Dec. Abb.& alij in cap.1. vbi etiam Innoc. de offic.delegat.Io: Bertacch. & Aemil. Maria Manoleſſi, ad eum in repertorio verbo,delegatus,part.2.fol.43.col.4. Alex.in l.2.ff.de iuriſdic.omn.iudic.vbi Bolognett. num.10. quæ omnia pulchra ſunt, & in practica notanda contra illas Ciuitates, quæ habent priuilegia, vt omnes litteræ præſententur in Bancha.

Secundo Limito, ex mente DD.vt ſtante hoc ſtatuto dictante, vt litteræ emanatæ à dicta M. R. C. ſuper cauſis ſpectantibus ad Ordinarios locorum, intelligantur excitatiuæ iuriſdictionis ipſorum ordinariorum,quòd ſcilicet,ſi contingerit appel-
13 lari † à dictis cauſis,vt puta quia ſententia eſſet iniuſta, ſicut tetigi ſupra in principio,non aliter appellabitur ad delegantẽ, & excitantem, ſed appellabitur ad Iudicem appellationis immediatum ipſius sẽtentiantis,ita Gugl.de Cun.Alberic.Bald. Angel. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. in l. Ius ciuile,ff.de iuſtit.& iur. & ibi Iaſon num. 2.& 3. per l.1. §.1. ff quis, & à quo appel-
14 let.vbi ponit illam diſtinctionem † aut in delegatione, & commiſſione aliquid eſt immutatum,& tunc ſecus,aut nihil eſt immutatum,& durat ordinarius, ſed ſolum cenſetur eius iuriſdictio excitata, vt tactum eſt etiam ſuperius,num.7.& effectus naſcitur,vt appelletur ad Iudicem ſententiantis, & non ad delegatum. Canoniſtæ in cap.licet,extr.de Offic.Ordinar.de Noſtratibus ſic adnotauit Intrigl. ſingul.133. lib.1.& ita ſentit Scipio Theodor. d. allegat. 2. num. 49. vbi quòd excitatur quandoque iuriſdictio Tribunalis iuſſu Principis,& tunc prouiſiones non dicuntur oriri ex poteſtate eiuſdem Principis iubentis, ſed ex iuriſdictione ordinaria ipſiuſmet Tribunalis,& per Bertrand. conſ. 146. & pertranſit Boniorn.hic, & alij poſt Angel. Dec.Marſil. Marant. & cæteros.

De Feudis, Caſtellaniis, & reditibus, ac gabellis, & iuribus non poſsidendis per exteros.
Cap. X L.

ITem ſupplicat dictum Regnum Sacræ Regiæ Maieſtati, inſtituere, & ordinare quòd omnia feuda, Caſtellaniæ, reditus, & quæcumque ſint, ſiue gabellæ, ſiue alia iura, teneantur,& poſſideantur per Vaſſallos Regię Maieſtatis,in Regno prædicto degentes, & habitantes,non autem per alios Vaſſallos, aut exteros in alio Regno, ſeu loco degentes, & habitantes, minimè illæ iuriſdictioni ſubiectos, à quibus ipſa Regia Maieſtas non poteſt conſequi ſeruitia promptiora, & commodiora. Ita quòd alibi habitantes quam in Regnis, & locis ſuæ iuriſdictioni non ſubiectis,priuentur dictis beneficijs, & iuribus, & redeant ad Regium demanium,illa,quæ ſunt Regij Demanij,in quo continuo perſeuerent, niſi eſſent Siculi,aut exteri, per ductionem vxoris habitantes in Sicilia continuò. Quæ vero conſueta ſunt concedi, concedantur Siculis,& non exteris, Qui vero reditus,beneficia, & iura quæ fuerunt olim priuatarum perſonarum, & illorum habuerunt poſſeſſionem, & de ipſis fuerunt deſtituti, quòd redeant ad ipſas perſonas ¶ Dominus Rex reſpondit,quòd iam per pragmaticas Regni ſufficienter prouiſum eſt.

Pulcher eſt iſte textus,de quo videte,quæ pono infra in cap.71. in princ.in quo tracto de ſeruitio militari Regio. vbi multa pulchra dixi de iſto capitulo Regni.

De Capitania Terræ Noti amota à Capitaneis,& reducta ad Regiam Curiam.
Cap. X L I.

ITem,cum apprimè vtile ſit Regni, & totius Reipublicæ, quòd officia, maximè iuriſdictionalia gratioſè concedantur, & non pecuniarum prætio, & perſonis idoneis,& benemeritis,etiam inuitis,quàm affectantibus, plecti quidem debent pœna atroci, qui ad officia huiuſmodi quærunt prætio promoueri, & tamquam indigni eiſdem officijs

priuandi potius quàm manutenendi ſint,appareantque in Regno prædicto plura iuriſdictio-
nalia officia numm s comparata cum pacto de retrouendendo. quod, & diſpoſitio iuris cō-
munis non admittit,& Regni conſtitutio,bonæ memoriæ Regis Martini abominatur , ob
quam rem plures Vniuerſitates ,Magnæ quidem, & populoſæ incommodo maximo afficiũ-
tur, vt eſt Reſpublica Terræ Noti , vbi Capitania alienata extitit pro vncijs ducentis quin-
quaginta,quam quidē Capitaniam tenuerunt ab annis decem & octo vſque nunc ; Cumquè
Terra prædicta Noti populoſa ſit, & inſignis, & nec iuſtũ,nec honeſtũ videtur,vt Capitania
perpetua ſit,non enim magna poteſtas perpetua eſſe debet cum mero,& mixto imperio,præ;
maximè ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, vt cæteri ab huiuſmodi emptionibus retrotra-
hantur,& Regij Vaſſalli,maximè Nobiles viri,qui maximè merentur,non ſubijciantur per-
petuis poteſtatibus,quòd placeat Regiæ Maieſtati,vt amoueantur Capitanei à dicta Capita-
nia,& reducatur in Regiam Curiam,& annuatim concedatur , vt dictat conſtitutio dictæ
bonæ memoriæ Regis Martini,& his nihil incommodi accidere poteſt dictis tempor bus, & 11
obſeruantia Conſtitutionum reſultat,quæ præmaximè attendenda eſt.cum emptores ipſi per
tot annos fructus ex dicta Capitania acceperint ¶ Placet Regiæ Maieſtati , quo ad
Terram Noti .

Videas ſupra in cap.17.cũ ſimilibus,vbi quòd debēt dari benemeritis officia,& quòd nō poſſint emi ,nec vendi habes infra in cap.100. Regis Ferdinandi,to.2. vbi cito pragmat tit.34. de ambitu, tom.1.pragmaticarum,ibi latè ſcripſi cum concordantibus apportatis;quo vero,vt nō poſſint officia annalia vendi,pulchrè videas,quę poſui ſupra in cap.7.Regis Martini,à num.31.cum ſeqq. de quo hic eſt facta mentio,& in eiſdem pragmaticis,præſ.rum, num.10.& 11. vbi etiam ſi pecunia eſſet data Principi,ex quo vtriuſque eſt turpitudo , & ob id Capitania hæc Ciuitatis Noti,quæ olim erat vendita pro vncijs ducentis quinquaginta in perpetuum,fuit reuocata abſque refuſione pretij, tum quia vt video pecunia non fuit data pro cauſa legitima,vt fuit illa Capitania Caſtri Ioannis , data pro reluitione dictæ Terræ,vt in d cap.17.ſupr.eod.hoc tomo,tũ etiã quia dicta Ciuitas Noti,ſiue Noti, veluti populoſa,& inſignis nobilibus habitata viris,de qua ſcripſit Frater Thomas Fazellus, de rebus Siculis,prioris decadis lib.x.cap.2 .fol.213.nō debeat ſubijci perpetuis poteſtatibus,cũ mero,& mixto imperio,vnde colligitur quòd habet merum,& mixtum imperium,vt hic.

De iuribus reſiduis Patrimonij Vniuerſitatum remanentibus liberis apud ipſas Vniuerſitates.
Cap. X L I I.

ITem , cum aliquæ exiſtent Vniuerſitates huius Regni , quæ nullum habent Patrimonium,ſed illud, quod habebant,vſurpatum, ſeu aliter ſublatum extiterit,& conuerſum in ſolutionem, ſalariorum aliquorum Officialium , remanentibus tamen de prædicto Patrimonio, poſt etiam vſurpationem aliquibus iuribus debitis Vniuerſitatibus,& Officialibus ipſarum,de quibus conſueuerant ſolui iura ſcrutinij, & cætera ſimilia expedientia dictis Officialibus,& Vniuerſitatibus ; & per pauca tempora præterita , Officiales, quibus ius Patrimonij dictarum Vniuerſitatum attributum extitit , propter fauorem, & ipſorum potentiam,illa reſidua iura pro vniuerſitate remanentia nonnunquam ea vſurpant, & accipiunt,ob quod aceidit, vt dictæ Vniuerſiates priuatæ dictis iuribus , maximum incommodum , & vexationes patiuntur ; Propterea ſupplicat Vniuerſitas totius Regni Sacræ Regiæ Maieſtati,quòd dicta reſidua iura remaneant libera apud dictas Vniuerſitates , & Officiales, cum quibus poſſint indemnitatibus aliquibus prouidere, & ſibi proſpicere ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd Vicerex,auditis partibus , prouideat circa indemnitatem dictarum Vniuerſitatum .

S V M M A R I V M.

Reſidua iurium,& pecuniarum remanentia pænes Vniuerſitates an debeant libera remanere,ita vt poſſint de eis diſponere,& ſubueniere,num.1.& ſeqq & num.6.7.

Vniuerſitates , an & quomodo poſſint liberè diſponere de reſiduis iurium, & pecuniarũ, pœnes eas remanſarum, ibid.

Officiales obligantur ad pœnam de reſiduis iurium, & pecuniarum Vniuerſitatum apud ſe remanſarum,num. 2.& committunt furtum , num ſeq.

Officiales conuertentes ad ſuos proprios vſus pecuniam Vniuerſitatum , ad quid teneantur, ibid.

Furtum eſt quando Officiales cōuertunt ad proprios vſus pecunias vniuerſitatum remanſas pænes ſe,num. 3.

Pœna peculatus,quæ ſit,ibid.

Pœna de reſiduis non excedit quadruplum, vel dupplum, num. 4.

Caxerius auferens pecuniam publicam per introitum, & exitum ſuperantem , quomodo teneatur, num. 5.

Theſaurarius abſcondens pecuniam publicã ad

ad quid teneatur, ibid.
Magiſter Iuratus reuidet quolibet anno Iuratorum computa, partitas, & expenſas, & reſidua, num. 6. & ſeq.
Iuratorum computa, expenſiones, mandata, & reſidua pecuniarum quolibet anno reuidentur per Magiſtrum Iuratum, vel per Regium Patrimonium, ibid.
Computa pecuniarum Regiarum ſolent ſemper reuideri, & liquidari, & quomodo, num. 7.
Liquidatis reliquis, partes Iudicis ſunt in condemnando ad ſoluendum, ibid.
Iurati reſtantes debitores de toto, ſiue de reſiduo ſemper tenentur ad computa, num. 8.
Reſidui appellatione venit totum, ibidem.

HANC materiam latè examino in
pragmaticis, tit. 7. de Officialibus pe-
cuniariis, tom. 2. pragmaticarum, propè
principium, & ideo hic non immoror, tan-
to magis, quia dum Vniuerſitas Regni pe-
1 tijt, vt reſidua † iurium, & pecuniarum
remanentia pœnes Vniuerſitates, de qui-
bus ſolent ipſę Vniuerſitates ſe ſubuenire
in iuribus ſoluẽdis ſcrutinij, & de quo vi-
debimus infra in cap. 97. in princ. & in a-
lijs ſubuentionibus ſimilibus proſpicere
eorum indemnitatibus, & prout ſentie-
mus inferius, nu. 6. remaneant libera apud
dictas Vniuerſitates, Rex inclitus hic, non
decretauit ſimpliciter, prout petitum eſt,
ſed, vt legitur, dixit (*vt ſuper hoc, Vicerex, auditis partibus, prouideat indemnitatibus Vniuerſitatum*) conſequenter reſponſio redu-
citur ad iura communia, quia in hac ma-
teria reſidui pecunię reſtantis pœnes vni-
uerſitates, eſt diſpoſitum adhuc & per hęc
Capitula Regni, vt in cap. 116. Regis Fede-
rici, tom. 2. vbi poſui, num. 42. cum ſeqq.
hoc fuiſſe ſatis ante diſpoſitum de ipſo iure
2 communi † quod obligat Officiales ad
pœnam prædictam de reſiduis, quæ loqui-
tur in eo, qui pecuniam ad ſuam ſiquidem
adminiſtrationem pertinentem, in pro-
prios vſus conuertit, vt dixit Aponte, de-
ciſ. 7. num. 2. & num. 30. per text. in l. 2. ff.
ad l. Iul. peculat. ibi (*lege Iulia de reſiduis tenetur*) l. ſacrilegi, §. eum quoque, l. 4. §. ſed
etſi, ff. eod. cũ ſimilib. poſt Franch. Othon.
Duaren. Petr. de Gregor. Cuiacc. & alios
adductos per ipſum A Ponte, d. nu. 30. vbi
3 dicit † ſemper eſſe furtum, & grauiſſimis
pœnis Officialem condemnandum, & in
hoc differt à pœna peculatus, quia illa eſt,
quando pecunia non ſtat ſuo periculo, ſed
eſt ſubtracta, vt demonſtro in dictis prag-
maticis, loco citato in verſ. & conſequen-
ter, ſubdens ipſe Aponte, num. 4. quòd hæc
4 pœna de reſiduis † non excedit quadru-
plum, vel dupplum, nu. 5. per l. 1. vbi Gloſſ.
& alij, C. de his, qui ex publicis rationibus,
lib. x. l. qui in contractibus, C de Iure Fiſci,
eod. lib. x. adiungẽs etiã ipſe de Pont. d. de-
ciſ. 7. nu. 8. quòd nulla alia pœna condẽna-
tur officiales, quàm prædicta, potuitq.
5 eſſe, vel quòd Caxerius † Theſaurarius,
aut alius abſtulerit, caſu, quò v. g. per in-
troitum ſuperãtem exitum, appareret mi-
niſter liquidator in quantitate aliqua, non
docto de dolo, vel culpa, qui in hoc ſem-
per requiritur, vt in plus miniſter punire-
tur, vt ibi per eundem num. 9. per l. 1. ff. ad
l. Iul. peculat. Decian. in cap. 32. lib. 8. tom.
2. Menoch. de arbitr. Iudic. centur. 6. caſu
586. lib. 2.

Cognoſcimus igitur quòd hæc reſidua
6 † pecuniarum, & iurium remanſorũ apud
ipſas Vniuerſitates, non aliter remanẽt
pœnes eas libera, quia Magiſter Iuratus,
cuius eſt officiũ videre quolibet anno Iu-
ratorum computa ex ijs, quæ dixi in cap.
Regni, 45. Regis Alphonſi, num. 2. tom. 4.
cum ibi citatis, & adnotatis ſiue Regij
Patrimonij, quod ſolet quandoque deſti-
nare delegatos in hoc ſuper reuiſione
computorũ, ſolent facere eis bonas certas
partitas, ſiue expẽſas, & mãdata in his ex-
pedita pœnes eoſdẽ Theſaurarios, ſed in
illis partitis, & pecunijs, in quibus inuenti
ſunt reliquatores, & debitores in reſiduis,
7 eos condemnant † & cogunt ſtatim ad
ſoluendum, vt dixit in puncto Bald. conſ.
151. lib. 3. vbi quòd liquidatis reliquis, nul-
læ ſunt partes Iudicis, vel eius, ad quem
ſpectat, niſi ad hoc, vt cogat partem ad
ſoluendum vt poſui in Adnotat. ad Rituũ,
capit. 132. littera K. & in cap. 134. littera
M. tom. 4. præterquam eſſet erronea, vt
poſt Plateam, Pariſ. Fulgoſ. Thob. Noniu,
& alios ait Eſcobar, de ratiocin. adminiſtr.
cap. 38. Baza. de decim. tut. præſt. capit. 3.
nu. 176. Modern. Pariſienſ. tit. 1. §. 6. Gloſſ.
6. nu. 14 Soccin. conſ. 149. verſic. ex quibus
l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat. l.
quamuis, ff. eod. Affl. deciſ. 157. Rota Ge-
nuæ, deciſ. 18. num. 7. de quibus per eundẽ
Munnoz de Eſcobar, vbi ſupra, cap. 2. nu.
4. cum ſeqq. & cap. 5. num. 3. poſt Ruyn.
conſ. 54. num. 12. Damhauder. de tutor. ca-
pit. 3. ſub nu. 27. Couarr. lib. 2. var. reſolut.
cap 14 Bart. in l. inſtar, nu. 16. C. de iur. Fiſci
lib. x. Girondas, de gabell. part. 2. §. 1. num.
19. Guttier. in pract. quæſt. cap. 37. num. 2.
lib. 1. Azeued. in l. 22. tit. 6. lib. 3. recopilat.
Bouadill in ſua politica, prætor. lib. 5. c. 4.
n. 84. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. 5.
§. 6. num. 1. & quæ in materia compoti
reddendi, vnà cum reſtitutione reliquo-
rum, pono infra in cap. 52.

Et multo magis, quando adminiſtrato-
8 res Vniuerſitatum, & ſic Iurati † reſtarẽt
debitores de toto negotio, illud enim
quod dicitur de reſiduo, ſiue reſtante,
vel reliquo, dicimus adhuc de toto, vt
ſcripſi in pragmaticis, tit. 73. num. 45. tom.
1. ipſarum pragmat. Alberic. in l. 2. C. de
hæred. inſtit. & ibi Bald. & in l. centurio,
ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtr. ibid. &
in l. ab Anaſtaſio, vbi idem Bald. C. mand.
Alex. Bald. Berous, Angel. Caſtellion. Ca-
ſtrenſ. & alij, de quibus per Cardin. Tuſch.
in ſuis concluſionib. iuris, verbo, reſiduum,
concluſ. 55. tom. 6.

De Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, & mutatione eorum.
Cap. X L I I I.

ITem, cum per Capitula Regni cautum, & expreſſum ſit, quòd Iudices Magnæ Regiæ Curiæ quolibet biennio mutari debeant, & creari vnus Meſſanenſis, alius Panormitanus, tertius Catinenſis, & quartus de Regno; & contigerit perſæpè ſuperioribus temporibus, quòd aliquis creatus fuerit, ſed Ciuitas Cathanienſis, circa creationem dictorum Iudicum permaximè læſa extiterit, & in fraudem dictorum Capitulorum aliqui fuerint Iudices facti ex priuilegio indulto per Regiam Maieſtatem, & aliqui, qui nullam habuerant habitationem in dicta Ciuitate, ſed prætendentes ciuilitatem ex paterna origine, cum & ipſi originales Ciues ex propria origine alterius Ciuitatis fuerint, & alibi domicilium habuerint, propterea ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, vt de cætero Iudices creandi dictarum Ciuitatum, ſint Ciues oriundi ſimul, & habitantes, vel Ciues per ductionem vxoris, ſimul, & ibi habitantes, vel habitantes per quinquennium cum vxore, & tota familia, & non aliàs creari debeant, qui ibi non habitarent, & domicilium in dictis Ciuitatibus non haberent, quantumcumque eſſent oriundi, & ſi alibi haberent domicilium, & habitarent, promoueri non poſſint ad dictum officium, & in omnem euentum fieri debeant idoniores, & peritiores dictarum Ciuitatum. Quartus vero de Regno creandus ſit, & eſſe debeat vnus de Valle Mazariæ, hoc eſt vna vice duraturus duobus annis, alia vice, hoc eſt alijs duobus annis, quartus ille creari debeat de Vallle Nemorum, & alijs duobus annis de Valle Noti, ita quòd in qualibet noua creatione fiet de vna dictorum Vallium; ita tamen quòd non ſit de dictis Ciuitatibus, ſcilicet, Meſſanæ, Panormi, & Cataniæ, ſed de alijs Ciuitatibus, & Terris demanialibus, & ſi vna vice electus, modo prædicto de vna dictorum Vallium, ſecunda vice poſtea eligendus, quando contigerit, de eodem Valle, non eligatur de eadem Ciuitate, vel Terra illius Vallis, vnde prima vice fuerit incola, vel habitator electus ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quod de cætero tres ex iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, creandis ex Ciuitatibus prædictis, ſint Ciues originarij dictarum Ciuitatum, vel per ductionem vxoris, & ibi habitantes, & quartus ſit de Regno, & prouidit motu proprio, & per Inquiſitionem pro Ciuitatibus ſupradictis, & Regno, Chriſtophorum de Benedictis, Hyeronimum de Anſalono, Bartholomæum de Lombardis, & Iacobum de Chirco legum Doctores, reuocatis quibuſcumque prouiſionibus.

Eſt concordans in ſpecie cum alio cap. 14. ſupra eodem, de quibus, & alijs concordantibus ſimilibus videas infra in cap. 231. Regis Caroli, tit. Quòd Iudices Magnæ Regiæ Curiæ, &c. tom. 8 ibi ſerio de hoc diſcuſſi, & dixi eſſe ſex, licet olim etiam erant fere decem, vt poſt Luc. de Penn. in l. comperimus, C. de proxim. ſacr. ſcriniori. lib. xij. tetigit Marin. Freccia, in tract. de ſubfeudis, tit. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. ſub num. 17. lib. 1.

De refectione Turris ſitæ in Carricatorio Agrigentino.
Cap. X L I I I I.

ITem, cum propter nouam ruinam Turris ſitæ in Carricatorio Agrigentino, perſæpè ſit, quòd frumenta non onerantur, propter non tutam ſtationem Veſſellorum illuc applicantium, quæ aliàs ſe tuebantur munimine dictæ Turris, ob quam rem magno, Regia Curia aſſicitur damno, ex non conſequutione tractarum, quapropter ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, pro commodo, & vtilitate Regiæ Curiæ, eidem Sacræ Regiæ Maieſtati, vt placeat prouidere circa refectionem dictæ Turris, taliter quòd prædictæ indemnitati conſultum eſſe poſſit, & videretur enumerandum, quòd ordinarentur mille tractæ per Regiam Maieſtatem exigendæ per duos probos viros dictæ Ciuitatis Agrigenti, eligendos per Dominum Viceregem eiuſdem Regni, qui quolibet quadrimeſtri tempore reddant rationem, & calculum alicui eligendo per dominum Viceregem, quibus etiam electis, peruenire debeant alij reditus, & diricturs dictæ Turris, & tam tractæ inſtituendæ, quàm dirictus prædicti conferantur in refectionem dictæ Turris. Ex cuius quidem Turris ruina, etiam Curia patitur aliud incommodum, quia perſæpè diſrobantur magazenia, quæ aliàs defendebantur per dictam turrim, quæ reædificata, tam dictæ tractæ, quàm dicti dirictus reuertantur ad Regiam Curiam, & ad Caſtellanum dictæ Turris, & ad quos ſpectant, & quòd dictæ tractæ poſſint extrahi per dictos eligendos ſine exequutorijs, ita tamen quòd teneantur facere apocham Viceportulano pro indemnitate Curiæ ¶ Regia Maieſtas taliter prouidet, quòd erit conſultum indemnitati dictæ Turris.

Mate-

Materia eſt Regiarū pragmaticarum, vbi ſcripſi in tit. xj. de Officio Magiſtri Portulani, verſic. decimoſeptimo, tom. 2. earundem Pragmaticarum huius Regni Siciliæ.

De non faciendis promiſsionibus pecuniarum ad impediendum Iuſtitiam.
Cap. X L V.

ITem, cum nonnulli Regij Vaſſalli fouentes iuſtitiam, calliditate partis aduerſæ, & aſtutia, factis Magnæ Curiæ aliquibus pecuniarum promiſſionibus, ob id impetratis à Regia Curia nonnullis litteris iuſtitiam impedientibus quibuſdam quæſitis cauſſis, patiebantur dilationes longiores, & vexationes graues, propterea ſupplicat totius Regni vniuerſitas eidem Maieſtati, tamquam Principi iuſtiſſimo, quòd de cætero huiuſmodi promiſſiones pecuniarū, quæ cauſa ſunt iuſtitiā differendi, non admittat, ſed cauſa iubeat, quòd iuſtitia æqua lance, omni fauorum perſonarum reiecto in omnes miniſtretur, erit que id Deo immortali gratum, & toti Reipublicæ Regni maximum futurum commodum, & talia perpetrantes, cauſam ipſo iure perdant, & pecuniam ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd iudices, aut Officiales, qui tales corruptiones receperint, amittant officia, & exinde reddantur inhabiles ad officia Regia tenenda, quo vero ad partem corrumpentem, aut tentantem corrumpere quoſcumque Regios Officiales, ſiue Regiam Curiam, ſeruetur, quod ius commune ſtatuit.

S V M M A R I V M.

Officialis, vt de ſcrupuloſa Inquiſitione teneatur, oportet conſtare quid fuerit requiſitus, & neglexerit iuſtitiam facere, & ter debet interpellari, num. 1.

Iuſtitia debet æqua lance fieri, num. 2. non odio, nec fauore, nec timore, neque præmio, num. 3. cum plurib. ſeqq.

Iudices ſunt in periculoſiſsimo ſtatu, niſi gratia Dei ſuffulti ſint, ibid.

Iudicibus Dei timor eſt maximè neceſſarius, & debent habere conſtantiam, & grauitatem, num. 4.

Iuſtitia pingebatur abſque manibus, & oculis, & cum auricula aſini, & cum grillis in pedibus, num. 5. & 19. 20.

Iuſtitia æquiparatur Ciconiæ, ibid.

Iudices debent habere charitatem in audiendo clamores litigantium, ibid.

Iudices ſolum Deum debent ante oculos tenere, & perſcrutari veritatem, num. 6 & ſeq.

Iudices non debent deuiare à veritate, num. 7.

Iudices corrupti promittentes quid, vel accipientes pro iuſtitia facienda, amittunt officia, & inhabiles ad ea redduntur, fiunt infames, & æquiparantur crimini læſæ Maieſtatis, num. 8. cum plurib. ſeqq.

Officiales qui corrumpuntur pro iuſtitia facienda, perdunt officia regia, efficiuntur infames, & inhabiles, & aſsimilantur crimini læſæ Maieſtatis, ibid.

Officiales corrupti ob iuſtitiam faciendam poſſunt ſuſpendi ab officiis, & priuari, num. 9.

Fiſcus poteſt adhuc principaliter agere contra officiales corruptos durante officio, ibid.

Officiales, antequam capiant poſſeſſionem dictorum officiorum, debent facere inuentarium de omnibus eorum bonis, num. 10. cum ſeqq.

Philibertus Princeps & Prorex in hoc regno deceſsit 3. Auguſt. 1624. ibid.

Pauper qui prius erat, & mox expendit magnas quantitates pecuniarum præſumitur ex furto acquiſiuiſſe, num. 11. & ſeq.

Officiales qui ante capturam officiorum erant pauperes, & nox facti ſunt diuites, præſumitur ex officiorum viſceribus ditati, ibid. declara, num. 14.

Furtum præſumitur de eadem pecunia factum, quando fur expendidit eandem pecuniam, qua prætenditur derobata, num. 13.

Moneta derobata, quæ reperitur penes latronem expendentem eam, facit indicium furti contra eum, ibid.

Ambaſsiatores an poſsint recipere dona, & xenia, num. 15.

Iudices debent eſſe mundis manibus, & limpiis, num. 16.

Officiales debent habere mundas, & limpias manus, non acceptantes munera, ibid.

Officiales corrupti in Iuſtitia æquiparantur canib. & quomodo, num. 17.

Lites ideo fieri non debent, quia petit Iudex, & petit patronus, num. 18.

Iudices pingebantur ſine manibus, ne acciperent munera, nec xenia, n. 19 & ſine oculis, nu. 20.

Officialis corruptus ponit ſe in maximis periculis, num. 21.

Iudex corruptus quidam fuit excoriatus de ordine Regis Perſarum, & aliorum hic Panhormi, & ſuper eius corio præſtabant reliqui Iudices iuramenta in captura officiorum, num. 21.

Iudex corruptus multas miſerias incurrit, num. 22. cum ſeqq & tenetur pœna edicti de calumniatoribus, pœna falſi, de vi publica, degradatur, & priuatur officiis, num. 24. repellitur à te-

à teſtimonio, nec poteſt aduocare, bona eius confiſcantur, fuſtigatur, & tenetur ad expenſas litis, num. 25. obligtur ad pœnam quadrupli, num. 26. & quid in iudice Eccleſiaſtico, num 27. & tenetur de baractaria, ibid.

Corruptus Iudex tenetur pœna legis Iuliæ repetundarum, ibid.

Pœna legis Iuliæ repetundarum eſt arbitraria & quomodo, ibid.

Iudex ſi receperit pecuniam pro necando hominem, tenetur pœna legis ſicariæ, ſi mors ſequuta fuerit, num. 23.

Iudex corruptus quomodo degradetur ab inſignijs doctoralibus, num. 24.

Barattariam incurrit Iudex corruptus, nu. 27. & num. 30.

Corrumpentes Iudices, & officiales perdunt ipſo iure cauſas, & pecuniam, nu. 28. cum ſeqq. pluribus, & num. 40 41.

Sententia lata per Iudicem corruptum eſt ipſo iure nulla, num. 29.

Corruptus Iudex dicitur, etſi pecuniæ ſint datæ eius ſubmiſsis perſonis, & familiaribus, nu. 31. & 32. nec licet dare etiam pro obtinenda Iuſtitia, vel abbreuianda, num. 33. vel pro expediendo citius iuſtitiam, num. 34 nec pro vexatione tollenda, num. 35. 37. 38. vel pro ſaluando, vitam num. 36.

Vexatione pro tollenda an ſit licitum dare Iudici pecuniam, pro ferendo citius iuſtitiam, num. 35.

Iudici an ſit licitum dare pecuniam pro ſaluando vitam, num. 36.

Iudici quando eſt data pecunia, ſemper præſumitur in malum, etiam ſi ſit data pro tollẽda vexatione, num. 38.

Iudex ſi fuit ſeruatus indemnis per partem proferenda ſententia iuſta, perditur cauſa, num. 39.

Indemnis ſi eſt ſeruatus Iudex à partibus, pro faciendo iuſtitiam an ſit in culpa, & an cauſæ perdantur, & quid in expeditione mandatorum, ibid.

Cauſam perdit qui corrumpit Iudicem, num. 40. tam in reo, quàm in actore tam in criminali quàm in ciuili, num. ſeq.

Corrumpens Iudicem criminalem perdit ius ſuæ innocentiæ, & poteſt relegari, num. 41.

Corrumpens Iudicem habetur pro confeſſo, num. 42.

Corrumpens Notarium amittit cauſam, num. 43.

Notarius ſi eſt corruptus à parte, efficitur, vt cauſa perdatur, ibid.

Corrumpens Iudicem multas miſerias incurrit, & quid in tentante, & quid in Iudice nutante, num. 44.

Iudices multi munera numquam receperunt, à litigantibus, & ſcientes reſtituerunt, num. 45.

Xenia, & munera excecant Oculos Iudicum, num. 46.

Pecuniæ ius domauit Iudices, ſicut muſica ſuauitate lyræ, num. 47.

Officiales delinquentes in officio quomodo puniantur, num. 48. cum ſeqq.

Officiales publici habent præſumptionem pro eis, nec poſſunt amoueri abſque cauſa, nec cõtra eos præſumitur delictum, & ob inuidiam præſumuntur accuſati, nec ſufficit contra eos ſemiplena probatio, neque vnus teſtis, & quãdo, num. 49. & ſeq.

Dolus præſumitur abeſſe ab Officialibus, nu. 50.

DIximus ſupra in cap. 7. Regis Martini, verſic. de quarto, extenſione 6. tomo 3. addo Barthol. Bertazzol. conſil. 81.
1 num. 16. lib. 1. vbi, quod ad hoc † vt contra
aliquem veluti officialem de ſcrupuloſa
inquiſitione agatur, oportet conſtare,
quod fuerit requiſitus, & neglexerit iuſti-
tiam facere, ter que debet apparere interpellatio, post Catald in tract. de ſynd. verſic. 134. Gramm. conſ. 54. nu. 4. 5. & 8. quia
2 in effectu, iuſtitia † debeat æqua lance fie-
ri vt hic, & poſui in cap. xi. eiuſdem Regis Martini, d. tom. 3. per l. obſeruandum, ff. de offic. Præſid. ibi (*ſed & in cognoſcendo nec ſcandeſcere aduerſus eos, qui malos putat, neque precibus calamitoſorum illachrymari oportet, &c.*) Bouadill. in politica, lib. 2. cap. 5. num. 1. tom. 1. & lib. 1. cap. 3. eod. tom. num. 26. ex Io: Chryſoſt. in ſermon. Ioann. Baptiſtæ, prouerb. cap. 29. & 14. Innoc. in
3 c. 1. de re iudic. in 6. vbi nil vendicet † odium, nil fauor vſurpet, timor exulet. præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat, & per Ferum in acta, cap. 24. qui ait, in periculoſiſſimo ſtatu eſſe Iudices, tot enim arietibus impetuntur, vt niſi gratia Dei ſuffulti ſint, impoſſibile ſit, vt non aliquando à Iuſtitia deflectãt, aliquãdo enim amore, aliquando timore, aliquãdo cupiditate, aliquando ira conuincuntur, vt à iuſtitiæ recta via deuient, gratia
4 igitur, & Dei timor † illis ſunt maximè neceſſaria, idem Bouadill. in cap. 5. num. 35. lib. 13. tit. 14. part. 3. vbi aliqua ponit cũ ea conſtantia, & grauitate, quæ reſiſtant non ſolum gratiæ, ſed etiam ſuſpicioni, cũ facilitate etiam in audiendo, ſatisfaciendo, & diſputando, Cicer. in epiſtol. ad Quintũ fratrem, & pulchrè per eundem, lib. 2. capit. 13. eod. tom. 2. nu. 1. vbi referendo Thebanos, pingebãt iuſtitiam, ſiue iudices abſ-
5 que manibus † & ſine oculis, cum auricula
aſini, & in pedibus grillos, vt ex authoritatibus, quas pono inferius hic, num. 19. 20. & ſubiunxit, pingebant adhuc Ciconiam vt demonſtrarent charitatem, quam debent habere in audiendo clamores litigãtium, ex Plin. lib. x. natural. hiſtor. cap. 23. Pier. lib. 17. Alciat emblem. 30. & ibi Frãc. Sanctium, adducendo illos verſus:

" *Nec pia ſpẽ ſoboles fallit, ſed feſſa parentũ,*
" *Corpora fert humeris, præſtat, & ore cibos:*

Homer. lib. 4. Iſidor. Helian. Frater Mar. Ant. de Camos, de quibus per eundem Bouadill. & per ea, quę de ipſa Ciconia dixi iã in pragmaticis Regijs, tit. 48. in prin. to. 1. ipſarum pragmaticarum. In ſumma ſolum

Deum

6 Deum † debent ante oculos tenere, inqui-
rendo, & perſcrutando veritatem in cauſ-
ſis ipſis arg. eorum, quæ dixi in capit. 540.
Regis Alphonſi, num. 10. tom. 5. & num 27.
& per ipſum Bouadill vbi ſupra, ſub num.
29. & 30. ex Vinc. Cigalud. in ſuo opere au-
reo in verſ. capitularij Iudicum, fol. 13. col.
2. per cap. quis aliquando, de pœnitent.
diſt. 1. cap. cum Ioannes, de fide inſtr. cap.
2. de pœnit. diſt. 6. l. Hyſpan. 15. tit. 22. part.
3. Auil. 2. in cap. 1. prætor. Gloſſ. (*fal*) num.
26. Bald. in cap. 1. col. fin. de Offic. Iudic. l. 2.
C. de abolition. cap. graue, 3. quæſt. 9. l.
quoniam, 5. C. de naufr. lib. 11. vbi Platea, num.
2. Auiles, in cap. 5. ſyndicat. Gloſſ. (*trabajo*)
qua de cauſa ſubdidit ipſe Bouadill. fuiſſe
7 condita multa ſtatuta † ne Iudices de-
uient à veritate, ſed ea inſpecta omnia
expediant, ex pragmat. quam in Regno
habemus, in 2. to. pragmaticarũ vbi ſcrip-
ſi, & de qua tetigi ſupra in cap. 34 n. 7. cum
ibi citatis, per cap. quoniam frequenter,
in princ. vt lit. non conteſt. cap. quoniam,
24. quæſt. 2. l. 6. tit. 9. lib. 3. recopilat. Rolãd.
conſ. 11. vol. 3. & conſ. 32. num. 33. & ſeq.
vol. 4. Tiraquell. de præſcript. § 1. Gloſſ. 4.
verſic. 25.

Quantum vero, attinet ad corruptionẽ
Officialium, quorũ auiditas oritur, vt plu-
rimum ex neceſſitate illa emendi officia,
vt dixi latè de hac prohibitione in prag-
maticis, tit. 34 de ambitu, tom. 1. pragmati-
carum. & ſupra hoc tom. 6. in cap. 8. in 7.
intellectu, num. 22. merito, decretat
8 hic Inclytus Rex, vt Iudices † ſiue officia-
les, qui tales corruptiones receperint, &
promiſſiones pecuniarum pro iuſtitia ipſa
faciẽda, amittãt officia, & exinde reddãtur
inhabiles ad eadẽ officia Regia tenẽda, ſũt
infames, & æquiparantur crimini læſæ Ma-
ieſtatis, vt poſt Maſcard. ait Tuſch. infra
citãdus latiſſimè Farinaz. inferius citatus,
& per ea, quæ ſcripſi in deciſ. M R C. 63.
9 num. 8. & ſic, ſi poſſunt priuari, † ergo
multò fortius ſuſpendi ab ipſis officijs, ſtan-
te quia ſuſpenſio locum habet in caſibus,
in quibus officialis veniret priuandus, &
propterea dixerat Terent. (*quòd nos ca-
pere oportet hæc intercipit*) etiam ad in-
ſtantiam Fiſci, qui poteſt agere, & eſt de
caſibus vt ſcripſi ſupra in cap. 359. Regis
Alphon. in 3. caſu, & in cap. 364. tomo 5.
quia ſunt de geſtis, & commiſſis, ac fraudi-
bus, in eorum officijs, tamquam officiales,
non vt priuatæ perſonæ, & tranſportaui
aliqua in pragmaticis, tit. 13. ne official.
mun. accip. d. tom. 1. pragmaticarum, & in
deciſ. 5. poſt Franch. Aponte, & alios, pro-
ceſſiuo modo, non autem palatino, vt dicã
infra in verſic ſed quomodo. Et referam
pulchrũ, quod ait ipſe Bouadill. in ead. ſua
politic. d. cap. 11. num. 5. de quo iam memi-
ni in eiſdem pragmaticis, quòd Antonius
Pius Imperator ordinauit, vt Officialibus,
10 † antequàm adipiſcerentur poſſeſſionem
eorum officiorum, fieret inuentarium eo-
rum bonorum omnium, prout ſic in aduẽ-
tu Sereniſſimi Dom. Principis Philiberti,
in hoc Regno Proregis, fecimus Ann. 1622.
omnes officiales (quem D.O.M. præ ſua
miſericordia in Cælis, nunc teneat ob eius
mortem ſub 3. Auguſt. 1624.) vt ſciatur nẽ-
pè quid lucri apportaſſent in fine eorundẽ
officiorum, ex Platone. Vulcaccio Galli-
cano & alijs in Auidio Caſſio, ibi (*an ego
Proconſules an ego Præſides putem, qui ob hoc
ſibi Prouincias datas credunt, vt luxurientur?
vt diuites fiant? Audiſti Præfectum Præ-
torij noſtri ante triduum, quam fieret,
mendicum, & pauperem, ſed ſubito diuitem
factum? Vnde quæſo, niſi de viſceribus Rei-
11 publicæ † Prouinciarumque fortunis*) &
propterea tetigi ſupra in cap. 30 ſubver-
12 ſic. ſed quorſum quòd ſi viſus † eſſet quiſ-
piam pauper exiſtens expẽdere pecunia-
rum quantitatem, præſumatur contra eũ
indicium furti cum alijs concurrentibus,
ſecundum Cyrill. in ſumm. crim. in part. 3.
rubr. de quæſt. § 9. num. 2. & 3. Menocch.
de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 31. num. 3 Ma-
ſcard. Bonifac. Gomez. Blanch. Brun. No-
uell. Conrad de quibus per Farinac. in tra-
ctat. de furt. quæſt. 176. part. 2. num. 80. fol.
mihi 142. & num. 81. qui ſubdit, maximè ſi
13 moneta † quæ expenditur eſſet eiuſdem
formæ, & materiæ, quæ erat pecunia fur-
ti ſubtracta, ex Cyrill. Brun. Conrad. Bo-
niſac. Maſcar. vbi ſupr. Pariſ. Cõſ. 156. n. 32.
lib. 4. & recordor habuiſſe hunc caſum in
M.R.C. & Regia Curia Capitaniali huius
Vrbis, Ann. 1622. contra quoſdam qui fur-
tum fecerant de diuerſis raubis, & inter
alia aderat pecunia multa tarenorum qua-
tuor apud Portam S. Georgij, verſus Bur-
ghum, nam illi proſequuti erãt pauperes,
quia indicium hoc nõ operatur, quãdo ſic
expẽdens eſſet magnus mercator, ex quo
veriſimile eſt habere monetarum quanti-
tatem eiuſdem formæ, idẽ Menoch. Brun.
Nouell. Pariſ. Blanch. de quibus per ipſum
Farinac. d. num. 83. & latè poſui in deciſ.
170. per totam, Gloſſ. fin. in l. facultas. C. de
iure Fiſci, lib. 10. Bald. in l. 1. col. vlt. C. de hæ-
redit. vel action. vendit. & in Auth. licen-
tiam, col. fin. C. de Epiſc. & Cleric. qui ad-
uertit contra Theſaurarios Principis, &
adminiſtratores Reipublicæ, Euerard. in
loco argum. ab Eccleſia ad Fiſcum, & per
ea, quæ poſt D. Bernardum, ſcripſi ſupra
in cap. 478. Regis Alphonſi, num. 28. d. tom.
5. vbi in materia ſpoliorum, & licet idem
Bald. in l. cum oporteat, num. 12 & 13. C.
de bon. quæ liber. & in l. ſi defunctus, C. ar-
bitr. tutel. & in cap. 1. col. 2 de controuer.
inter domin. & fidel. de inueſtit. feudi, re-
probet illam Gloſſ. & multa citat Clar. in
pract. quæſt. 58. num. 30. verſ. officialis, vbi
* de com. * opin. teſtatur contra ipſam
Gloſſ. Bertrand. conſ. 151. num. 6. lib. 6. Ia-
cob. à S. Georgio, in vſib. feud. tit. de feud.
guardiæ, num. 8. Bart. Aretin. Alex. Corn.
Dec. Crauett. Gugl. de Cun. Bald. Martin.
Laudẽſ. & alij quorũ mẽtio fit per Card.
Tuſch. in pract. concluſ. iuris, verbo Offi-
ciales

ciales redituum,concluſ.95.tom.5.vbi de
* quatuor communib. * opin. contra dict.
Gloſſam in l.facultas,teſtatur,maximè in
dubio,vt ait Roman. conſ.159.num.5.ver-
ſic. tertio caſu,dicēs,quòd qui poſſidet,de-
bet manuteneri,præſertim poſt redditam
adminiſtrationem officij, & in diuite, &
diligenti,vt per ipſum Tuſch.Puteus, de
ſyndic.in verbo,officialis, cap. 1. num. 12.
* tamen eam dicit eſſe com.* *Boſſ.*in pract.
tit.de Fiſco,nu.49.licet inuenerim quòd ip-
ſe,num.50 tenet contra ipſam Gloſſ. Sal-
cedo in Additionib.ad Bernard. Diaz, re-
gul.9.fol 4.verbo,acquiſita Caſtell. in l.27.
Tauri,Menchaca,Palaz.Ruuios,Segura,
Sarmiento,Couarr.&alij per eundem Bo-
uadilla,num.6.& ſeq. latè Maſcard. qui e-
tiam tenet cum d.Gloſſ.concluſ.1134. per
totam & etiam antea hoc iddem ſcripſe-
rat in ead.ſua politica,d.lib.1.eod. cap. 3.
ſub num.31.d tom 1.poſt D. Ambroſ.2. de
Offic.Luc.de Penna,in l.ſplend.dioris, C.
de diuerſ.offic.lib.12.Auilez,in cap.4 Præ-
tor,Gloſſ. (*qualeſquier*) num.1. & cæteros,
& ſic videtis pro, & contra dictam Gloſſ.
quæ poſſet procedere in officiali paupere
14 † negligente, & minus induſtrioſo, aut
quando v.g. habuiſſet paruum ſalarium,
quia tunc eſt præſumptio contra eum,
dum aliunde non haberet,ſed ex bonis Fi-
ſci,& ratione, officij ditatus præſumitur,
Io. Ant.de Georgio,d.num.8.in ſumma
reducitur ad arbitrium Iudicis qui conſi-
deratis omnibus,iudicabit, an ex publica
pecunia, vel aliunde Officialis fuerit dita-
tus, vt per Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt.53 in fine,Luc.de Penna, in d.
l.facultas.Tuſc vbi ſupra, de quo fuit no-
tatus vehemēter Themiſtocles, & Cleon,
vt ſcripſit Elianus,de var.hyſtor. lib.10.ca-
pit.10.Decian.2.thom.criminal.lib.8.cap.
36.num.34.Sabell. lib. 6. Trogus Pompeij,
lib.18.Plutarch.in Pyrrho,Pineda, in Mo-
narchia,part.1.lib.7. cap.24. §.1. idem Ca-
ſtell,num.16. vbi refert numquam recep-
tum fuiſſe à Senatoribus.Romæ Cineam
Ambaſſiatorem miſſum à Rege Pyrro pro
pace obtinenda,niſi dona reliquiſſet, &
ſecum non apportaſſet, etenim clauſæ e-
rant illi portæ,& hoſtia, & facit pulchre
Bald conſ.194. lib. 2. qui ponit hanc quæ-
15 ſtionem,an poſſint † Ambaſciatores reci-
pere dona,& xenia,& concludit quòd ni-
ſi expreſſe vetitum ſit,non prohibentur ac
ceptare, & ibi late an & quorum intuitu
data cenſentur,dixi ſupra in cap.27.Regis
Martini,num.3.tom.3. ſatis enim muneri-
bus oneratus miſſus erat, quod eſt contra
ea,quæ paulo inferius, dicam de Homero,
per Ouidium,& in hoc propoſito vide quę
ſubdam inferius in verſic. ſed quomodo.
16 quaſi quòd Iudices † & Officiales ſint ma-
nibus mundis,& limpijs,non aliter accep-
tantes munera,text.eſt in auth.vt Iud. ſin.
quoque ſuffrag. §.ſi quis autem, ibi (*puras
enim eſſe præcipimus Prouincialibus,Iudicibus
manu*) cum concordantibus per eundem
Farinaz.d.art.8.il 2.num.152. D.Bernard.
tom. 2.epiſtol.1. ibi (*veniet dies iudicij, vbi
non valebunt marſupia plena,quando quidem
Iudex ille,nec falletur verbis, nec flectetur do-
nis*) & in epiſtola 14. dicit (*ſicut tentare
aliquid,vel prece,vel pretio aduerſus iuſtitiam
iniquum eſt, ſic pro iuſtitia multum laborare
apud Iuſtitiæ Amatorem ſuperfluum*)& prop-
terea idem S Bernardus epiſtola xv. dixit
(*ſalua tamen in omnibus Iuſtitia contra quam
nec amicum quidem reſpicere fas eſt*) vt ex
omni lege prohibetur,&pręſertim Hyſpa-
niæ,l.1.tit,6.& l.3.& 5.tit.9 lib.3. recopi-
lat.cum concordan. ib adductis,per ipſum
Bouadill. col. 2. & per l. Cinciam eſſe ſic
ſtatutum,largitiones enim ſemper Reipu-
blicæ plurimum obſtiterunt ex Plutarch.in
vita Pompeij,Cicer.4.in verrem,*Bouadill.*
ſub num.10 propè finem, æquiparans hos
17 tales † officiales illis caſibus,qui miſſis fru-
ſtris panis,aperto ore captant quicquid ac
cipiunt,protinus integrum deuorant,ſem-
perque ad ſpem futuri inhiant, ſiue latrãs
ex D.Hieron.epiſt.60.& ex Seneca lib.de
conſtant.ſapientis,& epiſtol. 13. capit.17.
Propterea dicebat,& conſulebat cuidam
amico ſuo Martial.lib.2.epigramm.13: ne
18 lites fierent † quia,& Iudex petit, & petit
patronus ſoluas cēſeo Sexte creditori,hac
de cauſa ſcripſi in d.cap Regni, 7. Regis
Federici, ſub num. 2. quòd Iudices pinge-
19 bantur ſine manibus † vt tetigi ſupra nu.
5.etiam ex eodem *Bouadill.* ſub num. 13.
ex Pyerio, de litteris Ægyptior lib. 35. de
manu,ex Plutarch. & Alciat. emblem.144.
tit.in ſenatum boni Princip fol.418 vbi a-
lij,& Franc.Sanct.ibi (*cur ſine ſunt manibus?
capiant ne xenia*) idem Bouadill. tom 2.
cap.3.lib.3.ſub num.35. ex eod. Alciat.lib.
1.embl.65.& alijs, Alex.ab Alex. lib. 3.ge-
nial.dier. cap.5.fol 123. & ſine oculis etiã
20 † vt eaſdem authoritates repilogauit idem
Bouadill.lib.2.cap 13 num.1. eod tom. 1.
vbi quòd pingebant eos adhuc cum aure
aſini, & in pedibus ponebant grillos in
audiendo,& grauitatem, & ſufferre audi-
re partes,& melius vide ſuperius ſuo l co,
quæ pictura perículoſiſſima eſt noſtris tē-
poribus,& multos ſcio caſtigatos fuiſſe,qui
in platæis ſimiles picturas expoſuerunt.
In maximis igitur periculis animæ,& cor
21 poris ſe exponit officialis corruptus † &
refert Franch. in cap.1. de re iudic.in 6. in
fine,& ante eum ibidem Io: Andr. *Boſſ.* in
tit.de official. corrupt. num. 10. Menoch.
de arbitr.quæſt.caſu 342 num.1 cum ſeqq.
Decian.lib 8.cap.34.num 1.cum ſeqq. Fa-
rinaz.de var.ac diuerſ. crimin. quæſt. 111.
part.2. in princ. tom. 3. num. 14. de quo
memini in d.pragmat. d. tit. 13. ſub num.
18. quòd Rex Perſiarum excoriari fecit
quendam Iudicem corruptum, quem etiã
citat & refert Cæſar Contard. in commē-
tar. l. vnicæ, C. ſi de momentan. poſſeſſ.
fuer.appellar. limit. xj.aduerſus Iudicem,
nu.16. fol.meo 189. & audiui etiam à meo
Domino Medico,Phiſico,Stephano Man-

no,

Digitized by Google

no,maximi crediti , & eruditionis , quòd
illc ſimilis caſus accidit hic Panormi , nã
quidam Iudex corruptus fuit excoriatus,
de ordine Regis cujuſdam , & ſuper eius
corio mox Iudices ſucceſſores genua fle-
ctebant præſtando iuramentum in captu-
ra poſſeſſionis officiorũ dũ iurabant,&ſuit
Rex Rogerius , vt poſt mille vltra hos ad-
duxi in d.pragmat. eod tit.13.official.mu-
ner.non accip.d.tom.1.ſub d.num.18.& ſi
vultis videre,quas miſerias incurrat Iudex
22 † corruptus,videte eundẽ Farinat.d.queſt.
111.ead.part.2.per totam , vbi dicit quod
tenetur pœna legis Iuliæ repetundarum,
quæ eſt pena extraordinaria ad exilium,
vel deportationem,vel relegationem, du-
rius, vel mitius ſecundum delicti qualita-
tem,& quandoque ad mortem,v.g.ſi offi-
23 cialis,ſiue Iudex † accepiſſet pecuniam
pro necando hominem,quia iſtocaſu abſ-
que dubio tenetur pœna legis ſicariæ, &
pæna mortis prædictæ , ſi mors illius ſe-
quuta ſuit,aliàs , ſi non eſſet ſequuta , eſſet
pæna mitior, fortè deportationis , ex Ful-
goſ.Marſil.Angel.Boniſac.de Vitalin.Go-
mez , Boer. Clar. Cyrill. Boccaccio , Io-
docch. & mille , quos refert ipſe Farinaz.
& per Grammat.Amæd Rondinell.Ber-
ber.Boſſ. Clar.Menoch.Decian.Parid. de
24 Put.& ex alijs iuribus itẽ tenetur † edicto
de calumniatorib.pœna falſi, ad pœnã,de
vi publica,degradãturhi tales, & priuãtur
officijs,& refert num.27 quòd Pariſijs fuit
degradatus quidam Doctor corruptus
Conſiliarius,& ponit formã ipſius degra-
dationis ab inſignibus doctoralibus, & nũ.
28.& 29. poſt Baiard. ad Clar. Bonaccoſſ.
Guid.Pap. Lancellott. & infinitos , repel-
25 lintur † a teſtimonio,nec poſſunt aduoca-
re,poſſunt bona eorum cõfiſcari, ac,quod
eſt deterius,fuſtigari,& verberari , tenen-
tur ad expenſas, & ad extimationem litis,
vt hæc omnia ibidem recenſentur , vbi e-
tiam quòd tenentur ad pænam quadrupli
26 † tripli,ſimpli,& prout latius per eundem
Farinat.in d.quæſt.111. art.4. & art.6. &
quomodo,& loquendo paulo infra idem
Farinat.ead.quæſt.111. art.5. circa Iudices
27 Eccleſiaſticos dicit quòd hæc pæna † cor-
ruptionis eſt ſuſpenſionis ab officijs per an
num,& non à diuinis,& ordinibus , & ibi
latè ex Hoſtienſ. Dominico,Frãc.March.
Archid. Ioann. Menocch.Gemin. Frãch.
Ioann. Andr.& alijs,dicens quòd etiam
incurritur ipſo iure ſub num. 71. vbi ipſe
Farinaz.allegat Ioãn Berber.in pract. par.
1.rubr.13.d.l.Iuliæ,repetundar. num.5. &
in rubr.37.de concuſſion. num.6. Franc.
Marc.deciſ.686.num.1. part.1. Decian.d.
lib.8.cap.39.num.17.& hæc eſt differentia
à corrumpente, vt non ipſo iure amictat
cauſam,vt ponio infra in verſic. quo vero,
haſque omnes miſerias,quas incurrit offi
cialis corruptus,videtur etiam ad latas frau
benas aſſumpſiſſe idem Farin.d.queſt.111.
art.8.ib2.à num.138. cum ſeqq. ſuper quo
particulari,ex quo meminit etiam de Ba-
ratraria,videbimus dante domino infra in
cap 39.Regis Ferdinandi, tom.7.

Quo vero,ſubdit Rex noſter hic,ad par-
28 tem corrumpentem † aut tentãtem cor-
rumpere quoſcumque Regios Officiales,
ſiue Regiam Curiam,ſeruetur illud, quod
ius commune ſtatuit , erat enim hic per
Regni ſupplicationem petitum , vt talia
perpetrantes,cauſam ipſo iure perdant,&
pecuniam;argum.eorum, quæ de amiſſio-
ne cauſarum dico infra in cap. 79. Regis,
& Imper. Caroli V. in principio , tom. 8.
Bald.in conſ.353.lib.5. poſt Andr. de Piſis,
in l.3.ff de cõdit.ob turp.cauſam,Iul.Clar.
* in §.fin.quæſt.73.nu.2. vbi de com. * opin.
29 & conſequenter ſententia † lata per Iudi-
cem corruptum eſt nulla, Soccin. regul.7.
Tuſch.modo citandus,maximè quãdo ab
initio eſt facta ſic conuentio inter Iudicẽ
corruptum, & corrumpentem , quia cla-
riſſima eſſet corruptela,ſimonia,vel bara-
30 ctaria † & turpitudo ex parte vtriuſque,
etenim delinquit,qui magiſtratũ corrum-
pit.Bald.vbi ſupra , num. 2. ſiue ipſi Iudici
31 corrupto † datæ ſint pecuniæ , ſiue eius
ſubmiſſis perſonis,v.g. vxori , genero , ſer-
uitoribus, &c. hoc etenim probato , deli-
ctum venit puniendum,vt per Marcum
Ant.Roueſcalenſ ad ipſum Bald. vbi dicit
quod in hac materia corruptionis creuit
malitia Iudicum,& abundauit malitia ho-
minum , ideoque ſatagant Domini Fiſca-
lès in hoc probando,& verificãdo, ex quo
multum ſecretè fiunt hæc delicta, vt ſentit
ipſe Roueſcalenſ.& in quos verificatio fit,
32 venit pœna, vel de familiari † Iudicis cor-
rupti ait ipſe Bald.ſub num. 3. qui puniri
debet,l.ſi quis,C.de accuſat. l. in Comites,
ff.ad l.iul.repetundar. l.obſeruare,§.profi-
ciſci,ff de offic. proconſul. Marſil. ſingul.
353.Boer.deciſ.153.Roueſcalenſ. vbi ſupr.
33 qui dicunt,vt non liceat dare † adhuc pro
obtinenda Iuſtitia,& abbreuianda, nec ra-
tione laborum,neque alio quæſito colore
quicquid dixerit Clar.vbi ſupra,num 2.&
poſt eum Cardin.Tuſch. in pract. concluſ.
iuris,verbo,corrumpens,concluſ.1052. to-
mo 2 & per ea , quæ in hac materia cor-
ruptionis dixi ſupra in d.cap.7.Regis Mar
tini,num.130.cum ſeqq. tom.3. & in pro-
poſito ſic ait Bellapertica,in l. fin. C. de
pœna Iud.qui male iudic. Menoch.de ar-
bitr.quæſt.lib.2.caſu 343.nu.2. Bald. Paul.
de Caſtr. Bart. Imol. Archid. Turrecrem.
Paris de Puteo,Neuizan.Cataldin.& mul
tos ſcripſit Farinaz. in ſua Theorica , &
praxi criminali,d.tit.de var.ac diuerſis cri
minib.d.quæſt.111. eod. art.7. n.108. cum
ſeqq.& art.8.nu.152. cum ſeqq.tom. 3.vbi
quòd ſiue pecunia ſit data pro expedien
34 do citius Iuſtitiã † vel pro proferẽda ſen-
tentia adhuc iuſta perdatur cauſa , & licet
ipſe Dom.Farinat.in d.art.7. nu.109. cum
ſeqq. videatur tenere,quòd licitum ſit da-
re pecuniam Iudici,vel quid ſimile, vt cito
v.g.expediatur à lite , vel pro tollenda ve-
35 xatione † & per tradita ab eodem Fari-

nat. deciſ. 135. num.4. intantum vt poſſit
adhuc talis pecunia data etiam repeti, vt
pro,& contra arguendo ipſemet Farinat.
tandem, nu.112. ſic determinat, ex Fulgoſ.
Iaſon. Alex. Abb. Imola, & cæteris,& idẽ
quando dedit pignus, num.113. intantum,
vt adhuc voluerit idem Farinaz. num,114.
quòd vnicuique liceat pro redimendo ſe,
36 & ſaluando vitam † dare iudici pecuniã
ex Laderch. conſ. 203. num.3.& ſeq. quia
hæc videntur mihi periculoſa, nam ſi lo-
quimur de dante pecuniam,etiam vt obti-
neatur ſententia iuſta, contra hoc tenuit
Nauarr. in conſtit. Gregor. 13. de dat. &
promiſſ. num.48. vbi dicit quòd ſaltim ne-
gari nõ poteſt quin offendatur lex, & ſta-
tutum,& idem voluit Boccacc. in tract. de
pact. num.88 part.3. eſto hi non ſequantur
per ipſum Farinat. tamen perſiſto cũ eis; ſi
vero loquamur in criminalibus, iam hoc
faciens perdit ius ſuæ innocentiæ, vt dicã
paulo infra ex eodemmet Farinat. niſi lo-
quamur cum eo ſcilicet, de illa indebita
37 vexatione † vt num.116. poſt Ioann. Andr.
Card. Zabarell. Imol. Abb. Anchar. Parid.
de Put. Catald. Decian. Bald. Hoſtienſ. &
ſimiles,& quicquid ſit,iam ipſe Farinat. n.
117. concludere videatur quòd in dubio
ſemper pecunia præſumitur data in ma-
38 lum † & qui dixit, dediſſe pro redimenda
prædicta vexatione, probare tenetur, &
ob id quando erogatur, requiritur prote-
ſtatio, poſt Hoſtienſ. Abb. Archidiacon. A-
lex. Bellamer. Turrecremat. & cæteros,&
ſaltim ſi non eſt in culpa Reus,eſt in culpa
Iudex, maximè quando malo modo data
fuiſſet per partem quaſi diffidentem de ſua
iuſtitia,intantum,vt concluſerit idem Fa-
rinaz. num. 135. quod adhuc perdat cau-
39 ſam † is,qui ſeruauit indemnem Iudicem
pro iuſtitia ferenda,ſiue ſententia, ex Boſſ.
tit. de oppoſit. contra teſtes, nu. 147. Clar.
in d. §. fin. quæſt.73. num.10. Menocch. vbi
ſupra, Decian. in tract. criminal. lib.8. cap.
39. num. 24.& eſt contra ea, quæ ſcripſi in
d. cap.7. Regis Martini, ſub nu. 150. d. tom.
3. ex Alberic. & Bald. niſi dicamus, quòd
ibi loquor circa expeditionem mandato-
rum, quæ ſunt periculoſa,

Dum ergo hic eſt decretatum, per In-
clitum Regem ibi (*ſeruetur id, quod ius cõ-
mune ſtatuit*) iſtud idem diſponunt iura
communia, nempe, vt amittant corrũpen-
40 tes Iudices † cauſas ipſas, vt poſt text. in l.1.
C. de pæn. Iudic. qui malè iudic. vbi Bella-
pert. Cyn. Odoffred. Bald. Bart. & alij,
Paul. de Caſtr. Salycet. Fælin. Paris de Pu-
teo, Cyrill. Boer Firman. Foller. Clar. Me-
nocch March. Virgin. Boccacc. & ſimiles
ſcripſit Farinaz. d. tit. de var. ac diuerſ. cri-
minib. quæſt. 111. art. 8. num. 124. tom. 3. &
licèt non ipſo iure, vt eſt hic petitum, ibi
(*ipſo iure perdant*) tamen per ſententiam
ferendam ſic, vt poſt Butrigar. Bellãpert.
Bald. Bart. Parid. de Put. Bertacchin. &
Adnotantes ad d. Conſtit. Marchiæ, lib.2.
cap.4. verbo, corrumpere, ſubdit ipſe Fari-
nat. in d. art. 8. num. 128. & hoc ad diffe-
rentiam eorum quæ dixi ſupra in verſic.
quantum vero prope finem.

Ibique ampliat Farinaz. procedere
41 tã in actore, quàm in reo † & tam in cauſ-
ſis ciuilibus, quam criminalibus, eo quia
reus corrumpens Iudicem, & officialem
amittat ius defendendi, vt ipſe ſubdit, nu,
125. poſt Gloſſ. in ead. lib.1. C. de pœna
Iudic. qui malè iudic. vbi idem Butrigar.
col.1 Odoffred. num.2.& Bart. num.3. &
in criminalibus reus proſequutus perdit
ius ſuæ innocentiæ, vt tetigi ſuperius, &
quicquid ſit nõ effugitur pœna relegatio-
nis in inſulã, aut alibi, vt poſt Ang. Parid. de
Put. Bertacchin. Foller. ſentit ipſe Farinat.
d. ar.7. ſub d. num.114 adeo vt propter hoc
delictum corruptionis habeatur pro con-
42 feſſo † vt ſentit ipſe Farin. num.126. ſecun-
dum Salycet. in l.1. §. ſed & conſtitutio, nu.
7. ff. de calumn. Paris de Put. in tract. de
ſyndic. in verbo, corruptio, c.2. nu.3. Ad-
not. ad cõſtit. March. eod. lib.2. cap.4 ver-
bo, corrumpere, Cyrill. in ſumma crimin.
rubr.33. de pœna iudic. malè iudic. §. fin.
num.5. Bertacchin. & alij ibi per eum. Idẽ-
43 que de corrumpente Notarium † quia
non aliter ac ſi Iudex fuiſſet corruptus, a-
mittitur cauſa, vt poſt Decian. in tractat.
crimin. d. lib.8. cap.35. num 36. Fælin. Bald.
Salycet. Parid. de Put & Bertacc. ſubiuxit
idẽ Farin. n. 127. Eſto ſi pecunia eſſet data
pro ferenda iuſtitia iuſta, quia procedunt
omnia ſiue pecunia eſſet data Iudici iſto
modo, vel pro dãda ſentẽtia iniuſta, vt ta-
ctum eſt ſuperius. Et in ſumma eodẽ mo-
do, quo vidimus in Iudice corrupto miſe-
44 rias, ſic in corrumpente † eos, ponit eaſdẽ
miſerias ipſe Farin. d. q.111. eod. art.7. à n.
98. cum infinitis, eaſquè pœnas, quas ip-
ſe corrumpens incurrit, nempe quia ait,
teneri eadem pœna, qua corruptus offi-
cialis, tenetur pœna falſi, poteſt relegari
ad tempus, teneatur de dolo,& ad impen-
ſas,& tam ſi dederit pecuniam, quam
nõ, ſed per preces, aut alio modo corrupe-
rit (eſt verũ quòd ex hoc nõ amittitur cau-
ſa licet mox paulo infra idẽ Farinaz, in d.
art.8. num. 129. ex Butrigar. Clar. Bertac-
chin. & alijs dixerit non amitti cauſam
ſed lis ſuò marte decurrat, remanente
ſententia nulla) tam ſi Iudex corrup-
tionem acceptauit quàm non, & ſic in tẽ-
tante vt hic ſentitur ibi (*aut tentantem cor-
rumpere*) & ita adſunt ſtatuta,& banna
Romæ, de Anno 1595. cap.61. per quæ di-
ſponitur, vt tentãs corrumpere ſit in pœ-
na ſcutorum 200. & trium ictuum funis
publicè, & quòd detur fides officiali reue-
lanti, cuius corruptio tentata fuit, concur-
rente aliqua veriſimilitudine,& rurſus in
Ann.1599. cap. 28. in eiſdem ſtatutis Vr-
bis Romæ, quia ſaltim aliqua pœna pu-
niendus eſt, nec etiam ex hoc cauſa amit-
titur, nec poteſt repetere pecuniam,& hæc
poſſunt ſeruire pro illis omnibus amplia-
tionibus, quas ponit ipſe Farinaz. locis ci-
tatis,

Digitized by Google

ratis,vbi mill'a millium allegat more ſuo,
& iterum repetijt quaſi per eaſdem au-
thoritates in eadem quæſt. 111. in d. alio
art.8.à num.138.cum ſeqq.de cuius articu-
li materia,ex quo tangitur adhuc , & de
barattaria,videbimus in d. cap. 39. Regis
Ferdin. d.tom.7.ne prolixius hic videar.
Imitemur ergo , Officiales , & Iudices
Chariſſimi, Legatum Daciæ , de quo me-
minit S.Bernard. & Frater Anton. de Ca-
mos,in microc.part.3. dialog. xj. ſol. 115.
45 Ariſtidi,& Caio Gracco † qui nunquam
receperunt, nec munera , & ſcientes ali-
quando quòd habebant lites , reſtituebant
illa , vt de quodam equo reſtituto Epiſco-
po Florentiæ meminit ipſe Bouadill. loco
citato in d.politica,ſub num. 14. & 15. &
num.16. vbi refert de quadam declaratio-
ne facta per Caium Sabinum , vt refert
Cermenat. in rapſod. cap.41. Boer. d. de-
ciſ.153.num.26.qui dicebat , (*vtinam ad il
la tempora me fortuna ſeruaſſet , in qui-
bus Romani recipere dona cæpiſſent , non
enim ſuiſſ.m paſſus eos diutius imperare*)
prout faciebat ille Fælix Iudex , ſic voca-
tus(quamuis infelix poterat dici) qui à Di-
uo Paulo ſimul,& ſperans , quòd pecunia
ei daretur , propter quod , & frequenter
accerſens eum, loquebatur cum eo , Act.
cap.24.& quia nihil dedit , eum carcera-
uit ad inſtigationem Iudæorum , non imi-
tans aliter ea, quæ faciebat Samuel , Reg.
cap.12.Apoſt.Paul.cap 20.qui publicè , di-
cebant (*quis veſtrum dedit nobis aliqua mu-
nera*) excæcant enim oculos Iudicum
46 ipſa etiam xenia † Eccleſ cap. 20. in fine,
quæ vix poſſunt accipi,licet permiſſa ſint
ex ſtatutis,& de quibus latè fuit diſcuſſum
in his annis præteritis in Viſita Generali
facta tempore Illuſtriſſimi,& Reuerendiſ-
ſimi Don Loyandi Occhioa, & de quibus
recorder alibi ſcripſiſſe, & latius videbi-
mus,ſi Deus dabit infra in d.cap. 39.Regis
Ferdinandi in limitationib.d.tom.7.
Vereor tamen,heu nobis,ne incidamus
illud adagium,de quo meminit Lamprid.
ex Enclopio eius familiari in vita Alexan-
dri Seueri , qui per ſimile adagium dice-
re ſolebat (qui multa tollit , & pauca dat,
ſaluabitur,ideſt nõ punitur , qui vero pau-
ca tollit,deprehenſus pendebit, quòd ſcili-
cet nihil ei ſupereſt,quod Iudici det , De-
cian.d.lib.8.cap.36.num.6. Menocch. de
arbitr.lib.2.centur.4.d.caſu 342.nu.4 Petr.
de Gregor.d.c.26.nu.13.ſintagmat. Boba-
dilla, in ead.politica lib.2.cap.xj. (*de las le-
yes*) ſub nu.x.tom.1. & de quo Alexandro
refertur quòd multum odio habebat eos,
qui ante eum de talibus infamatis aude-
bant comparere , quia in eum cauſabant
vomitum , ſicuti econuerſo nimis honora-
bat bonos,optimoſque Officiales,vt ſubdit
idem Bouadill. eò enim peruenit pecuniæ
47 † vis,vt ſicut Orphæi muſica , Leones , &
Tigres domabat ſuauitate lyræ, ſic Iudices
ſecundum Policrat. lib.5.cap.9.Frat.Mar.
Anton.de Camos,in microc. part. 1. dia-
log.x.Ouid.lib.2.de art.amandi,de quo te-
tigi ſupra .

» *Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere ,*
» *Si nihil attuleris,ibis Homere foras .*

Sed quomodo procedetur contra iſtos
48 tales Officiales † delinquentes in officio?
dic proceſſiuè,non autem palatine, vt te-
tigi ſuperius in verſic. quantum vero , &
ſupra in cap.34. verſic. ſextus modus , ra-
tio eſt quia volunt iura cõmunia , vt præ-
ſumendum ſit ſemper in fauorem Officia-
49 lis † publici ideoque non poſſe amoueri
abſque cauſa , tangitur infra in cap 63. &
in cap.65. vt poſt Speculat. Bald. Valen-
zuel.& alios ſcripſi in d.deciſ M. R. C. 63.
num.6.l 2.C.de offic ciuilib.iudic. l.cum
precibus,C.de probat.l.fin. C.de fideicom-
miſſ.libert.vbi idem Bald. & alij , idem
Bald.conſ.404. lib.1. Alciat. regul. 3. præ-
ſump..15.Bertazzol. conſ.180.num.15. l.1.
C.de præd.Curial.lib. x.nec præſumitur in
eos delictum,Bart.in l.ſpadonem , §.fin.ff.
de excuſ tutor. & in tract. de duob. fratri-
bus , num. 15. vnde videmus , quòd dolus
50 ſemper † præſumatur ab eis abeſſe,vt per
DD.in d l.1.C.de præd.Curial.eod. lib. x.
& l.ſi quis decurio, C. de Decur. lib. eod.
Bald.in l.pacta nouiſſima , C de pact. Ma-
ſcard.in tract.de probat.concluſ.1132. nu.
2.& ſeq.addens ipſe Bald.poſt Gloſſ. in l.
accuſationes,C.quod met. cauſ. quòd non
præſumitur,vt officialis illicitum commi-
ſerit,ideoque quando ſunt accuſati , præ-
ſumuntur ex inuidia laceſſiti, vt poſt Ol-
drad.conſ.67.inquijt Cardin. Tuſch. in
eius pract. concluſ.iuris , verbo, officiales,
concluſ.96.tom. 5.& per Alex.conſil. 122.
num.5.lib.4.& conſ.77.nu.21. lib.3. Corn.
conſ.102.num.6. lib.2. Caſtrenſ.conſ. 158.
num.2.lib.2.Gabriel. & alij per eundem
Tuſch.verbo,præſumitur pro Iudice con-
cluſ.621.tom.6.vbi quòd ratione iuramen-
ti per eos præſtiti ſemper pro eis præſu-
mitur,ideoque,ſi loquimur de probatione
contra officiales facienda,debet eſſe plena,
& manifeſta,& in criminal bus requirun-
tur teſtes omni exceptione maiores , nec
vnus teſtis,neque ſemiplena probatio po-
teſt facere indicium ad torturam contra
eos,ſi ſunt bonæ famæ , vt poſt Bald. Boſſ.
Menoch.Maſcard.Grammat. ſubdit ipſe
Dom.Tuſch.in d. concluſ. 96. & per ea,
quæ tetigi ſupra in d.verſic. Quantum ve-
ro . Niſi loquamur contra eos officiales,
qui emerunt officia,in quos omne malum
præſumitur,vt vidimus ſupra in d.capit.8.
in 7.intellectu.

Digitized by Google

De tractis quingentis conceſsis Vniuerſitati Terræ Nothi, extrahendis de Carricatorio Vindicari. Cap. X L V I.

ITem, cum Vniuerſitas Terræ Nothi, magna quidem,& populoſa ſit, & de principalioribus alijs terris montanis Regni Siciliæ, ſitque ſemper ad ſeruitia Regia omni ſtudio præſta,& non eo minus egena,& pauperrima, adeo parum, aut nihil redituum teneat,& habeat;& cum opus ſit pro Regio ſeruitio, aut alijs dictæ terræ neceſſitatibus, aliquid pertractare, vnde non habeat,& meditando quaſi vadat per Ciuium burſas,& ex eo fortè atque ob merita,& ſeruitia in retroprincipes præſtita, diuæ memoriæ Rex Martinus eidem Vniuerſitati conceſſerit,& donauerit tractas quingentas extrahendas, & percipiendas de carricatorio Vindicari, de quibus dicta vniuerſitas fuit aliàs in poſſeſſione, vel quaſi, ſupplicat dictum Regnum, vt dicta Maieſtas dignetur confirmare, & de nouo concedere, dictæ vniuerſitati dictas tractas quingentas,& dictum priuilegium, extrahendas primò per dictam vniuerſitatem, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, & aſſignationibus ex poſt factis, quarum quaſi poſſeſſionem capiendi, propriam ex nunc dicta Maieſtas dictæ Vniuerſitati concedit authoritatem ¶ Seruetur dictum priuilegium, ſicut tempore dicti recordij Regis Martini fuerat ſeruatum.

Tractaui de hac materia tractarum,& in puncto, de quo loquimur, in pragmaticis, tit. 8 de officio Magiſtri Portulani, in verſic. decimo quarto, ibi,& conſequenter, tom. 2. ipſarum Pragmaticarum, cæterum de nobilitate Ciuitatis Nothi, tetigimus ſupra in cap. 41. & ſuppie per eundem Fazell. de reb. Siculis, prioris Decadis, libr. 4 cap. 2. vbi fit mentio de hoc portu Vindicaris eiuſdem Nothi.

Pro Vniuerſitate Terræ Saccæ, Cap. X L V I I.

ITem, cum Terra Saccæ fuerit olim per fæliciſſimam memoriam Sereniſſimi Regis Alphonſi, pignorata pro decem,& octo millibus florenis, monetæ dicti Regni, Illuſtri Marchioni Girachi, quæ Terra cupiens, atque anhelans ſemper in Regio perſeuerare demanio, Legatos ad eundem Illuſtriſſimum olim Alphonſum Regem miſerit, à quo inter alia obtinuit Vniuerſitas dictæ Terræ, quod poſſit dicta Terra redire ad Regium demanium, ſolutis ſupradictis pecunijs, pro quibus ſoluendis, cum aliunde non haberet modum illas habendi, dedit,& conceſſit eidem Vniuerſitati vncias mille ſuper Fiſcalijs totius Regni pro luitione dictæ Terræ, inſuper quòd poſſet ipſa Vniuerſitas vendere, alienare, ſeu pignorare Caſtellaniam,& Secretiam ipſius Terræ Magnifico Domino Giliberto de Iſohar pro florenis decem millibus, vnà etiam cum vncijs quinquaginta annualibus ſuper gabella carnium dictæ Terræ, ex quo ad quantitatem præfatam decem millium non ſufficiebant dicta membra, videlicet, Caſtellania,& Secretia, quæ quidem ita ſuper dicta gabella immortalis memoria quondam Sereniſſimi Regis Martini conceſſerat eidem Vniuerſitati pro reparatione murorum dictæ Terræ,& ſic dicta Terra,& Vniuerſitas conata extitit intantum, vt iam reduxit ſe, ac reducta eſt ad Regium demanium, in quo de præſenti extat, verumtamen eadem vniuerſitas minimè conſequi potuit ſupradictas vncias mille, olim conceſſas per ipſum quondam bonæ memoriæ Regem Alphonſum ſuper fiſcalijs eiuſdem Regni, niſi tantũ ex illis vncias ducentas, propter quæ adimplenda defectu ſupradictarum pecuniarum non ſolutarum, neceſſe fuit, ipſam Vniuerſitatem onerare ſe certis nouis impoſitionibus, & gabellis, vocatis Maldinari, poſt quæ contigit, quòd ipſa Regia Maieſtas olim memoriæ immortalis Regis Alphonſi ſibi quietauit,& luit prædictas Caſtellaniam,& Secretiam, vna cum antedictis annualibus reditibus vnciarum quinquaginta ſupradictarum ſuper gabella carnium olim conceſſa per Illuſtriſſimum quondam Regem Martinum, vt dictum eſt, pro reparatione murorum dictæ terræ: Quapropter ſupplicat præfatum Regnum, vt magis demanium amplificetur,& ditescat, quòd dignetur ipſa Sacra Regia Maieſtas reſtituere. & gratiosè donare eaſdem vncias quinquaginta eidem Vniuerſitati, ad opus murorum deputatas, cum terra ſit propè mare in frontiſpicio Barbarorum, & ab ipſis ſæpe patiatur inſidias, & ſint præmaxime in cambium illarum vnciarum octingentarum, ad quas Regia Curia tenetur eidem Vniuerſitati, reſtantium ex ſupradictis vncijs mille conceſſis per ipſum diuæ memoriæ Regem Alphonſum ſuper fiſcalijs dicti Regni, & præmaximè, quia ipſa vniuerſitas poteſt ſibi luere ipſas vncias quinquaginta pro vncijs quingentis, & ſic Regia Curia haberet,& lucraretur ex relaxatione vncias trecentas; vel eidem Vniuerſitati taliter prouidere, quòd dictæ vnciæ ottingentæ ſibi ſoluantur incontinenti, adhoc, vt prouideri poſſit indemnitati ipſius Vniuerſitatis, damnum,& incommodum cuius poſſet afficere Regnum, taliter quod eſſet irreparabile, quod abſit,& Deus auertat ¶ Dominus Rex, viſis priuilegijs, paratus eſt adminiſtrare iuſtitiam ſupplicanti,& mandabit prouiſiones opportunas.

Erat

Erat hæc Ciuitas,ſiue Terra Saceæ de Regio demanio tempore dicti Regis Martini, vt eſt videre ſupra tom.3.in cap.2. quæ mox,vt hic legimus fuit pignorata per Regem Alphonſum Marchioni Hieracis pro decem,& octo millibus florenis,quæ Ciuitas inde ſe reduxit ad idem Regium demanium, reſtando creditrix ipſius Regis, & Regiæ Curiæ in certa ſumma, cuius petitio eſt per hoc capit.vt ſoluatur incontinenti dictæ Vniuerſitati Saceæ, ne aliquod damnum,& incommodum irreparabile Regno ſuccedat,quod Deus auertat, de cuius Saceæ Ciuitatis pulchritudine,ac nobilitate vide Fratr.Thom. Fazell. de reb. Siculis prioris Decadis, cap.3.lib.6,

De iuriſdictione Regiorum Algoziriorum, *Cap.* XLVIII.

ITem ſupplicat totum Regnum,quòd Regij Algozirij nullam habeant iuriſdictionem in loco,vbi Curia degit,contra Ciues,incolas,& habitatores dicti loci, ſed tantũ contra perſonas exteras proſequentes Curiam,& non aliàs,& quatenus attentarent iuriſdictionem in aliàs perſonas, quàm nominatas in præſenti Capitulo,ipſo iure incidant in pœnam priuationis officiorum, & remaneant priuatæ perſonæ, quibus tamquam priuatis poſſit in dicto caſu impune reſiſti: niſi in fragranti,ſeu in aliqua rixa,ſiue caſu ſe reperirent, quo caſu delinquentes ducant ad Iudicem competentem, & nullam tunc habeant cognitionem ¶ Placet Regiæ Maieſtati,quòd Algozirij iuriſdictionem non exerceant, niſi in perſonas exteras ſequentes Curiam, quo vero ad captionem perſonarum in fragranti crimine repertarum,vel ex commiſſione ſuperioris captos,remictant ad Iudicem competentem.

Vide quæ poſui in pragmat.tit.44.Mauri apportent turbantem,&c.tom.2. pragmaticarũ. vbi aliqui ſuppleui in materia Algoziriorum in verſic.intantum,etenim de iuriſdicione illorum antiqua,aliqua poſui ſupra in cap.251. Regis Alphonſi, tom.5.

De non torquendo aliquem, niſi concluſo proceſſu.
Cap. XLIX.

ITem placeat Regiæ Maieſtati concedere dicto Regno, quod nullus Iudex, cuiuſcumque condicionis,ſeu iuriſdicionis exiſtat, de cætero audeat, etiam ſi ſit Iudex Magnæ Curiæ,ſiue Locumtenens, torquere aliquem, niſi concluſo proceſſu, legitimo modo, & ſi contrafecerit, ſit priuatus ipſo iure officio ſuo,& alius loco eius creari poſſit,nec etiam diſpenſari poſſit per quempiam ſuperiorem,licentiam tribuendo Iudici, vt ante concluſam cauſam procedere poſſit ad torturam,niſi in crimine læſæ Maieſtatis ¶ Placet Regiæ Maieſtati, vt ſeruetur, quod ius commune ſtatuit.

SVMMARIVM.

Tortura nemini dari poteſt de iure communi, niſi concluſo proceſſu,& legitimo modo,aliàs Iudices puniuntur, num. 1. 2. 10. ſecus in cauſis palatinis, num.30.37.

Concluſum in cauſa non ſit in criminalibus, nu. 3.ratio,num.4. & quid ex diſpoſitione Ritus, num.5.

Ritus in Regno dicitur ius commune, num. 6. & ſeq.

Capitula Regni ſunt iura communia,num.7.

Concluſum in cauſa quotuplicite r fiat,ibid.

Pragmatica Regni diſponens ſola facti veritate inſpecta,tam ciuiles, quàm criminales cauſas effecit ſummarias nec requirit concluſum in cauſa,num.8.& ſeq.

Concluſum in cauſa non fit hodiè ſtantibus cauſſis ſummariè,& de plano ſola facti veritate inſpecta,ibid.

Summariæ ſunt cauſæ omnes in Regno, ſtante pragmatica ſola facti veritate inſpecta,ibid.

Concluſum in cauſa ſi non eſt facta, non vitiat proceſſum,nec eſt de ſubſtantia tam in ſummarijs, quam in ordinarijs cauſis, ſtante hodie pragmatica,ſola facti veritate inſpecta, num. 9.

Concluſum in cauſa an poſsit fieri,vel omicti inuitis partibus & an ſit de iuſtitia, ibid.

Concluſum in cauſa dicitur factum quando lapſa ſunt tempora ad defendendum data, num. 10. vel quando proceſſus eſt miſſus ad Iudicem, num. 11. aut quando expreſſe eſt renunciatum omnibus probationibus, num. 12.

Concluſum in cauſa operatur, vt nil amplius produci poſsit,niſi in certis caſibus,num.13. & ſeqq.& num.23. cum ſeqq.

Con-

Concluſum in cauſa excludit probationem erroris, num. 14. inducit notorium, num. 15.

Concluſum in cauſa, & eſſe renunciatum, paria ſunt, num. 16. & efficit vt partes iudicis nullæ ſunt, niſi in iudicando, num. 17.

Concluſum in cauſa ſi eſt, Iudex nil poteſt facere, niſi quando ambiguitas oritur, & quando, nec poteſt per eum ſuppleri, num. 18.

Concluſum in cauſa impedit omnem oppoſitionẽ exceptionum, num. 19. & clauditur proceſſus, & nulla allegatio facti fieri poteſt, num. 20. iuris ſic, num. 22.

Concluſum in cauſa tantum eſt dicere, ac ſi eſſet lata ſententia, num. 21.

Allegationes iuris poſſunt audiri non obſtante concluſo in cauſa, num. 22.

Citatio ad ſententiam audiendum poteſt fieri etiam poſt concluſum in cauſa, num. 23.

Teſtes poſſunt recipi per viã reſtitutionis in integrum non obſtante quod ſit factum concluſum in cauſa, num. 24.

Confeſsio ſpontanea admictitur etiam poſt concluſum in cauſa, num. 25.

Oculorum inſpectio admittitur etiam poſt concluſum in cauſa, num. 26.

Interrogatio poteſt fieri per iudicem ad inſtantiam partis, nec impeditur fieri non obſtante concluſo in cauſa, num. 27.

Concluſum in cauſa ſicut fieri poteſt tacitè, ſic tacitè reuocatur, & quomodo, num. 28.

Teſtes poſſunt admicti poſt publicationem proceſſus, & quando, num. 29.

Inſtrumenta de nouo reperta poſſunt admicti etiam poſt concluſum in cauſa, ibid.

Tortura poteſt dari in cauſis palatinis non obſtante concluſo proceſſu, num. 30.

Modus procedendi ex abrupto, & palatino vnde fuerit ſumptus à capitulis regni, num. 31.

Tortura non poteſt dari, niſi interloquutum fuerit prius, & an detur appellatio, num. 32.

Appellatio an admictitur ab interloquutoria quod quis torqueatur, & fiat diſpenſatio, num. 33. & ſeqq. Et quid quando eſt fauicula, num. 35. & quid de grauamine, num. 36.

Appellatio an admictatur in materia ſententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ in criminalibus, num. 34.

Appellatio friuola, & calumnioſa ad dilatandum iudicium non admictitur in criminalibus, num. 35.

Grauamen admictitur à decreto quòd quis torqueatur, vel fiat diſpenſatio, cum clauſula de ſuperſedendo per menſem, num. 36.

Tortura debet dari legitimo modo, & quot ſint tormentorum genera, num. 37. cum ſeqq.

Tortura ſolet dari, cum corda groſſa quandoque cum ſubtili, & quando, & cum aqua frigida, & cum compedibus ferreis, & ponderibus, & tauoletta, & quando, num. 38.

Torturam grauem non debent Iudices paſſim dare, & quare, ibid.

Torturæ modus alius eſt cum ſtanghetta, & taxillis, & quibus detur, num. 39. alius eſt cum ſibillis, & quibus infligetur, n. 40. alius eſt cũ tormento ignis, & quando, num 41. alius eſt tormentum vigiliæ, & quis ſit, num. 42. alius eſt tormentum capræ ſiue aculei, num. 43. ſiue in candenti ferro, & aqua calida, ac frigida in dorſo rei perdenti, num. 44.

Torturæ tormentum ignis datur in ſubſidium contra reos bracchiis debilitatos, manu, vel veſtica, aut aliter, num. 41.

Torturæ tormentum pollenti eſt, per quod ſcinduntur carnes Rei, num. 45.

Torturæ ſpecies altera eſt denegare potum, & cibum & alimenta, & ponere reum in dammuſellis longo tempore, ac foueis ſubterraneis, num. 46.

Dammuſellis in obſcuris, & in foueis ſubterraneis non ſunt ponendi diu gentes, num. 47.

Tortura non eſt danda torturandis poſtquam comederint, vel biberint, ſed expectatur ſaltim per nouem, vel decem horas, plus, vel minus, num. 48. & 56.

Tortura nõ debet æqualiter dari, ſed aliqui grauius, aliqui leuius ſecundum qualitatem perſonarũ, & delictorum, & indiciorum torquendi ſunt, num. 49.

Torturæ timor cum corda intulit cuidam terrorem, ita vt ſtatim minxerit, & egeſtionem emiſerit, num. 50.

Tortura prius danda eſt filio poſtea patri, remiſſiuè, num. 51.

Tortura habet ſuos gradus, & quot, num. 52.

Tortura debet tenere torturatum per ſpatium dimidiæ horæ quandoque plus, vel minus, num. 53.

Tortura corda quando infertur reo, debent videre Iudices ſi ligatura eſt ſtricta, vel cum taxillis, neque hoc officium debeat exercere boia, num. 54. nec reus debet teneri ligatus diutius antequam torturæ ſubiciatur, num. 65.

Tortura quando datur, Iudices debent aduertere ad conquaſſationes, & ictus, & quot eſſe debeant, num. 57. & ſeq.

Torturæ modus regulatur non à quãtitate ictuũ, ſed à tempore pendentiæ, num. 58.

Tortura non debet dari immoderatè, ſed diſcreta, vt remaneat illæſus reus, & debet vti benignitate, num. 59. & ſeq.

Tortura quando infertur, non debent Iudices cum eorum manibus torquere, nec per capillos reos capere, neque per aures, &c. num. 60.

Tortura ſemel data non debet de nouo repeti, niſi ſuperuenientibus de nouo indicijs, num. 61. & quando prima indicia non eſſent euacuata, & ſit actus animo repetendi, num. 62. cum ſeqq.

Tortura in prima regulariter ſolent dari quatuor ictus funis poſt dimidiam horam, & in ſecunda tortura, aliquando tres in prima, & duo in ſecunda, & quandoque in tribus ligaturis ad nouem tractus cordæ ſcilicet in prima quatuor, in ſecunda tres, in tertia duo, & quando, num. 63. & ſeq.

Torturæ repetitio eſt arbitraria, & quando, num. 64.

Tortura potius debet ſubſtineri millies in bracchijs, quàm ſemel in gula, ibid.

Tortura data ſi reus confitetur, non poteſt ſtatim condemnari, ſed debet per vnum diem ſic remanere,

manere,& poſtea ratificare, num. 65. cum ſeq.

Tortura debet repeti quando reus modo confitetur, modo negat, & quoties, num. 66.

Indicium nouum dicitur oriri ex confeſsione rei in tortura ex ore proprio, ibid.

Tortura non debet remanere in viduitate, num. 67.

Tortura nõ poteſt repeti vltra tertiam vicem, non vltra, ibid.

Tortura ad vocandum complices tamquam in cadauer, non poteſt repeti, & eſſe debet moderata, num. 60. nec quando datur teſti vario, num ſeq. vel quando datur ſeruo, num 70.

Teſtis varius poteſt torqueri, nec repetitur tortura, num. 69.

Seruus torquetur in caput domini, & quando, & quibus caſibus, num. 70.

Tortura non eſt danda in die feriato, & feſtiuo, niſi in atrocioribus, & grauibus delictis, num. 71.

SVmmari non poteſt breuius quàm in
hoc tit. ſiue rubrica dictum eſt, nempe
1 quod nullus Siculus torqueri poteſt † niſi
concluſo proceſſu & legitimo modo, non
obſtante quauis diſpenſatione, & Iudices
facientes contrarium, priuantur officio,
nec poſſit diſpenſari per ſuperiorem, niſi
in crimine læſæ Maieſtatis & prout latius
explicabo inferius in cõcluſionibus, d. hoc
textu mentionem feci ſupra in cap. 34. in
2. notabili, verſic. circumſcriptis.

PRIMA igitur concluſio erit, quæ colli-
gitur ex illo textu, de qua tactum eſt mo-
2 do, nempe † vt nullus torqueatur, niſi con-
cluſo proceſſu, & loquitur hoc capitulum
de criminalibus cauſis mere proceſſiuis
iuxta formam Ritus, & iuris, vt in d. cap.
34. ſcripſimus in d. 2. notab. latiſſimè, & li-
3 cet de iure in criminalibus † non fiat con-
cluſio, vt memini ſcripſiſſe ſuper Commẽ-
tar. Conſuet Panormi, cap. 5. num. 27. &
in cap. Ritus 141. num. 17. tom. 4. & addo
Bald. in l. edita, col. 16. in repet. Peruſina,
verſic. circa ſecundum, an libellus, C. de
edendo, & in l. 1. quæſt. 4. ff. de condit. in-
deb. qui dicit, quòd in criminalibus non
concluditur in cauſa, Alex. in l. quid ergo,
§. 1. ff. de infamib. & in l. libellorum, ff. de
accuſat & in l. Senatus, ff. de iure fiſci, idẽ
Bald. in l. 2. C. de probat. Bart. in l. hos ac-
cuſare, §. omnibus, ff. de accuſat. Iaſ. in l. ad
monendi, col. 43. ff. de iureiur. Abb. in. ca-
pit. cum dilectus, col. 2 in princ. de fid. in-
4 ſtrum. quaſi quòd ideo † in criminalibus
non concluditur in cauſa, quia quocum-
que tempore ante ſententiam velit quis ſe
ipſum defendere, admittendus erit, Guid.
Pap. ſing. 459 & per ea, quæ tradit Io. Ber-
tacchin. in ſuo repertor. in verb. Concluſio
in criminalibus, &c. par. 2. fol. 403. col. 4 ex
diſpoſitione tamẽ Ritus ſic, quia concludi-
5 tur in cauſa † vt retuli in d. c. 141. d. nu. 17.
cum ibi citatis, & propterea inter dentes
de hac difficultate ſentiens Maurus Bur-
gio in tract. de modo proced. ex abrupt.
quaſt. 1. num. 8. dicit quòd dum hoc capit.
eiuſque decretatio facta per hunc Regem
Inclytum eſt relatiua ad ius commune,
dum dicit, ibi (*ſeruetur quod ius commune ſtatuit*) dat intelligere, ſiue de iure Roma-
no, ſiue de iure Ritus huius Regni, ex In-
trigl Decian. Sebaſtian. de Medicis, &
Tuſco, per eũ citatis, quaſi dicatur, quòd
6 iam Ritus † dicitur ius commune in Re-
gno, vt poſt Vinc. de Franchis, deciſ. 148.
Afflict. de Podio & Noſtrates ſcripſi in
proœmio eiuſdem Ritus, num. 6. & ſeq. d.
tom. 4. allegat idem de Franch. num. 5.
Andr. in §. fin. col. 1. verſic. ſicut dicit lex
Regni, tit. de eo qui ſibi, & hæredib. ſuis, &
in §. nec dominus, col pen. verſic. quando
ergo, tit. de prohib. feudi alienat. per Fider.
Cagnol. in l. 2. quæſt. 96. C. de pact. int.
7 empt. & vendit. & tamquam † Capitula
Regni, iam ſunt etiam iura communia,
vt ſcripſi in proœm. Capitulorum Regis Ia-
cobi, num. 19. tom. 1. & per ea, quæ etiam
poſui in Conſuet. Panhor. eod. c. 5. in 4. no-
tabili num. 27. cum ſeqq. vbi latè in mate-
ria concluſionis in cauſa, & quotupliciter
fiat, & addo Philip. Corn. conſ. 235. lib. 3.
in litera S. qui tenet quod concluſum
in cauſa dicitur per actum, qui poſt con-
cluſionem ſequi ſolet, quod tamen mihi
non placet, quia tunc nullum dubium eſt,
& propterea videatur Fælin in d. c. cũ dile-
ctus, vol. 6. de fide inſtrument. vel quando
eſſet relata ſiue introducta, vt per Thom.
Minadoy, deciſ. 15.

Quicquid ſit tamen hoc capit. habuit
reſpectũ ad cauſas criminales ordinarias,
ſiue ſummarias, quia tamen hodie in Re-
8 gno ſtante † illa Pragmat Regia, per quã
proceditur, ſola facti veritate inſpecta, de
qua aliqua ſcripſi in pragmaticis tit. 80 de
verbor. ſignif. num. 1. & 2. tom. 1. ipſarum
pragmaticarum, quæ effecit omnes cau-
ſas, ſiue ciuiles, ſiue criminales ſummarias
reiecit; conſequenter in omnibus cauſis
dictam concluſionem in cauſa, & ob id nõ
eſſe neceſſaria, ideoque non requiri, Clem.
ſæpè, de verbor. ſignif. vbi gloſſ. & Cardi-
nal. in § & quia, quæſt 19. Alex. conſ. 65.
part. 4. Bart. in extrauag. ad reprimendũ,
verb. figura, col. pen. & poteſt fieri, & fa-
9 cta non vitiat † proceſſum, quia non eſt
de ſubſtantia, quicquid in Camera Impe-
riali ſeruari dixerit Gayll. obſeru. 107. lib.
1. vt per eandem Clem. & ibi Cardin. &
per aliã Clem. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr.
quæſt. xj. Fælin. & Abb. in eod. c. cum dile-
ctus, de fid. inſtrum. etiam inuitis partibus
ſi velit Iudex, vt per Bertacchin. loco cita-
to, d. fol. 404 col. 4 idem Abbas in cap. cum
I, & A, col. 3. de re iudic. vbi concludit nõ
eſſe de ſubſtantia, ſed de conſuetudine, ẽt.
in ordinarijs cauſis, eſto, Manoleſſi, ad ip-
ſum Bertacch. dixerit quod eſt de Iuſtitia,
ſed ſpeciale ſit in cauſis ſummarijs, vt poſ-
ſit Iudex procedere ad ſententiam tali
concluſione non facta.

¶ Quomodo igitur cognoſcemus hic,
dum

Digitized by Google

dum dicitur, quòd nemo torqueri poteſt,
niſi concluſo proceſſu? dic tacitè poſſe eſ-
10 ſe † vtputa patiendo labi tẽpora ad defen-
dendum data, vt per Bart. & Alex. in l. 1.
§ fin. ff. de quæſtionib. Angel. in auth. iu-
bemus, C. de iudic. & erit quando pars
accuſata, vel Reus nil habet deducere, ni-
hilque probare. ſed v.g. proceſſus eſſet miſ-
11 ſus ad Iudicem † & per ea, quæ ait Aret. in
c. 1. in 4 notab. de iudic. Fælin. in d.c. cum
dilectus, col. 6. de fid. inſtrum. vbi ponunt
quòd varijs modis fit concluſum in cauſa,
12 ſicut fit adhuc expreſsè renuntiando † nē-
pe omnibus probationibus amplius non
faciendis, vt dixi in Adnot. ad Ritum, cap.
72. littera M. tom. 4. cum ibi citatis poſt
Anell. de Bott. Ludouic. & alios, & in d.
conſue 1.5. num 28. Io: Andr. in Nouell. An-
gel. Innoc. Ant. de Butr. Bald. & alij, de
quibus per Io: Bertacchin. in ſuo reperto-
rio, verbo, concluſio, in cauſa, part. 1. fol.
404. & ſeq. Gayll. d. obſeruat. 107. num. 3.
Menocch. de arbitr. quæſt. 35. Harman.
cap. 2. tit de concluſion. Miſinger. obſeru.
65. centur. 6. hoc enim operatur conclu-
13 ſio prædicta in cauſa † quia efficit, vt nihil
amplius produci poſſit, niſi in caſibus ci-
tatis per Speculat. tit. de renunt. & concl.
verſic. & ſcias Gayll. d. obſeru. 107. Oſaſch.
Rot. & alij, de quib. per Ariſm. Tepat. tit.
de concluſione in cauſa lib. 1. Lanfranch.
de Orian. ſingul. 12. Miſing. & Harman.
14 vbi ſupra, ita vt adhuc probationem † er-
roris fieri non poſſe impediat, ex Archid.
& Io: Andr. in cap. 2. de in Integr. reſtit.
in 6. in Nouell. & per Roman. conſ. 433.
Tepat. modo citatum, inducat notorium,
15 vt per † Gloſſ. in c. ſignificauerũt, de teſtib.
vbi Io. de Imol. & Abb. Franch. in cap. ex
inſinuatione, de appellat. Alex. in l. natu-
raliter, §. nihil commune, ſol. 8. de acquir.
poſſeſſ. paria quippe ſunt eſſe renuntiatum
16 † vel concluſũ in cauſa, vt per Fæl. in c. fin.
col. 4. de cõſt. Æmil. Mar. Manoleſſ. ad Ber-
tac. ind. repert verb. cõcluſio in cauſa, eod.
fol. 404. par. 1. & cõſequẽter efficiat vt nul-
17 læ ſint partes Iudicis † niſi in iudicando,
vt per Innoc. in cap. paſtoralis, col. 2. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet. nec poteſt Iudex
18 quicquam de nouo facere † niſi cum ali-
qua ambiguitas orietur ſuper iam actita-
tis, non autem ſuper nouis articulis, vt per
Speculat. tit. de poſition. §. 4. verſic. regula-
riter. Bald. in l. per hanc, col. 2. C. de tem-
por. appellat. nec poteſt per eum ſuppleri,
idem Bald. in l. fin. col. 17. C. de edict. diu.
Adrian. tollend. impedit enim omnem
19 † oppoſitionem exceptionum, vt per DD.
in l. quoniã indubitati, C. de adulter. Car-
din. in Clem. 1. quæſt. 12. de cauſ. poſſeſſ. eo
20 quia clauditur proceſſus, ad eo vt † nulla
allegatio facti deinceps fieri debeat, Guid.
Pap. ſingul. 418. iuris ſic vt ſubdam modo.
In ſumma tantum eſt dicere eſſe conclu-
21 ſum in cauſa † ac ſi eſſet lata ſententia, cũ
à par procedant, vt dixi in d. Conſuet. Pa-
normi, d. cap. 5. num. 30. poſt Io: Andr. Ia-

ſon. Archidiac. & Afflict. & etiam tetigi in
d. cap. 72. Regis Alphonſi, ſub num. 37. tom.
4. & ibi Adnot. d. littera M, Bald. in l. 1. C.
ne ex delict. defunct. col. 2. Fæl. & cæteri in
cap. fin. col. 4. de conſtit. Æmil. Maria Ma-
noleſſi, ad Bertacchin. loco citato, Har-
man. cap. 2. d. tit. de concluſ. ¶ Soluin-
modo allegationes iuris intelligi, & audi-
22 ri † poſſunt, vt poſt Iaſon. dixi in d.
conſuet. Panormi, cap. 5. nu 36. & 37. & ex
Marant. & ita in practica ſeruari teſtatur
Cardin. in ead. Clem. 1. quæſt. 12. in oppo.
de cauſ. poſſeſſ. quicquid ſenſerit Innoc. in
d cap. paſtoralis, col. 2. qui voluit quòd poſt
concluſionem in cauſa impediuntur alle-
gationes tam in iure, quàm in facto, nã, vt
dixi, contrarium eſt verum in practica,
itaque notabiliter inquit Bald. in Auth.
iubemus, col. vlt. C. de iudic. etenim num-
quam eſt præcluſa via ipſis allegationibus
iuris quin ſemper leges, & iura poſſint al-
legari, Ant. de Butr. in capit. dudum il pri-
mo, col. 2. vbi Abb. etiam col. 2. & ſeq. de e-
lect. Iaſon in repet. d. l. admonẽdi in fin. ff.
de iureiur. quã auream eſſe dicunt DD. &
per Bald. in tract. de pace, in fine, col. 3.
Guid. Pap. d. Sing. 418. ¶ Sicuti etiam
permictitur poſſe fieri citationem ad ſen-
23 tentiam audiendum † vt per Bald. in
Margarita, verbo, concluſio, verſic. ſe-
cundo. ¶ Quemadmodum nec etiam
impeditur per viam reſtitutionis in inte-
24 grum adhuc recipi ipſos teſtes † vt dixit
Cardin. in d. Clem. 1. quæſt. 14. Æmil. Ma-
ria Manoleſſi, ad eundem Bertacchin.
vbi ſupra, Paul. de Caſtro, conſil. 312.
¶ Prout ſimiliter nec impeditur proba-
25 tio fieri per confeſſionem † ſpontaneam
partis, eſto tollat alias probationes, Bald. in
rubr. C. de probat. colum. 3. & ibi Paul. de
Caſtr. Alex. in l. publia, §. 1. ff. depoſiti, Butr.
in cap. licet cauſam, eod. tit. ¶ Sicut nec
tollit probationem per inſpectionẽ ocu-
26 lorum † quia adhuc poteſt fieri poſt dictũ
concluſum in cauſa, & did. cita teſtificata,
Bal. in l. ſi quis teſtibus in fine, vbi Salycet.
C. de teſtib. Ludouic. Pontan. in rubr. ff. de
arbitr. col. 14. & in rubr. de probat. Alexan.
d. l. publia, ff. depoſiti Io: Bertacchin. in ſuo
repertorio verbo probatio, part. 4. fol. 185.
col. 3. & 4. & per ea, quę dixi in Cõſuet. Pa-
nhor. cap. 42. num. 29 30. 31. 32. 33. vbi quod
nulla virtus eſt quæ poteſt eam exclude-
re. ¶ Eodemque modo nec impeditur
27 † interrogatio fieri poſſe per Iudicem ad
inſtantiam partis contra alteram in cau-
ſa ſummaria, vt eſt Gloſſ. in verbo, inter-
rogabit d. Clement. ſæpe, extr. de verbor. ſi-
gnif. vbi Canoniſtæ, & Lanfranch. Specu-
lat. d. tit. de renunt. & cõcluſ. §. 1. idem Lu-
douic. Romani. in eadem l. admonendi, vbi
etiam Iaſon, col. 49. ff. de iureiur. Gloſſ. in
d. verbo, interrogationes, de probat. Ant.
de Butr. in cap. 1. de iudic. & ibi etiam
Aret. in 4 col. Marſil. ſingul. 155. ¶ Immo
ſicuti ipſa concluſio in cauſa tacitè fit, vt
28 tetigimus ſuperius, ſic † & tacitè reuoca-
tur

tur per Iudicem, non autem per partem,
v.g. ſi ipſe Iudex poſt eam admiĉteret ar-
ticulos, Affliĉt. deciſ. 115. ex Rot. deciſ. 5.
incip. Item ſi poſt in antiquis, aliàs deciſ.
707. Ant. de Butr. & Io: de Imola in cap.
auditis in fine, de procurat. Abb. in capit.
quoniam contra col. 13. de probat. Alex.
in d.l. admonendi, col. 14 vbi etiam Iaſon,
col. 48. verſic. adde quinto, ff. de iureiur. i-
dem Abb. in cap. cum dilectus, col. 2. de fi-
de inſtrum. idem Alex. in l. quod iuſſit, col.
pen. de re iudic. & conſ. 65. lib 4. qui infert
29 quòd admiſſio teſtium † poſt publicatio-
nem proceſſus factam à Iudice, tollit bene-
ficium iuris, quod eſſet, vt teſtes poſt pu-
blicationem proceſſus non admiĉtantur,
Cardin. in Clem. teſtibus. col. 2. de teſtib. &
idem eſt quando ipſe Iudex admiĉtit in-
ſtrumenta de nouo rep. rta, quia reuocaſ-
ſe videtur dictum concluſum in cauſa, vt
per eandem Rotam vbi ſupra, & Alex in
ead. l. admonendi, col. 9. ff. de iureiur. Bal-
bus, deciſ. 23. Bellamer. concluſ. 52. Natt.
conſ. 251. & ſeq Guid. Pap. Ant. Sola, &
alij, de quibus per Tepatum vbi ſupra, &
ſuo loco aliàs in hac materia concluſionis
in cauſa dante Domino ſortaſſis ſupplebi-
mus ¶ Cõcludamus igitur quòd hoc capit,
vt eſt tactum ſuperius in initio, loquitur
de cauſſis criminalibus proceſſiuis non de
30 palatinis † niſi in caſibus grauibus, & atro-
cibus, vt de iuris adhuc diſpoſitione ait; Fa-
rinat de indic. & tortur. quæſt. 38. part.
2. vt dicã nũc, vtputa in crimine læſæ Ma-
ieſtatis, vt hic ſentitur ibi (*niſi in crimine læ-
ſæ Maieſtatis*) quaſi dicat quòd ſic, vt vidi-
mus ſupra in d. cap. 34. in 2. notab. verſic.
tertius modus; & notauit Ballus relatus,
per Maur. Burgio, in tract. de modo pro-
ced. ex abrupto quæſt. 1. quòd hinc ab iſto
31 capit. etiam fortè fuit ſumptus † ſiue ori-
ginem habuit modus prædictus procedẽ-
di ex abrupto, & non diſplicet, eſto ipſi de
Burgio hoc diſpliceat, & negat; quicquid
ſit igitur quando ex proceſſu prædicto cõ-
cluſo, indicia non ſunt totaliter euacuata,
interloquitur, quòd reus torqueatur, vt in
d. cap. 34. tenuimus in d. 2. notab. verſic. ſex-
tus modus, cum dicto verſic. circumſcrip-
tis, &c. & ita inter alias conſiderationes
poſuit ipſe Farinat. d. quæſt. 38. num. 7. &
32 ſeqq. & nõ aliter † de facto ponatur vllus
ad torturam, niſi prius facta, & lata dicta
interloquutoria, & ita vtimur, nam ſemper
dicimus, fiat diſpenſatio, vt poſt Brun. Bar.
Foller. Gom. Marſ. Carauit. Carrer. Rim.
Franc. Perſonal. Carrer. Mõticell. & alios
more ſuo cumulatos, ponit ipſe Far. vbi ſu-
pra, neq. hoc eſt extra propoſitũ, quia lo-
quẽdo de Curijs inferioribus, (nã à M. R.
C. ſecus eſt) poteſt à tali decreto, & inter-
33 loquutoria dari † appellatio, etiã à com-
minata tortura, vt concluſi in Commen-
tar. Conſuet. Panhormi, cap. 16. num. 23.
& 24. ex quo ſtatim erunt ligatæ manus
Iudicis, vt per Marant. de ordin. iudic. tit.
de appellation. num. 201. qui ſubdit quòd
in Regno Neapolis eſt cap de hoc expreſ-
sè loquens, & ita poſt text. in l. 2. C. de ap-
pellat. recip. Bart. Bald. Ang. Alber. Guid.
de Suzar. Gandin. Gomez; Arnon. Cor-
tam, Marſil. Foller. Brun. à Sole, Franch.
March. & mille ait ipſe mei Farin. d. quæſt.
* 38. num. 10. vbi de com. * opin. pluries te-
ſtatur, & recordor etiam citaſſe in d. Con-
ſuet. Panhormi, eſto aliqui voluerint quòd
quoties ſumus in materia ſententiæ diffi-
nitiuæ, vel interloquutoriæ, in criminali-
34 bus, non admiĉtatur appellatio † etiam ex
quodam Motu Proprio Pontif. tamẽ quo-
ties reus, contra quem interloquitur, tor-
queatur, vel fiat diſpenſatio, eſt in carceri-
bus, prout ita ſupponitur, admiĉtitur ap-
pellatio, ex Brunor. à Sole, & Giaecario ad
Clar. per eum citatis in ſumma pendente
tali appellatione ſuperſedendum eſſe ait,
quia ſumus in actu irreparabili, & manus
iudicis eſſe ligatas, adeo vt ſi fortaſſis pen-
dente dicta appellatione, reus torquere-
tur, confeſſio eſſet nulla, non obſtante etiã
illa cautela, de qua poſt Marant. memini
in d. Conſuet. 16. loco citato, ſcilicet de in-
terloquendo ſub tondula, & currula, ſecre-
tè, & non palam, quando reus ibi ductus
eſſet, quaſi quod reus tunc non poſſit ap-
pellare, quia hæc cautela reijcitur per eũ-
dem Farinat. num. 21. reprobato Claro,
Cumia, de Noſtratibus, Franciſc. Perſo-
nali, Vmber. Loc. & Flaminius Cartari, lo-
cis citatis per eum, & num. 22. qui ait hanc
cautelam eſſe inanem, omni iure, & ratio-
ne carentem, ex quo omni tempore, &
momento ſtatim ac reus videt ſe ligari,
poſſet appellare, niſi appellatio eſſet friuo-
35 la † & calumnioſa, euidenter, non autem
dubia, ad dilatandum iudicium, arg. eorum
quæ dixi in deciſ. 17. nu. 2. quia verum eſt
tunc poſſe iudicem ad vlteriora procede-
re, quod quomodo ſit, vide latè per eum,
num. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31. & hæc
procedunt maxime quando ſumus in cau-
ſis criminalibus proceſſiuis factis defen-
ſionibus, vt ipſe Farinaz. ſentit ſub d. num.
30. quia in cauſis Palatinis non vidi dari
36 appellationem, ſed grauamen † cum clau-
ſula ordinaria, de ſuperſedendo per men-
ſem, & per Brun. & Aret. de quib. per ip-
ſum Farinaz. d. nu. 20. & per ea, quæ tetigi.
Ballus, de quæſt. & tortur. q. 27. lib. 2. vbi la-
te, & ſuis locis ſcripſi, & ſiunt litteræ.
SECVNDA Concluſio, quæ oritur
37 ex iſto Regni Capitulo, eſt, vt tortura † de-
beat dari legitimo modo ſic, ibi (*legitimo
modo*) legimus enim apud Noſtrates diuer-
ſa tormentorum genera, ſiue modos, quo-
rum primus eſt, & vſitatus tormentũ cor-
dæ, ſiue funis, quo omnia tribunalia vtũ-
tur, & fidiculum appellatur de iure com-
muni, vt in l. decurionum, vbi Gloſſ. C. de
38 quæſt. qui. modus † ſecundum grauitatem
delictorum, aliquoties fuit datus cum cor-
da groſſa, aliquoties cum corda ſubtili, vt
maiorem inferret dolorem, & in atrociſ-
ſimis, adhuc cum aqua frigida, vt puta in
Y crimi-

Digitized by Google

crimine læſæ maieſtatis, euerſionis ſtatus,
hæreſis, proditionis patriæ, latronibus diſ-
robatoribus, ſtratarijs, & parricidis, maxi-
me contra paruipendentes tormenta, etiã
cum compedibus ferreis, vel ſimili ponde-
re: aduertendo tamen ne diutius in tortu-
ra cum hoc tormento ſtent, quia quando-
que ob immenſum dolorem, & cruciatũ
multi coguntur confiteri ea, quæ non fece-
runt, nec paſſim hoc modo vtatur, ne cru-
deles velint Iudices vocari ſitientes ſan-
guinem humanum, & eorum animæ erũt
in inferno, vt ipſe Farinat. ait d. num. 50.
& 51. vel quãdo, vt nos ſeruamus, vt nõ poſ
ſit reus pedes inſimul iũgere, quã tauolet-
tam vocamus, ſicuti poſt Brun. in tract. de
indic. & tortur. part. 2. quæſt. 2. nu. 6. Mar-
ſil. Conrad. Iodocch. Salycet. Foller. Parid.
de Puteo, Flam. Carrer. Riminald. Alber.
Cartar. & multa alia iura de ſupradictis
pulchrè tractat Farin. ead. quæſt. 38. in d.
tract. de indic. & tortur. num. 49. 50. 51. &
num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. & 66. partis primę
tom. 2. ¶ Secundus modus eſt tormentũ
39 ſtanghettæ † ſiue taxillorum, quod ſolet
dari in ſubſidium, vtputa vel ob ſenectutẽ,
vel aliud corporis impedimentum, quia
pauciſſimi in hoc tormento confitentur,
vt poſt eundem Brun. Marſil. Conrad. &
Cartar. locis citatis, ait ipſe Farinaz. num.
67. ¶ Tertius modus eſt in tormento ſi-
40 billorũ † quo vtitur DD. vel in pueris, aut
in mulieribus, & in leuibus delictis ſubdit
ipſe Farinaz. num. 68. ex eiſdem Marſil.
Conrad. Brun. vbi ſupra. ¶ Quartus mo-
41 dus eſt in tormento ignis † quo etiam in
ſubſidium vtimur in Regno contra reos
bracchijs debilitatos, manu, vel veſſica, aut
aliter, quia captis relationib. ſolemus in-
terloqui, quod procedatur ad tormentũ
dicti ignis, vt de hoc mẽtionẽ facit Brun.
Marſ. Cõrad. Iodoch. Clar. Cart. & alij ci-
tati per ipsũ Farin. nu. 69. & paucos vidi in
hoc confiteri, vt dixi in deciſ. 192. ¶ Quin-
tus, & vltimus modus tormentorum eſt
42 tormentum vigiliæ † quod & ſeruari ait
ipſe Farinaz. num. 70. vbi dicit hoc tor-
mentum fuiſſe inuentum per Hyppol. de
Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. num. 76. & eſſe,
quòd reus ponebatur ſedens ſuper ſcam-
no, ibique aderant duo cuſtodientes, ne
obdormiret, & dormiendo, expergiſceret
per horas quadraginta, ex Cartar. lib. 4. c.
2. num. 7. & 8. qui modus tormenti vigiliæ
ſecuodum aliquos crudeles & ſæuos cri-
minaliſtas ampliatus eſt ad tormentum
43 Capræ † ſiue aquilei, vt poſt Zabarell. in
cap. cum in contemplatione, num. 9. de re-
gul. iuris, Baiard. ad Clar. & Chaſſan. de
quib. per eundem Farinaz. num. 71. & ſen-
tijt Illuſtris Præſes, de Ameſcua in tractat.
de poteſtat. in ſe ipſum cap. 15. num. 7. lib.
44 1. vbi de tormẽto incandenti ferro † aqua
calida, & frigida, quæ ſunt prohibita ho-
die, ex Martin. Debirio, lib. 4. Magicar. diſ-
quiſit. cap 4. quæſt. 4. & 5. & prout de hac
aqua frigida in dorſo pendentis Rei. in
tortura teſtati fuerunt Conrad. Hyppol.
Rimin. Burſatt. & Cartar. de quib. per eun-
dem Farinaz. dict. quæſt. 38. d. num. 51.
¶ Sextus modus adhuc eſt in tormento
45 Polletri † per quod ſcinduntur carnes ip-
ſius Rei, quod eſſe nouum, & inſolitum
dixerunt Foller. in d. pract. crimin. in ver-
bo, Rei indurati torqueantur, num. 11. &
in verbo, etſi confitebuntur, part. 3. tertiæ
partis, num. 7. Fab. à Mõte Leone, in praxi
arbitraria io 6. parte principali, quæſt. 9.
num. 1. & ſeq. Burſatt. conſ. 201. nu. 13. lib.
2. Paris de Put. & alij, relati per ipſum
Farinaz. num. 57. & ſeq. & ab hoc abſti-
nendum, vt dicam inferius ſub verſic. po-
teſt præterea ¶ Addere poſſum. & ſep-
46 timum † qui eſt quando denegatur potus,
& cibus, & alimenta alia, vt dixi in capit.
51. Regis Martini, n. 193. to. 3. vbi etiã, quòd
commorari diu in dammuſellis, & foueis
eſt ſpecies torturæ, alias eſſet licitũ, vt ha-
bes in Regijs Pragmaticis, tit. 31. de caſtel-
lanis, ibiquè ſcripſi, nu. 14. tom. 1. ipſarum
pragmaticar. ex Farinaz. ibi citato, quęſt.
27. num. 96. & quæſt. 31. nu. 204. cum ſeqq.
47 in quibus locis tractado † quòd Dammu-
ſelli, caueæ ſubterraneæ, & foueæ obſcuri,
etiam ſine lumine ſunt prohibiti, maximè
quando aliqui dammuſelli, vel foueæ ſub-
terraneæ eſſent humiditate plenæ, in qui-
bus proſequuti defacili poſſent mori, ex
Cardin. io Clem. 1. quæſt. 7. de pœnit. & re-
miſſ. qui arguit Prælatos detinentes carce-
ratos in tetro carcere, quia efficiũtur irre-
gulares, & homicidæ, Corn. conſ. 325. nu. 4.
lib. 4. ex Marſil. Auchar. Foller. Iodoc. Go-
mez Menoch. & ſimilibus, tamen in mate-
ria vt reus confiteatur, poteſt quandoque
vt dictum eſt per aliquod tempus arbitrio
Iudicis remiſſum detineri, vt in d. capit. 51.
Regis Martin. ſcripſi loco citato, non au-
tem per longum tempus, & maléfacerent
officiales aliter Iuſtitiam facientes, & ca-
ueant à Dei ira, & reprobat quoſdã Mar-
chiones, qui conſtrui fecerant ſimiles fo-
ueas ſubterraneas humidas, & obſcuras.

Ad hunc etiam legitimũ modum poſſu-
mus regulare, vt Officialibus, & Iudicibus,
48 non liceat ponere reos ad torturã † quan-
do comederunt, vel biberunt, ſed debent
expectare ſaltim per nouem, vel decem
horas poſt, vel ſaltim per octo horas, aut
ad minus per ſex, vel quinque, in ſum-
ma expectetur tempus digeſtionis, ne ver-
tatur, torquendo, ſtomachus, & vomendo
patiatur, vt de his teſtatur Marſil. in d. l. 1.
ff. de quæſt. num. 81. Io: Maria Monticel-
lus, Clar. Flamin. Cartar. Paris de Puteo, &
Nouell. quorum mentio fit per eundem
Farinaz. d. quæſt. 38. num 32.

Poteſt præterea, circa hæc verba capi-
tuli poſita, in habendo nempe modum le-
gitimum torturandi, referri, & haberi re-
49 ſpectus per Iudices † vt in tortura inferen-
da, æqualiter non ſint torquendi, ſed ali-
qui grauius, & aliqui leuius, ſecundũ qua-
litatem perſonarum, & delictorum, ac in-
dicio-

Digitized by Google

diciorum, quæ ex proceſſu reſultant, &
ita realiter in his verſari ſolet arbitrium
Iudicis, cõſiderando grauitatẽ delicti, qua-
litatẽ earundẽ indiciorũ, an ſint plura, vel
vnum, qualitatem perſonæ torquendo, an
ſit robuſtus, fortis, iuuenis, ſanus infirmus,
verſutus, ſi habeat animum induratum, ſi
eſt doloſus, debilis, timidus, puſillanimus,
delicatus, & his ſimilia, an ſit nobilis, plebe-
ius, quia de iure volũt Noſtrates quòd Do-
ctori non poſſit dari tortura, vt ait Soc-
cin. Iun. conſ. 40. num. 66. lib. 2. & latè con-
40. nu. 66. lib. 2. & diffusè conſ. 240 elegãter
lib. 3. quamuis non neget quòd quando a-
deſt grauis cauſa & ſuſpicio poſſit, an pa-
tiatur de exudatione venæ, ſi patiatur in
pectore, ſi habeat anhælitus, & cætera, quę
conſiderantur per DD. in l. quæſtionis
modum, ff. de quæſtion. vbi Bart. Marſil. &
* alij, & de com. * opin poſt Clar. in pract.
crimin. §. fin. quæſt. 64. Bald. in l vnica, nu.
9. C. de cõfeſſ. Gandin. Bertazzol. Iodocch.
Parid. de Puteo, Pariſ. Brun. Menocch. Bo-
nific. de Vitalinis, Crauett. Bertazzol. Cy-
rill. Foller. Guid. de Suzar. Ludouic. Bo-
logn. Frãc. Perſonal & multos reſtatur ip-
ſe Farinaz. d. quæſt 38. num. 33. ſicut etiam
demonſtrabo inferius circa dictum arbi-
trium Iudicis in reperitione ipſius torturę,
vt videbimus in verſic. Inſuper reducitur,
ſcripſit enim Lucas de Penna, relatus à
Brunor. à Sole, conſ. ſuo, num. 166. & 164.
50 quòd quidam præ timore † cordæ, videns
eam, ſtatim minxit & egeſtionem emiſit,
ideoque, dũ dicitur hic (*legitimo modo, &c.*)
ſequitur, vt modus ſit, vt prius ſit danda
tortura filio † & poſtea patri vt latè recor-
51 dor ſcripſiſſe in deciſ. 178. vbi etiam quòd
debiliori prius conferatur.
Item conſiderando gradus torturæ
52 † qui realiter ſecundum DD. ſunt tres,
nempe primo territio, minæ, ſpoliatio,
ligatura, & in ordine poſitio ordinata per
Iudices, ſecundo, eleuatio, & detentio in
ea, tertio ſuſpenſio, ictus & ſquaſſatio, ſiue
ſaccatæ arbitrarię, vt per Intrigl. ſingul.
301. & per Clar. in pract. quæſt. 64. Bald.
conſ. 77. num. 8. lib. 3. Boſſ. tit de tortur. nu.
16. Franc. Perſonal. de indic. & tortur. nu.
76. Bonaccoſſ. in comm opin. part. 2. ver-
ſic. tortura eſt triplex ſol. 82. eſto Dominus
Farinaz. in d. quæſt. 38. dicat ex magis
** com. ** opin. eſſe torturę gradus quinque,
quia realiter alios duos, quos ipſe, & DD.
per eum relati ponit, ſemper reducuntur
ad eleuationem, detentionem, & ſquaſſa-
tionem paulo plus vel minus, vbi enim
53 nos ſolemus reum in tortura † poſt eleua-
tionem detinere per ſpacium dimidiæ ho-
ræ incirca, alij detinebant, vel per ſpa-
cium vnius pater noſter, vel miſerere, vel
duorum pater noſter, & duorum miſere-
re, vel per partem vnius horæ, dimidiæ,
vel per duas tertias partes, vt de prædictis
omnibus gradibus torturæ, poſt Cartar.
Ghirland. Foller. Conrad. Hyppolit. Rimi-
nal. Iul. Clar. Parid. de Puteo, & ſimiles
ſcripſit latè ipſe Farinaz. vbi ſupra à num.
34. vſque ad nu. 52. cum ſeqq. & vſque ad
num. 55. vbi in ſumma aduertit Iudices,
primo vt videant ſi quando ligatur reus,
54 ligatura ſit ſtricta † vel cum taxillis, neque
permictant cuſtodes, & ſatellites carcera-
rum, ſiue humanos carnifices verducos ta-
les ligaturas facere, ne voluant, neue ſtrin-
gant, ne cum tali fortè ligatura torta, &
voluta manus miſerorum reorum dila-
nientur, ſed per Medicos, & alios expertos
hoc fiat, vt per eum, num. 36. 37. ſecundo
ne reum teneant ligatum, antequàm illũ
55 torturæ ſubijciant † per longum tempo-
ris ſpacium, vt in num. 38. tertio ne reus in
tortura diutius detineatur, & licet de iure
erat, vt poſſit per horam detineri, & etiã
paulo plus, vt per Ghirland. in tract. de
quæſtionib. & tortur quæſt. 4. num. 4. Fol-
ler. in pract. crimin. verbo, Rei indurati,
poſt num. 16. maxime indicijs vrgentibus,
ac benè probatis, & cõtra reum ſuſpectiſ-
ſimum, & robuſtum, & crimẽ eſſet atrox,
ſcandaloſum, aut furtum magnæ rei, ſacrę,
vel alterius turpis ſacrilegij, homicidij, fal-
ſitatis literarum, & ſimilium. & per Foller.
Conrad. rubr. de negat. crimiu & tormen.
num. 41. Hyppol. Riminald. conſ. 345. num.
47. vol. 4. Cartar. in pract. interrog. reos,
lib. 4 cap. 1. num. 98. cum ſeqq. & de quibus
tetigi inſ in verſ. ſecũda cõcluſ. attamẽ in
Regno ordinariè apud tribunalia ſerua-
56 mus, vt nõ excedatur dimidia hora † quia
ſolet in hoc detineri ampolletta talis, eſt
verum quòd in ſecundo die repetitur per
aliam dimidiam horam, & ſic reducitur
ad horam integram, vt dico inferius in
verſic. Inſuper reducitur, quarto etiam,
vt Iudices aduertant diligenter ad cõquaſ-
57 ſationes † ſiue ſquaſſationes, quę licet ma-
gnum dolorem afferant, quando nempe
Iudex mandat ſquaſſari funem, tamẽ ſunt
minus periculoſæ quam infraſcripti ictus,
vt poſt Burſatt. conſ. 201. num. 9. libr. 2.
Carrer. & alios meminit Farinaz. d. quæſt.
38. ſub num. 54. quinto ad quantitatem
ictuum, qui ſolent eſſe vel duo, tres, aut
quattuor, maiorem enim dolorem ſentit
Reus ſtando ſic eleuatus, & ſuſpenſus in
pendenti, quam dum ictibus funis torque-
tur, vt dixerunt ipſi Burſatt. Carrer. & alij
58 qui ſupra, quia torturæ † modus regula-
tur, non à quantitate ictuum, ſed à tempo-
re pendentiæ, & ita de talibus tractis, ſiue
ictibus cordæ, & funis dixerunt Blanch. in
l. fin. num. 14. ff. de quæſt. noſter Conſiculus
Cumia, in pract. ſyndic. cap. 21. rubr. de
tortur. num. 20. allegatus per Farinaz. ſub
d. num. 54. poſt Caſon. Clar. Bonaccoſſ. Cy-
rill. Aymon. Marſil. Cartar. Baiard. ad Clar.
& ſimiles, & conſequenter debent Iudi-
ces, & Iuſtitiarij obſeruare tempus, in non
59 torquendo immoderatè † ſed moderatè,
vt remaneat Reus illæſus, & ſaluus, & non
debilitatus, vt per d. l. quæſtionis modum,
ff. de quæſt. nam in hoc regulatur prædi-
ctum arbitrium diſcretum, non autem in-

diſcretum in torquĕdo, in quo potius vti
debeant benignitate, quàm atrocitate, in-
clinando in mitiorem partem, ac magis
æquam, ne dicantur ſeueri, crudeles, affe-
ctantes vanam, & inanem gloriam, habĕ-
tes conſcientiam ad Deum, non autem
ad pompam, Caueantque ipſi Iudices non
inuenire noua tormentorum genera, nec
ſpecies, nec inſtrumentis inſolitis vti, vt de
Polletro ſcripſi ſupra in d. verſic. ſecunda
concluſio, ibi ſextus modus &c. & præſer-
60 tim debĕt ſe abſtinere ipſi Iudices † ne reos
torqueant cum proprijs manib. nec per
capillos eos capere, vel per aures dando
ad columnam, vel ſimilia, quæ indecora
ſunt Iudici, eiuſque non conueniunt digni-
tati, ſed onus eſt ſatellitum, & Birroario-
rum, vt de omnibus prædictis ſigillatim di-
xerunt Bald. in l. 1. C. de emendat. ſeruor.
num. 4. Angel. in l. nemo carcerem, C. de
exactor. tribut lib. x. Brun. in d. tract. de in-
dic. & tortur. d. part. 2. num. 7. Gomez. va-
riar. reſolut. cap. 13. de tortur. reor. num. 5.
tom 3. Boſſ. tit. de tortur. num. 4?. Bonac-
coſſ in com. opin. Cartar. & cęteri, de qui-
bus per eundem Farinaz. num. 55. 56. 57.
58 59. Sur. Menoch. Iſer. & multi, de quib.
tractum eſt in d. cap. 34. ſub d. verſic. ter-
tius modus.

Inſuper reducitur ad eundem legitimũ
modum torquendi, de quo hic in textu,
ibi (*legitimo modo*) & de quo dictum eſt
ſupra in d. verſic. ſecunda concluſio, nem-
pe, vt Iudices habeant illam conſideratio-
nem, vt tortura ſemel data non aliter re-
61 petatur † nec Reus torqueatur, niſi noua
ſuperuenerint indicia euidentiora, & for-
tiora primis, ac diuerſi generis, vt tetigi
ſupra in d. cap. 34. ſub d. verſic. tertius mo-
dus, eſto ſimus in atrociſſimis, & confeſſio
facta inde nil valeret, ex quo prima indi-
cia intelliguntur purgata, & euacuata,
perſiſtendo negatiuè in tali tortura, aliter-
que facientes Iudices, denominantur cru-
deles, non habentes Deum præ oculis, ne-
que leges. vt dixerunt DD. in l. fin. C de
quæſt. Bart. Guid de Suzar. Gandin. Paris
de Puteo, Cataldin. Aret. Angel. & Auguſt.
ad eum, Marſil. Crauett. Brun. Foller. Mar-
ſil. Boer. Carrer. Iodoch. Conrad. Hi ron.
de Laurent. deciſ. Auenn. 15. nu. 4. Magon.
deciſ. Lucenſ. 79. num. 9. Gigas de crimin.
læſæ Maieſtatis lib. 2 tit. quomod. & per
quos &c. quæſt. 1. num. 32. Sarmient Sele-
ctar. interpetr. lib. 1. cap. 1. Burſatt. Berta-
zol. Franc. Perſonal. Alber. Clar. Villalob.
Hyppol. Riminal. Menoch. Cyrill. Boſſ.
Gomez. Papienſ. Laurent. de Occa, & alij
relati per eundem Farinat. d. quæſt. 38.
num. 72. 73. vbi ſepties de com. & magis
** com, ** opin. teſtatur, non obſtante con-
ſuetudine quauis, num. 74. 75. 76. 77. 78.

¶ Niſi loquamur quando dicta prima
indicia erant nõ aliter leuia, ſed vrgentiſ-
ſima, manifeſta, vel alio modo, quia nulla-
tenus intelliguntur euacuata per primã
torturam, maxime ſi torturatus reus erat
perſona robuſta, & qui animo, & corpore
primæ torturæ reſiſtentiam fecerit, ſed ite-
62 rum in ſecundo die repetitur † facto ta-
men prius actu in prima tortura, animo
repetendi, vt ſolet, vt poſt Cumiam, Vil-
ladiego, Clar. & mille ait Farinaz. num.
** 104. vt quater de cõmuni, magiſque ** opi-
nione teſtatur ipſe Farinaz. a num. 78. vſ-
que ad num. 85. poſt Ant. de Canario in
tract. de quæſt. 6. membr poſt princip. Bo-
naccoſſ. in com. opinion. part. 1. ſub verſic,
tortura reiterari poteſt, fol. 178. Milleum
in praxi criminali perſeq. fol. 108 Gram-
mat. conſ. 21. num. 25. Afflict. in conſtitut. ſi
damna clandeſtina, cum ſupra dictis om-
nibus Doctoribus proximè citatis, maxi-
mè quando Iudices habendo poteſtatem
detinendi reum per horam continuam
paulo plus, vel minus, vt dixi ſecundum
formam iuris ſupra in verſic. item conſi-
derando, diuiſerunt talem horam arbitrã-
res in prima ligatura, & die ad dimidiam,
& in ſecundo die ad aliam dimidiam ho-
ram, prout regulariter ſic vtimur in Re-
gno in omnibus tribunalibus, ita expreſsè
dicit poſt ſupracitatos DD. Farinaz. num.
*** 83. 84. & 85. vbi de com. * & magis ** re-
cepta teſtatur poſſe iſto caſu deuenire ad
repetitionem ipſius torturæ, ex Auguſtin.
ad Angel. Brun. Boer. Bald. Parid. de Pu-
teo, Carter. Riminal. Bertazol. Bonaccoſſ.
Menoch. Bart. Canar. Ghirland. & multis
quicquid dixerit Bald. in l. 2. nu. 9. C. quor.
appellat. dant enim Iudices in prima
63 † tortura quattuor ictus funis, & in ſecun-
da tres ictus in delictis grauibus, in alijs ve-
ro, tres ictus in primo die, & duos in ſe-
cundo, etiam in tortura data cum clauſu-
la, citra præiudicium probatorum, immo
quando tortura datur in cauſis grauiſſi-
mis, multoties ſolitum fuit dari in tribus
ligaturis, & in tribus diebus continuis ad
nouem tractus cordæ cum interpellatio-
ne dierum, non autem eodem die, vt ſer-
uamus, & eſt de iure ſecundum Parid. de
Puteo, in tract. ſyndic. verbo, tortura il 2.
& 3. num. 3. & cap. 4. num. 5. vbi non omni
die torqueatur. Carrer. in ead. prac crim.
in 2. tract. de indic. & tort. §. circa ſextũ,
de repet. torturæ, num. 3. & 15. Blanch in
tract. de indic. ad eandẽ l. fi. poſt n. 14. Con-
rad. in pract de negat. crimin. & torment.
poſt num. 31. Franc. Perſonalis in tract. de
indic. & tortur. num. 83. nempe in primo
quattuor, in ſecũdo, tres, in tertio duos, &
per Maur. Burgium, in d. tract. de modo
proced. ex abrupto, quæſt. 24. & 42. Andr.
de Iſern. in d. conſtit. ſi damna, & de qua
tango inferius, & iſtud eſt, quod volunt
DD. quòd ſicuti ad arbitrium Iudicis eſt
in torquendo, vt vidimus ſupra in verſic.
poteſt præterea, ſic ad arbitrium Iudicis
ſpectabit circa repetitionem ipſius tortu-
64 ræ † ſaltim in mitiorem partem, vt ex
Monticell. in regul. crimin. 1. num. 12 ver-
ſic. 40. Decian. conſ. 93. num. 13. vol 2. Ma-
gon. deciſ. Lucenſ. 89. num. 11. Eugen. con-
ſil.

Digitized by Google

ſil. 76. num. 12. & ſeq. ſib. 1. & ſic pluries
poſt omnes alios ſupracitatos DD. deter-
minat ipſe Farinaz. num. 86. 87. 88. & 89.
¶ Vel niſi loquamur quando Reus tor-
tus ſiquidem eſt, ſed confeſſus fuit delictũ,
& ductus, v.g. vt ſolet extra locum tormẽ-
torum, vt ratificaret, noluiſſet ratificare,
vtputa quia aſſereret confeſſum eſſe ob
metum tormentorum ¶ vel quia eſſemus
in Ribaldis, qui ſic ſolent facere confiten-
do, & poſtea nolebant ratificare deriden-
do iuſtitiam, dicendo, quòd melius vellent
millies torqueri in bracchijs quam ſemel
in gula, cum Medici potius inueniantur
reaptantes bracchia, quàm gulam, vt poſt
Marſil. Blanc, Gomez. & alios refert ſic
Mediolani Farinaz ſub nu 96. d. quæſt. 38.
65 nec ex ſola † confeſſione poſſent Rei con-
demnari ſtatim, niſi perſeuerauerit in ea-
dem confeſſione ratificando, vt latè vidi-
mus in pragmaticis, prag. 6. num. 23. cum
ſeqq. tit. 2. de offic Iudic. M.R.C. tom. 1.
pragmaticarũ, & in cap. 48. n 34. per vnã
nẽpè diem, vel per vnam noctem poſt ip-
ſa tormenta, ſicuti poſt Ang in l. 2. C. de
cuſt. reorum ait Iaſon in l. ſi ob turpem
ſub num 6. ff. de cond. ob turp. cauſ. tunc
66 illo caſu eſt etiam repetẽda tortura † quia
vltra quòd in hoc caſu ſumus quòd iam ſu-
peruenerunt noua indicia, ſaltim ex d cõ-
feſſione oris ſui, vt dixit Paris de Pu poſt
Cyn & Iacob. de Aret. in d. l. fin. C. de
quæſt. in tract. de ſyndic. verbo, tortura il
3. cap. 4. incip. repetitione torturæ, num.
1 cum ſeqq. & poſt Andr. de Yſern. in d.
cõſtit. ſuperius citata, Brun. d. par. 2. quæſt.
5. num. 58. & num. 60 Marſil. in d. l. repe-
ti, num. 3. ff. de quæſt. Carrer. in pract. cri-
min. in 2. tract. §. circa ſextum de repeti-
tione torturæ, Odoffred. Foller. Gomez.
Salycet. Menoch. Laurenr. de Occa, Ber-
tazol. & ſimiles per ipſum Farinaz. num.
90. & 91. ſi aliter talis Reus dimicteretur
abſque dicta ratificatione. porrò tortura
67 remaneret in viduitate † quod eſſe non
debet. vt ſcripſi in dicta pragm. 6. num. 20.
& in deciſ. 88. num. 2. & 3. in quibus locis
concluſi non poſſe vltra tertiam repeti-
tionem dari in tortura, & licet ſecundum
Blanch. in tract de indic. num. 221. & ſeq.
Carrer. in ſua pract. d. §. circa ſextum, de
repet. tortur. num. 13. Franc. Perſonal. in
tract. de indic. & tortur. num. 86. dicant
dari caſum, vt poſſit ad quartam repeti-
tionem torturæ deueniri, quando confeſ-
ſio ſuperuenit in 3. tortura quod poſſet ve-
rificari ſecundum nos circa illam tortu-
ram ad tria ligamina, vt tactum eſt ſupe-
rios. tamen ille caſus numquam aut rarò
accidit, ſed à Carnificibus ſolet irrogari, vt
poſt Boſſ. & Cartar. ſubdit ipſe Farinat. nu.
97. & 98. & num. 106. ex Enchiridion vio-
lat. religion. tit. 52. num. 42. Burſatt. conſ.
201. num. 87. vol. 2. & conſ. 326. num. 7. vol.
3. & propterea vltra tertiam vicem non
detur, & ita ſtudio fuiſſe factum Actum
per Illuſtriſſimos Domin. Proreges, & ha-
buimus contra illum miſerandum de Sal-
uagio Aurificem. de quo ſcripſi in ſupradi-
* ctis locis; itaque de com. * opin. & in pra-
ctica ſeruari teſtantur DD. vt non tor-
queatur Reus vltra d. tres vices ex eiſdem
Marſil. Grammar. Carrer. Blanch. Foller.
Boſſ. Marcabrun. Magon. Riminal. Perſo-
nal. Cartar. Baiard. Clar. Bald. Parid. de
Puteo, & ſimilib. concluſit ipſe Farinaz. d.
num. 105. & 106. ¶ In vno tantum caſu nõ
68 vidi poſſe dari repetitionẽ torturæ † nem-
pe quando Reus torquetur tamquam ca-
dauer, vt dixit Clar. in pract. crim. quæſt.
64 verſ. veritas eſt Flamin. Cartar. in tract.
de exeq. ſentent. capt. bann. cap. 2. num 68.
& 90. Franciſ. Perſonal. in tract. de indic.
& tortur. num 103. & ita poſui poſt Fari-
nat. in deciſ. M R.C. 37. ſub num. 27. Igneus
Vulpell. Cartar. Boſſ. & alij adducti per
eundem Farin. in tract. de indic. & tortur.
quæſt. 40. num. 27. tom. 2. vbi dicit quod hæc
tortura debet eſſe moderata non plus
ad altius quàm per mediam horam, item
69 item nec quando datur teſti † vario, nẽpè
ſi vnam depoſitionem dixiſſet in vno iu-
dicio, & aliam poſtea extra iudicium, vt
per Intrigl ſingul. 94 cum alijs, vel ſeruo,
70 & ſimilibus † quia iſtis caſibus datur ad
validandam torturam, vt poſui in capit.
59. Regis Fed. nu. 7. to. 2. & latè per eundẽ
Farinaz de indic. & tortur. quæſt 41. dict.
tom. 2. vbi latè quomodo, & quando ¶ In-
telligas etiam, vt dum hic dicitur, quòd
tortura debeat legitimo modo dari, ſub-
audias adhuc, & tẽpore, etenim non in die
71 feriato † danda eſt, ſed iuridico, & ordina-
rio non ſelliuo, nec feriato, niſi in atrocio-
ribus, & capitalibus delictis, vt per DD. in
l. nemo, C. de Epiſcop. audient & in l. pro-
uinciarum, & in l. quadraginta, & in l. a-
ctus, C. de ferijs, Brun. Milleum, Conrad.
Clar. Foller. Brun. & Bonaccoſſ. dixit idem
Farinat. d. quæſt. 38 num. 107. & 108. vbi de
* commun. * opin. & ita poſt multos ſcrip-
ſi in Conſuetud. Panhormi, cap. 71. num.
16. & 17. addo Muſcatell. in pract. crim.
de cognit. delictorum, tit. de priuileg. di-
ctor. crimin. num. 52. fol. 174. Marant. de
ordin. iudic. tit. de appellat. num. 285. vbi
etiam abſque appellatione, ſubdit, latè
Gugl. de Benedict. in quæſt. an occider.
lic. peccatores, num. 15. & ſic obſeruaui-
mus pluries in tribunalib. & recordor
quod in Tribunali Regiæ Curiæ Prætu-
ræ, dedimus cordam prædicto miſero de
Saluagio Aurifici in materia tõſionis mo-
netæ in die Paſcatis Pentecoſtes cum ſe-
quentibus.

Decon.

De confirmatione Caſtellanorum Siculorum, *Cap.* L.

ITem quòd Caſtellani Siculi, vel habentes vxores Siculas, confirmentur in dictis Caſtellanijs, cum iuribus, & redditibus conſuetis, & gratijs conceſſis prætextu dictæ Caſtellaniæ, maximè ſi propter merita, & ſeruitia conceſſæ fuerint Caſtellaniæ his, qui in ſeruitijs Regijs diutiſſimè vacauerint, & ſic ſupplicat Vniuerſitas totius Regni, ſaluis nihilominus priuilegijs, & iuribus Vniuerſitatum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum dicti Regni, & priuatarum perſonarum ¶ Viſis gratijs, & exhibitis priuilegijs, prouidebitur.

De hoc Officio Caſtellanorum, vidimus plura in cap. 40. Regis Iacobi, tom. 1. & in cap. 49. Regis Federici, tom. 2. & ad cap. 38. Regis Alphonſi, tom. 4. cum concordantibus ibi apportatis ad alia capitularia Regni, & ad Conſuetudines Panhormi, in ipſis locis plenè diſcuſſi.

De confirmatione priuilegiorum, quòd Vniuerſitates demaniales poſsint componere delicta. *Cap.* L I.

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni Sacræ Regiæ Maieſtati, cum aliquæ Vniuerſitates demaniales habeant merum, & mixtum imperium, & habeant priuilegium, quòd poſſint componere in aliquibus delictis, quòd placeat Sacræ Regiæ Maieſtati confirmare ſibi dicta priuilegia, ita quòd poſſint componere iuxta formam ſuorum priuilegiorum, etiam ſi propter abuſum, vel aliter fuerit derogatum dictis priuilegijs, ¶ Viſis priuilegijs prouidebitur.

Latiſſimè materiam compoſitionis ſcripſi in diuerſis locis reportatis in pragmaticis, tit. 68. de compoſitionibus, &c. tom. 1. ipſarum pragmaticarum, præſertim, num. 1. vbi quòd habentes merum, & mixtum imperium cum priuilegio componendi delicta, vt hic, poſſunt admictere proſequutos ad compoſitionem, & in cap. 51. Regis Martini, in 8. obſeruantia, maximè, num. 214. tom. 3. ex Canoniſtis, Carauit. Pedamont. Tapia, & cæteris, ibique concluſi, quòd non ſufficit ſolum habere mixtum, & merum imperium, niſi concurrat, & demonſtretur priuilegium, quo demonſtrato dicit Rex hic, prouidebitur, & ſic eſt neceſſe, vt in ſpecie Rex confirmet, alias eſt abdicata omnibus Officialibus facultas componendi, vt in dict. pragm. num. 7.

De compotis videndis Regiarum collectarum, *Cap.* L I I.

ITem, pro maximo commodo, & auantagio Magnæ Regiæ Curiæ, cum iuſtiſſimum ſit, quemlibet adminiſtratorem rerum, & maximè publicarum pecuniarum, diſpungi, & calculum cum reſtitutione reliquorum reddi debere, ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Iuſtiſſimo, & ſacratiſſimo Principi, vt placeat, & dignetur mandare, quòd ij, ad quos peruenerint pecuniæ collectarum, teneantur reddere calculum diſtributionis ipſarum, & reſtituere reliqua Regiæ Curiæ. Et, vt rectè, & legaliter fieri poſſit dictus calculus, placeat mandare, quod eligantur tres probi viri de tribus Ciuitatibus Regni experti in calculis faciendis, & incolæ, & habitatores ipſarum Ciuitatum, qui habeant poteſtatem maximam, & amplam in præfatos pecuniarum Perceptores, & diſtributores ad eos compellendum ad calculum, & reliqua reſtituendum Regiæ Curiæ, qui tres viri eligi debeant, vel per Sacram Regiam Maieſtatem, vel per Conſilium generale cuiuslibet Vniuerſitatum, hoc eſt, quòd quælibet vniuerſitas, per conſilium, vt ſupra, habeat eligere vnum eorum incolam, & ciuem, idoneum, & legalem, qui etiam poteſtatem habeant ſuper extorſionibus indebitè factis ¶ Placet Regiæ Maieſtati, dum tamen videantur huiuſmodi computa, & diſpungantur per Magiſtros Rationales Regni, vel alium fidum, &, interuenientibus aliquibus de Regno pro Regia Maieſtate, habita relatione ab Ambaxiatoribus Regni, & nominat incontinenti ipſa Regia Maieſtas, ad interueniendum in dictis computis, videlicet, Chriſtophorum de Benedictis, Bartholomæum de Lombardo, & Hieronymum de Anſalone.

SVM-

SVMMARIVM.

Calcula, & computa ſunt quædam rationes, in quibus recepta, data, & ſoluta continentur, n. 1. cum ſeqq. & reſtituantur reliqua, num. 3. & 6.

Computa ſunt rationes, in quibus ſoluta, & accepta diſcutiuntur, ibid.

Iurati locorum petunt compotum ab his, qui habent pœnes ſe pecunias vniuerſitatum, num. 2.

Magiſtris rationalibus incumbit etiam cognoſcere computa vniuerſitatum, ibid.

Tutor debet dare compotum, & reſtituere reliqua, num. 3. & ſeq.

Tutori relinqui poteſt liberatio, ne det compotū, maximè in parte; num 4. intellige de ſcrupuloſa, non de doloſa adminiſtratione, num. 5.

Tutor nobilis habet omnem præſumptionem pro ſe, ibid.

Reliquorum appellatione quid contineatur, num. 6. cum ſeqq. & num. 12. cum ſeqq. & veniunt introitus, & exitus, recepta, & expenſæ, num. 15. 18.

Cum, dictio, denotat quandam ſimultatem, & requirit concurſum vtriuſque, nu. 7. & coniungit acceſſoriè, num. 9. & ſeq.

Copula, &, non requirit de neceſsitate concurſum, ibid.

Sindicari licet non debeant aliqui officiales ſtante ſic ſtatuto, tamen a reliquorum reſtitutione tenentur, num. 8.

Accuſator accuſans aliquem ſe eſſe percuſſum cum maxima ſanguinis effuſione, debet probare hanc qualitatem per concurſum, num. 10.

Computa, & rationes qui tenetur reddere, eſt etiam obligatus reſtituere inſtrumenta, nu. 11. cum ſeqq.

Pretij reliqui vbi eſt facta mentio, infertur partem eſſe ſolutam, & partem eſſe diſpoſitam, num. 12.

Rationem reddere iuſſus poteſt petere, vt ponantur calculatores, qui iudicabunt etiam de reliquis, num. 13.

Compotum qui tenetur reddere, eſt obligatus reſtituere etiam reliqua, num. 14. & ſeq. & ſcribere, & continere nominatim ex qua cauſa, num. 16. ſcribendo omnia clarè, & ſine fraude, num. 17. cum ſeq.

Libri computorum debent eſſe ſine fraude, & clarè, & an poſsint in parte acceptari, & in parte negari; ibid.

Libri Introitus, & exitus debent eſſe connexi, vt confeſsio introitus non præiudicet, niſi acceptetur exitus, num. 18.

Hæres tenetur fideicommiſſario vniuerſali reddere rationem, & compotum, num. 19.

Inuentarium eſt caput rationis, num. 20.

Magiſtri rationales infra quantum temporis debebant terminare quæſtiones computorum vniuerſitatum, ibid.

Computa qui reddere tenentur ſi non comparēt, habentur pro confeſsis, num. 22. & ſeq.

Verbum, confitetur, & magis damnoſum dicitur ficta confeſsio, & quando, num. 23. cum ſeqq.

Citatus, vt reſpondeat, ſi eſt contumax habetur pro confeſſo, & quomodo, num. 23.

Confeſsio facta in iudicio idem operatur ac vera, num. 25.

Expenſis in minutis ſtatur iuramento adminiſtratoris, num. 26. & 28. 29. nec de omnibus, paruis expenſis debent confici inſtrumenta, num 27. declara quando expenſæ ſunt rationabiles, num. 30.

Iuramento adminiſtratorum, & exequutorum ſtatur circa expenſas minutas, & non notabiles, num. 29. dummodo ſint rationabiles, num. 30.

Minima non curat Prætor, num. 31. inferas ad plura cum ſeqq. fallit in multis caſib. num. 37. cum ſeqq.

Iniuria minima non curatur, num. 32.

Eſculenta & poculenta minima non ſunt in conſideratione num. 33.

Pretium minimum non annullat contractum ſubiugatorium, num. 34.

Cenſus bullaris an annulletur ob defectum pretij minimi, ibid.

Computatio non annullatur ex paruo defectu, num. 35.

Pœna non incurritur ex defectu vnius minimi, num. 36.

Hæreditas præſumitur adita eſſe ſi quid minimum poſsideatur, vtputa vna camiſia, num. 37.

ESSET materia tractanda ſuo loco in
pragmaticis tit. x. de Officio Percep-
torum, de quibus hic tangitur, ibi (*pecu-
niarum Perceptores*) tom. 2. dicam tamen
aliqua, de quibus in alijs partibus huc me
remiſi, vt in progreſſu videbimus, & præ-
ſertim, dum hic eſt facta mentio compu-
1 torum, ſiue calculorum, quæ † ſecundum
ea, quæ dicunt DD. ſunt quædam ratio-
nes, in quibus recepta, data, & ſoluta con-
tinentur, vt poſui ſupra in cap. 47. Regis
Iacobi, tom. 1. ſic habes etiam ſupra in ca-
pit. 116. Regis Federici, in verſic. tertium
2 tom. 2. vbi Iurati † locorum petunt com-
potum ab his, qui habent pœnes ſe pecu-
nias Vniuerſitatum, & ita hic innuitur,
dum dicitur, quòd ijs, ad quos peruenerint
pecuniæ Collectarum, prout ſunt ipſarum
pecuniarum Perceptores, teneantur red-
dere calculum diſtributionis ipſarum, Of-
ficialibus, in hoc deputatis, vtputa, Magi-
ſtris Rationalibus, vt ſubdam inferius in
verſic. & ad decretatam, num. 21 quorum
officium eſt hæc videre, & eſt de iure, vt in
ipſis pragmaticis, loco citato eſt dictum in
principio, & conſequenter eſt neceſſaria
reſtitutio reliquorum vt hic habetur, ibi
(*& reſtituere reliqua Curiæ*) & ibi (*ad reli-
qua*

qua reſtituendum) vt in d. cap.47. Regis Ia-
3 cobi adhuc tetigi de tutore † Ruyn.conſ.
54.num.12, Damauder.de tutor. cap.3.nu.
27. Couarr.lib.2.var. reſolut. cap.14. addo
poſt Ferrat. Bart. Dec. Soccin. Gozadin.
Pariſ.& alios Iacob.Menocch.conſ.22. ne
aperiatur via dolis, & fraudibus, quamuis
ipſe, nu.3. limitet, ſecus eſſe, quando tutor
relictus eſſet coniuncta perſona, vt ſocer,
4 quia tunc valet liberatio † ne det compo-
tum, idemque in patre relicto tutore à fi-
lio, num.4.& quicquid ſit, eſto quòd ſimus
in quouis tutore, iam de negligenter ad-
miniſtratis venit liberatus, ex Bart.Goza-
din. Iaſon.& alijs, num.5. maximè in tuto-
re nobili, pro quo eſt omnis præſumptio
poſt Crauett. Barbat. locis citatis, num. 7.
non autem de doloſè, quia ſcrupuloſa, &
curioſa inquiſitio remiſſa cenſetur, ſecus
5 vero de doloſa † vt poſt Bal. Dec. Andr.
Barbat. Damader. Baeza, Gomez. Graſ-
ſum, Couarr. Rolland. Caualcan. Fulgoſ.
March & alios latè examinat hanc mate-
riam Munnoz, de Eſcobar.de ratiocin. ca-
pit.5. per totum, maximè quando relicta
eſſet liberatio, in omne id, in quo condem-
nari contingerit, quia tũc de neglectis, &
omiſſis nõ tenetur, vtputa ſi tutor de pecu-
nijs pupillaribus nõ emiſſet reditus, prout
regulariter teneretur, vt ſuis locis vidimus
in Bulla, ampliat.23.nu.186 to.5. Plot de in
lit. iur. nu.237. Padill.in l.cũ neceſſitatem,
nu7.C.de fideicõm. ¶ Intentum, vt quan-
6 do eſt facta talis mentio reliquorum † tũc
talia verba importent, ſimul reliqua cum
adminiſtrationis redditione reſtituere,
non autem quòd principaliter per ſe reſti-
tuere teneantur debitores adminiſtrato-
res aliquam quantitatem abſque eo, quod
procedit ex reſtitutione adminiſtrationis
7 prædictæ, quia dictio † cum denotat quan-
dam ſimultatem, & requirit de neceſſita-
te concurſum vtriuſque, quamuis ſecus ſit
in copula, &, vt poſui in cap. ſi aliquem,
quod eſt cap.33. Regis Iacobi in 3. prærro-
gatiua, ſub verſic. item maſculus, tom.1.
& in deciſ. M. R. C. 9. num.8. & per ea,
quæ ſcripſi in conſuet. Panhor. capit. 50.
num. 68. argumento eius, quod ſcribitur
de officiali ſyndicando ſupra in cap.7. Re-
gis Martini, num 118. tom. 3. vbi poſui
8 † quòd ſtante ſtatuto, ne officialis ſyndice-
9 tur † tamen quin teneatur ad reliquorum
reſtitutionẽ, hoc non negabitur, item quia
talis dictio, cum, coniunngit acceſſariè,
memini in capit.ritus, 166. num. 1. & in
d. cap. ſi aliquem, & in alio cap.159. eiuſ-
dem ritus, in prima parte, ſub verſic. ca-
uetur, tom.4. vbi percuſſus cum ſanguinis
10 effuſione † vel inſultatus cum extractione
armorum, debet probare hanc qualita-
tem, & per concurſum: in ſumma iſta
verba, cum reſtitutione reliquorum, de-
notant ſimultaneitatem, & concurſum,
vt eſt dictum, & reſtitutio reliquorum
accedit redditioni adminiſtrationis, l.cum
ſeruus, & l.ſi cui, & l.qui ſub conditione, ff.
de condit. & demonſtrat. l. 1. §. offic. ff de
tutel.& ration.diſtrah. vbi Bartol. & Gloſſ.
dicunt, quòd qui tenetur reddere rationes
11 † & computa, eſt etiam obligatus reddere
inſtrumenta. quia eſt mixtura dandi, ex
Iaſon. in l. 1. ff. qui ſatiſdar. cogant. Rota
Bononienſ. deciſ.77. ſub num. 5. & per ea,
quæ poſt Foller. ait Dom. Scipio Rouitus,
in prag. 5. Regni Neapolis, tit de adm. vni-
uerſ num. 5. & 6. Franc. Burſatt. conſ. 105.
ſub num.1. & per Bald. & Salycet. in l. ſi
quidem, C.de tranſact. qui aiunt, quòd vbi
12 eſt facta mentio reliqui. pretij, † infertur
partem eſſe ſolutam, & partem iam eſſe
diſpoſitam in præcedentibus, l.ſi quis ita,
§. ſeia, ff.de verbor. obligat. Caſtrenſ. in l. ſi
ex pluribus, col.2. ff. ſolut. matr. Surd. con-
ſil.308. num.42 lib.3. vnde, ſi quis iuſſus eſt
13 reddere rationem † poteſt petere, vt po-
nantur calculatores, qui iudicabunt etiam
de reliquis, per d.l. ſi cui, ff. de condit. &
demon. ibique idem Bart. l. 1. C.de vſufr. &
fruct. legat. vbi etiam Additio, addo prædi-
ctis Paul.de Caſtro, conſ.369. Ad primum
quæſitum, Gloſſ. Pariſienſ in conſuet. §. 6.
Gloſſ.6, num. 20. Carol.Ruyn. latè in conſ.
54.num.13. lib.1. & conſ 69. lib. 2. Angel.
conſ.175. Alex. conſ 54. lib. 2. Petr de An-
charan. conſ.117. Ioann.de Anan. conſ 80.
Boer. deciſ.295. in princ. vbi ſubiit, quòd
14 tenentur reddere compotum † & reliqua
reſtituere, & quæ dicuntur ſupra in cap.
42. vbi de hoc, reliquo, pulchre Mũnoz, de
Eſcobar in eod. tract.de ratiocinijs, cap.4.
num.17. poſt Soccin. conſ.24. col.xj. per l.
quamuis, ff de condit.& dem. quæ alibi di-
15 cuntur introitus, & exitus † ideſt recep-
ta, & expenſæ, v.g. talis anni, l.thais, §. li-
bertus, vbi Gloſſ. in verbo, fuerunt, & Be-
nedict. de Plumbino, ff. de fideicomm. li-
bert. Gloſſ. in l. 1. C.de apoch. publ. & ſcri-
16 bere, & continere † nominatim, ex qua
cauſa, l.apparitores, C. de exactor. tribut.
lib.x. & etiam ſpecialiter cui dederunt, l.
neminem, C.de ſuſcept. eod. lib. cum die
receptionis, & traditionis, l.2. C. de Naui-
cular. vbi Bart. & Luc.de Penna, lib.xj ſcri
bendo omnia clarè, ne aliquid ſit fraudis
17 † aut machinationis, l.argentarius, ff. eod.
Scipio Rouit. loco citato, vbi refert, an di-
cti libri poſſint in parte acceptari, & in
parte negari, ex multis à ſe citatis, ſubdens,
18 quòd introitus, & exitus † ſunt ita conne-
xi, vt confeſſio introitus non præiudicet,
niſi acceptetur exitus ex Franc. March.
deciſ.60. part.1. ¶ Non tamen ex hoc ſe-
quitur, vt in omnibus caſibus, in quibus eſt
reddenda ratio, vel compotum, debeat e-
tiam conſequẽter fieri reſtitutio reliquo-
rum, ſed poteſt dari caſus, in quo redditio
facienda eſt, nõ tamen reſtitutio, v.g. in hæ-
19 rede † qui tenetur fideicommiſſario vni-
uerſali reddere rationem, vt notat Bart. &
Gloſſ in l.titio centum, §. titius, ff.de con-
dit. & demonſtr. nu.2. quem ſequitur Bald.
in l. filium, quem in fine, C. famil. hæreſc. &
hinc eſt, quòd fit regulariter inuentarium
vt ſub-

20 vt ſubdit idem Bart. ratione quia † inuen-
tarium eſt caput rationis, tetigi in Adno-
tationibus, ad Ritum, cap. 122. in littera
B, tom. 4.

Et ad decretatam hic poſitam per Sere-
niſſimum hunc Regem, dum ſubditur, &
limitatur, vt huiuſmodi computa videan-
tur, & diſpungantur per dictos Magiſtros
21 † Rationales huius Regni, vt in d. pragma-
ticis dixi d. tit. x. verſ. quibus cognitis, &
tactum eſt ſuperius hic ſub nu. 2. ſic etiam
innuitur ſupra in eod. cap 47. Regis Iacobi,
ibi (*coram Magiſtris Rationalibus*) & in cap.
31. Regis Federici, tom. 2. vbi ſubditur,
quòd infra tempus vnius anni debeat ter-
minari quæſtiones aliàs non teneatur poſt
dictum tempus, quamuis dubitem de tali
inſtantia, vt non ſit verum hodie ſtante
noua pragmatica circa inſtantias, vt ſuis
locis diſpoſui, & non comparentibus his
22 † qui debent has rationes ſiue computa
reddere, habebuntur ij pro confeſſis, & cõ-
uictis vt ibidem, argumento verbi confite-
tur, & magis damnoſi. vt dixi in cap. ritus,
97. num. 41. & quæ ibi adnotaui d. tom 4. &
addo Io: Aloyſ. de Septimo in ali. ritu 132.
23 vbi loquendo de hoc verbo † confitetur,
& magis damnoſo. ait, quòd licet ſit ficta
confeſſio, ex Bart. in l. 3 §. hæc verba, ff de
negot geſt. Bald. in l ſi finita, §. iulianus, ver
ſic. ſed etſi, col. 5. ff. de damn. inf. & in l. 1.
col. 2. verſic do ſecundam rationem, In-
noc. in cap. Piſanæ de reſtit. ſpoliat. ta-
men, quoties reus eſt citatus a Iudice, vt re-
24 ſpondeat & contumax recuſat † habetur
pro confeſſo, etiam ante litem conteſtatã,
cap 2. & ibi Gloſſ. & DD. in verbo, vobis,
de confeſſis in 6 Bart. in l. de ætate, § tacuit,
ff. de interrog. action. & in l. certum, vbi
Angel ff. de confeſſ. & conſequẽter ex ta-
li confeſſione poſſe cauſari illam cedulã,
de qua in d. cap. Rit 132. vt ſubdit idem de
Septimo, & ibi tetigi. num. 40. in eiſdem
Adnotationib. ſubdens ipſe Io: Aloyſ. de
Septimo. quòd hinc eſt, vt non obſtet, quòd
haberi pro confeſſo ſit caſus fictus, vt ex
DD. ſuperius citatis, quia hoc verum, niſi
25 caſus fictus † procederet à iure communi,
ex Anchar. poſt alios in cap. ex parte, de
Cleric. non reſiden. tum quia ficta cõfeſ-
ſio in iudicio idem operatur, quod vera, ſe-
cundum Bald in l. quoniam, ff de his, qui
not. infam. ¶ Benequidem quod in ex-
26 penſis valde † minutis ſtatur iuramẽto ip-
ſius adminiſtratoris, vt dixi in conſuet. Pa-
nhor. cap 53. num 25 addo DD. in l. ſi quis
pro redẽptione, C. de donat. & in l. diuus,
ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. Boer. conſ.
65. & d. deciſ. 295. ſub num. 3. in fine, Bart.
& Bald in Auth. contra qui, C. de non mu-
ner. pec. Florian. in l. quoniam, in fine, ff. de
vſur. ratio eſt quia nõ debet de omni pau-
27 ca expenſa † inſtrumenta conficere, ne to
tum eatur, & pergat in eam, & ideo infe-
runt DD. omnes in l. ſcimus, C. de iudic.
quòd quando reus contumax non debet
audiri, niſi prius ſoluat expenſas actori,
arg. eorum, quę diximus in Ritu 188. n. 24.
28 cũ ſeqq. tales expẽſæ † profectò ſi ſunt par-
uæ iuramento ipſius probabuntur: ſimili-
ter Cyn in l. id, quod pauperibus, C. de E-
piſc. & Cleric. ait, in exequutoribus teſta-
mẽtorum aſſerentium ſe expenſas feciſſe,
29 v.g. minutiſſime, & non † notabiles pro-
babũtur per ſoli eorũ iuramẽtũ, vt ait Ad-
ditio ad Speculat. in tit. de inſtr. edition.
§. nunc vero, ſub num. 21. littera K, vbi re-
fert de quodam qui de triginta millibus,
expendiderat duo millia, talem redditio-
nem reddidiſſe. quam tamen redditionem
non puto in hoc procedere, Federic. conſ.
240. l. ſi quis pro redemptione, verſic. pe-
nult. C. de donat. & ita limitat Iaſon in l.
ſcimus, §. in computatione, num. 6. & 7. C.
de iure delib r. vbi etiam ſubdit, quod vl-
tra modicitatem requiritur quod tales
30 expenſæ ſint rationabiles † quas quilibet
paterfamilias vir ſimiliter feciſſet, aliàs
nedum non probantur per tale iuramen-
tum, quinimmo nec ſi probarentur per
teſtes, & inſtrumenta, deberentur, ſecun-
dum Bart. in l. quæ ſub conditione, ff. de
condit. & demõſtrat. quem ſequitur Paul.
de Caſtro, & Iaſon in d. §. in cõputatione.

Ratio poteſt eſſe, quoniam vulgatiſſimũ
31 eſt in ore omnium, quòd de minimis † nõ
curat Prætor. vt dixi in cap. 9. Regis Iaco-
bi, num. 59. & in capit. 62. num. xj. tom. 1.
Affl. in cap. 1. §. ſiquis de manſo, In 3 notab.
de controuerſ. inueſtit. & in cap. 1. § præ-
terea, quæ ſit prim. cauſ. ben. amiſſ. &
per ea, quæ ſcripſi in deciſ. M. R. C. 36. nu.
32 24. vbi ſic de iniuria † minima, & in deciſ.
101. num. 12. ſic de minimis in materia e-
33 ſculentorum † & poculentorum non
curatur, dixi in pragmaticis, tit. 13. Officia-
li Regij muner. ne accip. num. 25. tom 1. ip-
ſarũ pragmat. ſic de re modica falſiter do-
nata vide in deciſ. 38 ſub num 13. ſic in
materia bullaris, ſiue cenſualis contractus
34 minimum pretium non annullat † ſubiu-
gationem defectu ipſius, ex adductis ſuper
Bulla in fine, num. 518. tom 5. Sic in caſu
iuramenti fidelitatis non præſtitæ de feu-
do minimo, & Caſtrunculo vidimus ſupra
35 in cap. 12. limit. 2. ſic paruus defectus † in
computatione non vitiat, vt per Bald. in l.
1. C. ſi aduerſ. ſolut. & in l pro hæreditarijs,
verſ. xj. de hæred. act. inquientẽ eſſe hoc
multũ ſingulare, & notabile, nec alibi in-
ueniri, idem Bald. in l. eum qui, §. in popu-
laribus, ff. de iureiur. vbi infert quod ſi
quis teneatur ad certam quantitatem
36 ſub pœna † ſi deficiat in vno nummo, eam
non incidit, & in rubr. C. de cõtrah. empt.
quæſt. x. & in l. 2. quæſt. 12. C. de reſcind.
vendit. Additio ad eundem Bart. in l.
quamuis, ff. de condit. & demonſtr. Imo
quandoque, eſto verſemur in magnis, re-
ſpectiuè tamen in modicis verſamur, &
de Alexandro Magno, & de Regina Ma-
tilda donantibus magna, parua fuerit ex-
timata, vt videbimus infra in cap. 84. pro-
pe medium. Quamuis ad hanc regulam

Digitized by Google

37 detur limitatio, nec procedat ✝ in hæreditate, quæ licet non præſumatur adita, niſi probetur, tamen ſi quid minimum poſſideatur, vel datum ſit, vtputa vna interula, vel camiſia pauperibus, videtur adita, prout dixi in d cap. 9. Regis Iacobi, & ibi vide de veritate, num. 60. & ſic minima quandoque habentur in maxima conſideratione: ſic dixi ſupra in capit. 15. Regis Martini, ſub verſic. & valere, & num. 87. & in cap. 1. Regis Ferdinandi I. tom. 3. in 1. notab. vbi ſiquis prohibetur exportare ſalem, habet locum tam in minima, quàm in magna quantitate & de vino, nam neque vna phiala debet exportari cauſa guſtus, ſupple in pragmaticis, tit. 42. de poen. extrah. num. 9 tom. 1. ipſarum pragmaticarum: ſicut fallit in caſu furti minimi facti tamen in campis cum vi, quia ſatis curatur de hoc, vide in pragmaticis eiſdem, tit 47. de furtis, ſub num. 8. ſicut fallit in pecunia fiſci, vel Regis ſublata, eſto eſſet minima, dixi in eiſdem pragmaticis, tit. 8. de offic. Theſaurarij, in notabilibus, tom. 2. earundem pragmaticarum, & quæ latè adduxi ſupra in cap. 540. Regis Alphonſi, tom. 5. verſ. ratio eſt, vbi pono de cauſis magnis, & minimis, & quæ dico in capit. 7. Regis Martini, in 4. requiſito, limita. d. tom. 3.

Quòd alienationes redituum, & Gabellarum Vniuerſitatum, quatenus excederent decem pro centenario, excomputentur in ſortem, Cap. L I I I.

ITem, cum exigentibus neceſſitatibus quarundam Vniuerſitatum, propter ſolutionem Regiarum collectarum, & etiam alijs vrgentibus neceſſitatibus, fuerint venditi, ſeu alienati quomodolibet annui reditus aliquibus viliori pretio, quamobrem maxima ex his venditionibus præſatis Vniuerſitatibus cauſata ſint incommoda, & prætereà extant in Regno conſtitutiones, approbatæ per Summum Pontificem, quòd alienationes annuorum redituum, & Gabellarum fieri poſſint, ita quòd non excedant pretium reditus vltra decem pro centenario; propterea ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, quòd quatenus apparent alienationes dictorum annuorum redituum, & Gabellarum dictarum Vniuerſitatum, & reditus excederent decem pro centenario pretij ſoluti, quod vtique illud plus, quod acceperint decem pro centenario dictorum redituum, excomputetur in ſortem, quouſque ſatisfiet dicto emptori de toto pretio, nec priuari debeat dicta perceptione redituum, niſi fuerit ſatisfactum, vt ſupra ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

Eſt materia centus bullaris, de quo latiſſimè ſcripſi ad Bullam poſt cap. 355. Regis Alphonſi, tom. 5. & in pragmaticis, tit. 46. de cenſib. tom. 2 ipſarum pragmaticarum, in principio, & tetigi etiam de hoc ſupra in cap. 443. Regis Alphonſi, in verſic. ſextus modus, num. 26. tom. 5. Tiraquell. de retr. conuent. in fine tit. num. 143. cum ſeqq. l. ſi quis argentum, §. in reditib. C. de Donat.

De tractis quingentis concedendis Terræ Leocatæ, Marſalæ, Saccæ, Cæphaludy, & Thermarum anno quolibet ſuper carricatorys earum, Cap. L I I I I.

ITem ſunt aliquæ Vniuerſitates, & Terræ Regni maritimæ, præmaximè pauperrimæ habentes mænia in parte diruta, propter quod ſtant in maximo periculo, & præſertim ſunt, Terræ Leocatæ, Marſalæ, Saccæ, Cæphaludi, & Thermarum, quæ ſitæ ſunt in mari, & continuò vexantur a Saracænis, propter vicinitatem ipſarum, & vix poſſunt reſiſtere ſubitæ inuaſioni alicuius paruæ Claſſis prædictorum infidelium, ob quam quidem rem, propter commodum, & intereſſe totius Regni, & principaliter Regiæ Curiæ, ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, vt placeat eidem Regiæ Maieſtati, concedere dictis Terris Leocatæ, Marſalæ, Saccæ, Cæphaludij, & Thermarum tractas quingentas, anno quolibet pro qualibet dictarum Terrarum exigendas ſuper carricatorijs earum, videlicet earum quæ haberent carricatoria, quæ vero non habent ſuper alijs carricatorijs dicti Regni: erit quidem hoc futurum commodum dictis Terris, & toto Regno; alijs verò Terris, & locis non maritimis, pauperrimis, & egenibus, aliquos reditus annuatim concedere, quod poſſint habere pro expenſis, ſaltim cum contingat aliqua neceſſitas eiſdem Vniuerſitatibus, & maximè Terræ Suteræ, & Terræ Capizi, quæ nouiter ad demanium redierunt ¶ Dominus Rex mandabit Viceregi, quòd de contentis in capitulo ſe informet, dando ſibi modum, & ordinem prouidendi ſuper eiſdem.

Vide quæ ſcripſi ſuper pragmaticis, tit. xj. de Offic. Magiſtri Portulani, verſic. decimo quarto, ib, & conſequenter, tom. 2. ipſarum pragmaticarum.

De

De immunitate aſsignatariorum, & Officialium pro eorum ſalarijs à iure Quintarum. Cap. L V.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd aſſignatarij, & Officiales, pro eorum ſalarijs, & gratijs ſint immunes à iure quintarum, cum dictum ius exigitur contra formam priuilegiorum ipſarum quintarum, & aſſignationum. ¶ Seruetur de præſenti, quod hactenus fuit conſuetum.

Dic vt in eiſdem pragmaticis, tit. 3. de Officio Conſeruatoris, verſic. trigeſimo, tom. 2. ipſarum pragmaticarum, vbi habes aliqua in hac materia quintarum.

De confirmatione Priuilegij, exemptionis Terræ Caſtri Ioannis, à iure Dohanæ. Cap. L V I.

ITem cum Vniuerſitas Terræ Caſtri Ioannis, habeat priuilegium ſibi conceſſum per Regiam Maieſtatem diuæ memoriæ Regis Alphonſi, exemptionis per totum Regnum Siciliæ à iure Dohanæ, & in aliquibus Terris, & locis dictum priuilegium dictæ Terræ obſeruatur, & in aliquibus alijs locis non, potius de facto, quàm de iure, & propter parlamentum generale celebratum in Terra prædicta, plura incommoda in beneficium totius Regni paſſa fuerit; propterea ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, eidem Maieſtati, quòd placeat confirmare eidem Terræ dictum priuilegium exemptionis, & de nouo concedere, & donare eodem modo, & prout Ciuitas Meſſanæ, & ſui ciues exempti ſunt à dicto iure Dohanæ per totum dictum Regnum, & quód ad ſolam oſtenſionem dicti priuilegij quilibet de Regno teneatur parere, & non exigere dictum ius, ſub certa pœna, arbitrio Regiæ Maieſtatis declaranda, & ſimiliter confirmentur priuilegia dictarum exemptionum, alijs Ciuitatibus, & Terris prædicti Regni, talia priuilegia habentibus ¶ Viſis priuilegijs prouidebitur.

Dixi in Pragmaticis, tit. 27. de Officio Secreti, verſic. eſt verum, tom. 2. ipſarũ pragmaticarũ.

De extractione Equorum à Regno abſque licentia. Cap. L V I I.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd placeat concedere dicto Regno, vt abſque mandato, ſeu licentia alicuius Officialis, & Domini Viceregis, ſolutis prius iuribus Curiæ extractionum, poſſit extrahere equos à dicto Regno vnuſquiſque, cuiuſcumque nationis ſit, ob quod maximum commodum Regia Curia conſequetur, & Incolæ dicti Regni ditabuntur ¶ Placet Regiæ Maieſtati, ſolutis prius iuribus Curiæ.

S V M M A R I V M.

Equi non poſſunt expignorari, num. 1. nec extrahi à Regno, num. 2. maxime ad Barbaros, & Turchas, num 3 cum ſeqq.
Arma expignorari, nec capi poſſunt, ibid.
Equi non poſſunt extrahi à Regno ſine iuſſu principis, num. 4. declara, num. 8. & 9. maxime de aptis ad arma, & dimicandum pro ſeruitio militari, num. 5. cum ſeq.
Seruitiu militaris tempore habentes equos debent ire ad bellum tempore guerræ, num. 6.
Equi valoroſiſsimi Hiſpaniæ, ibid.
Equos multos an debeat tenere Rex, & quos detinebat Rex Salamon, num. 7.
Equi ſi ſunt de tranſitu poſſunt extrahi abſque licentia, num. 8.
Muli an poſsint extrahi à Regno ſine licentia, num. 9. & ſeq.
Muli ſunt longioris vitæ, quàm equi, & quare, num. 10.

HOC Capit. videtur correctum per cap. 41. Regis, & Imper. Caroli V. tom. 8. vbi ſcripſi in verſic. ſecũda petitio,
1 per quod † prohibitum eſt expignorari, & capi equos, ſicut de armis iuxta formam pragmaticæ, tit. 21. vbi poſui, num. 8. & in

tit.55.nu.20.tom. 1. earundem pragmati-
2 carum, vbi quòd nec extrahi † poſſunt à
Regno, ex Cumia, & Boer. ibidē citatis, &
videtur eſſe de iure, per l. officiū, §.1.ff. de
re mil. l. 2. C. de greg. domi. lib. xj. & ibi Al-
ciat. vide Ioann. Thyerry, & Æmil. Mar.
Manoleſſ. ad Bertacc. modo citādū, maxi-
3 me ne † extrahātur ad Barbaros, & Tur-
chas, & per hoc ſunt cōſtituti illi magiſtri
paſſuu, quos nos denominamus Guardia-
nos Portuū, vt poſt Yſern. & Luc. de Pēn.
& Freccia tango infra in capit. 91. in §. x.
Bertacchin. in verbo Equus, part. 2. fol.
meo, 212. col. 5. vbi quod Equi non poſſunt
4 extrahi ſine iuſſu Principis † vt hic, & pro-
ut de illo textu ſcripſi in cap. Regni 15.
Regis Martini, num. 68. tom. 3. præſertim
5 de equis aptis ad arma † & dimicandum
poſt mulios ibi adductos, de quibus tradi-
dit etiam Bouadill. in ſua politica, lib. 4. ca-
pit. 1. num. 31. & 32. tom. 2. ex Iul. Cæſare,
lib. 5. de bello Gallico, Bald. in l. 1. C. de ver-
bor. ſignif. Florian. in l. actus, ff. de vſufruct.
& per Bart. in l ſi vxori, §. 1. ff. de aur. & ar-
gent. legat. qui loquitur in materia Re-
6 gij ſeruitij militaris † ſtante banno, vt ha-
bens equum vadat ad bellum tempore
guerræ, ſub pœnis arduis in banno con-
tentis, arg. eorum, quæ dixi ſupra in cap.
39 Reg. Iacobi, n. 93. to. 1. & inſr. in hoc to.
6. c. 71. tit. de ſeru. mil. verſ. quid autē. Ono-
ſand. de re militar. lib. 2. cap. 47. in fine,
qui dicit de Hyſpania illos aſſumpſiſſe, &
per Claudian. ibi (*diues equis*) Strabo, lib. 3.
Geograph Simanc. de Republ. lib. 9. cap.
18. num. 18. Sydonius in ſuo Panegirico, vbi
de dotibus cuiuſcumque Prouinciæ, & de
dictis equis valoroſiſſimis Hyſpaniæ, &
quamuis legatur in Deuteron. cap. 17. vt
7 Rex nō multiplicret multos equos † vt ſub-
dit ipſe Bouadill. ex Fratr. Marc. Chamos,
in microcoſmia, part. 1. dialog. 6. cum toto
hoc Rex ſapientiſſimus, & potentiſſimus
ille Salamon vtebatur 40000. milibus equis
in ſuo ſtabulo detemptis, & totidem alijs
vndecim millibus pro ſua cuſtodia
equitum.

Declara non procedere, quando v. g.
8 equi eſſent de tranſitu † vt quia aduenif-
ſent ſuper vaſſellis, & nauibus, & huc ap-
plicuiſſent, quia tunc nulla licentia opus
eſſet, & poſſent extrahi, vt dixi in d. capit.
15. Regis Martini, ſub d. nu. 68. poſt Yſern.
Io: Fabr. Cyn. Alberic. Angel Bart. Alex.
Bertacchin. & Boer. poſt text. in l. ſi quis
poſt hanc, C. de ædific. priuat. addo Æmil.
Maria Manoleſſi, ad Bertacchin. vbi ſu-
pra, argum. portantis frumentum extra
Regnum, & hinc tranſeuntis, & eſſet de
tranſitu, vt in d. cap. 15. num. 67. & de por-
tantibus ſimiliter monetas, & eſſent de
tranſitu, vt in alio cap. 50. eiuſdem Regis
Martini, num. 14. & quæ tetigi in Pragma-
ticis, tit. 72. de monetis, num 43. tom. 1. ipſa-
rum Pragmaticarum.

Declara Secundo, vt non videatur pro-
9 cedere quoad mulos † quia de his hic non
loquitur, ideoque extrahi poſſent abſque
licentia, vt videor loquutus fuiſſe in dict.
Pragmaticis, d. tit. 21. num. 11. vbi in prag-
mat. 1. eiuſdem tituli dicitur quòd de illis
armentis, quæ eroganfur ad mulos pro-
creandos, fætuſque generandos, non vide-
rentur quaſi procedere ſtatuta, quia non
reſpiciunt bonum publicum, qua de cau-
ſa poſſunt expignorari, capi, & inſolutum
dari, & tetigi in d. cap. 41. Regis Caroli, li-
mit. 2. d. tom. 8. eſt verum quòd inquantum
ad extractionem à Regno dubitarem, vt
non poſſit fieri abſque licentia, quia mul-
toties vidimus tales mulos ſeruiſſe pro
bono publico in materia ſeminerij ob de-
fectum bobum, & vidi ego ad aratrum in
10 campis, & tanto magis quia hæc † ani-
malium ſpecies mulorum eſt longioris vi-
tæ quàm equi, eo quia nullus in eis eſt ve-
neris vſus, vt ait Ariſt. de breuit. & longit.
vitæ, Tiraquell. de legib. connubia-
lib. l. 15. Gloſſ. 1. num. 9. part. 15. ſi-
cuti in hoc aſſimilantur ipſis bobus, eſt
verum, vt quod dictum eſt de coitu ad-
huc dubitarem, quoad generandum ſum
in claris.

De Capitaneis an teneantur denunciare delicta, & facere inuentarium facta ceſsione per accuſatorem.
Cap. L V I I I.

ITem, cum Capitanei locorum demanialium, non habentes merum, & mixtum imperium, nullum conſequuntur ſalarium propter adminiſtrationem dictorum Officiorum in prædicto Regno Siciliæ, & capitulis Regni prædicti cautum ſit, quòd vſque ad cōcluſionem incluſiuè in quibuſlibet cauſis criminalibus ad officium dictorum officialiū ſpectantibus, parte accuſatrice cedente, Capitanei prædicti proſequi, nec denunciare poſſunt, ob quod euenit quòd prædicti Capitanei parum lucri ex reditu dictorum officiorum percipere ſolent; propterea ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, quòd placeat eidem Maieſtati concedere, vt dicti Capitanei non teneantur denunciare ſuis ſumptibus Magnæ Regiæ Curiæ in locis, vbi ſunt Capitanei, nec aſtringantur ad inuentariandum, & deſcribendum obuentiones, & reditus dictorum officiorum, non obſtantibus quibuſuis pragmaticis ſanctionibus, & ordinationibus dicti Regni, & prouiſionibus quibuſcūque Viceregis, & Magnæ Curia. & habeat locum etiam in Baronibus, & alijs Officialibus, tam Baronum, quàm Terrarum demanialium, qui aliquo caſu tenerentur, & aſtricti eſſent ad denunciandum, & deſcribendum reditus, de quibus ſupra ¶ Non procedit, quia eſſet perturbare iuſtitiam.

Cum

Cum toto hoc quòd iſtud capitulum non procedit,eſt materia in cap. 119. Regis Ferdinandi infra tom.7. vbi citaui loca concordantia, præſertim ea, quæ ſcripſi in capit. optantes, 117. Regis Federici,tom.2.& in cap.33. Regis Alphonſ.tom. 4. & in pragmaticis tit. 27. de Capitaneis,num.1.2.3.4.5.6.& ſeq.tom.1.ipſarum pragmaticarum, & vide etiam ſupra hoc tomo, in cap. 13.

De Bannis, Pragmaticis, & Reſcriptis Regiis, ſeu Viceregiis, non habentibus effectum, niſi infra annum. Cap. L I X.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, vt concedere placeat,quòd nulla Banna, proclamata, Pragmatica ſanctio, ſeu reſcripta Regia, ſiue Viceregia,ſeu cuiuſcumque Officialis pœnalia porrigere habeant vires, & effectum ſuum poſt annum,ſed anno tantum ſint duratura,niſi,anno finito,ipſorum edictorum, reſcriptorum,& pragmaticarum fiat renouatio per loca publica,& conſueta dicti Regni, & hoc,ne propter tarditatem temporis induceretur obliuio,& propter ignorantiam, atque obliuionem incolæ pœnis illaquearentur, & afficerentur incommodo ¶ Placet Regiæ Maieſtati,exceptis Pragmaticis Sanctionibus,dum tamen de nouo publicentur.

S V M M A R I V M.

Banna etiam pœnalia non habent effectum, niſi infra annum, & exequi infra eundem, num. 1 & ſeq & quid lapſo anno,num.3. rationes, num. 6.& 7.& 8.fallit, num. 18.21.

Reſcripta Regia. ſiue Viceregia non habent effectum,niſi infra annum,ibid.& num.10.

Executoriæ debent infra annum fieri, & lapſo anno debet fieri expeditio cum ſupracartis, num.2.& quid quando Rex indulget eo lapſo, num.3.

Executoriæ eſto ex indulgentia Principis fierent lapſo anno, non ſit retrotractio in præiudicium tertii, num 3.

Retrotractio an poſſit fieri in præiudicium tertii. cui eſſet ius quæſitum, & quando ibid.

Saluæ guardiæ debent exequi infra annum, num. 4.

Memorialia & prouiſiones Viceregiæ obtemptæ debent exequi infra annum, num.5.

Bannum ideo non durat vltra annum, ne inducatur obliuio,num.6. & ne per ignorantiam ignorentur, num 7.

Bannum quandoque eſto non eſſet de anno in annum promulgatum, durat adhuc vltra annum,ibid.

Bannum ideo dictum quaſi ab anno, num. 8. & ſeq.

Exilium, ſeu diſterrus vnius anni dicebatur abannatio, num. 9.

Reſcriptum debet infra annum præſentari, aliàs Eccleſiæ datur reſtitutio in integrum, num. 10.

Bannum ſiue ſtatutum ſuper negotio nouo non ligat ignorantes,ſecus ſi ſuper antiquo, num. 11.cum ſeqq.

Ignorantia non punitur, ſed ſcientia, num. 12. & ſeq.

Ignorans factum non dicitur contemnere, num. 13.nec delinquere, num. 15. & quo caſu fallat, num.17.

Forenſes, & extranei non tenentur de damno dato in Ciuitate, niſi ab Officialibus fuerit eis denunciatum,num. 14.

Abſentes excuſantur, num. 15. & in quibus caſibus non, num.17.

Banna dicuntur notificata,eo ipſo quòd affiguntur ad Portas Ciuitatis,num. 16.

Abſentes ligantur ſtatutis, & bannis ſuper vectigalibus ſoluendis, num.17.

Gabellas ſolui ligat etiam ignorantes, & abſentes, ibid.

Pragmaticæ ſanctiones durant perpetuò etiam lapſo anno,num.18.& ſeq.

Pragmaticæ ſanctiones habent plus virium, quam aliæ conſtitutiones ſimpliciter factæ, num.19.

Ordinationes perpetuæ debent fieri cum diſcuſſione,& deliberatione Sacri Regii Conſilii, aliter nullas vires habent, & regiſtrari debent in officio Prothonotarii,num. 20.

Actus generales perpetui debent fieri cum diſcuſſione ac deliberatione Sacri Regii Concilii, & regiſtrari debent in officio Prothonotarii,ibid.

Capitula Regni ſolent regiſtrari in officio Prothonotarii, ibid.

Pragmaticæ regiſtrantur in officio Prothonotarii, ibid.

Statuta cenſentur ſemper perpetua,non annalia, num. 21.

1 VIdemus quòd banna † etiam pœnalia,reſcripta Regia,ſiue Viceregia,& ſimilia non habent effectum,niſi infra annum,vt hic,quaſi dicatur quòd debent exequi infra dictum tempus, tetigi ſupra in cap.22. Regis Martini, num 66. tom.3. vbi locutus fui ad ſimilitudinem executo-
2 riarum † quæ ſimiliter infra annum executorlantur, vide omnino Maſtrill. in tract.

tract.de Magiſtrat.par.1 fol.170.& 171.nu.
120.vſq.ad nu.124.addo Marcell.de Mau-
ro alleg.29.& quãdo eſſet lapſus annus, cũ
illis ſupra cartis obtemptis,vt in d.cap.22.
num.70.& per eundem de Mauro col.1.&
2.ſubdens in d.col.2. num.1. quod eſto ali-
quoties ſit lapſus annus, & Rex indulget
3 † quòd exequantur,nõ obſtãte lapſu anni,
prædicti hoc non intelligitur,vt retrotra-
ctio fiat in præiudicium tertij,cui eſſet ius
quæſitum,per cap.Imperialem,& l.fin. ff.
comm.prædior.Zabarella,conſ.105. num.
13.& ſeq. Aret. in l.hæres, num.2. ff. de
acquir. hæred. Io: Baptiſt. Coſta in tract.
de retrotraction.caſu 2. cap.8.nu.11. vi-
detur tamen, nu.13 & ſeq. tenere, vt va-
leat adhuc in præiudicium tertij,quoties
eſſemus in extero, qui habebat ſupra car-
tam prædictam, Boer.pulchrè deciſ.297.
ſub num. 8. vbi in ſimili dicit de ſaluis
4 guardijs † & alijs, quæ ſi non ſunt exe-
quutæ infra annum,nil valeant per ea,
quæ dicam infra cap.64.& quid de memo-
rabilibus, & prouiſionibus ſuper eiſfactis
per Vicereges,dicerem quod ſic, vt infra
annum exequantur §.fin.inſtit.de perpet.
& tempor.action.Aufrer.quæſt.489.& per
ea,quæ ſcripſi ſupra in d.capit.22. Regis
Martini,verſ.tertium, num.26. tom.3. &
ex ijs, quæ videbimus in capit. ſubſequen-
ti ¶ Duæ aſſignantur in hoc capit. ra-
6 tiones † quare banna non debeant dura-
re vltra annum prædictum (eſto quòd di-
cerent in vim pragmaticæ, iuxta ea, quæ
ſcripſi in pragmat.1. tom.1. ipſarum prag-
maticarum, eſt verum quòd quandoque
diſponitur, vt non obſtante quòd bannũ
non eſſet promulgatum de anno in anno,
habeat vim pragmaticæ vt in tit. 72. ea-
rundem pragmaticarum,de monetis auri,
& argenti.pragm.1.§.10.)prima, ne prop-
ter tarditatem temporis induceretur obli-
uio; ſecunda, ne propter ignorantiam
7 † atque obliuionem Incolæ pænis illa-
quearentur, & afficerentur incommodo,
quod eſt etiam de iure, & forma capituli
Regni 115.Regis Federici,in quo tetigi in
verſic.vltimo nota, ſupra, tom. 2. vbi ſup-
pleui nonnulla,& dixi, debere fieri publi-
cationem talium ordinationum,Aliam aſ-
8 ſigno rationẽ † quare banna non debeant
durare vltra annum, quia hæc vox bannĩ
deriuatur ab anno,vt ait Alexãd. Roman.
ſuper pragmat.Regni Neapolis,tit.de blaſ
phemia impreſſa in volumine Scipionis
Rouiti ſuper pragmaticis eiuſdem Regni
Neapolis,folio meo 113. num.53. qui ſub-
dit quòd apud veteres,exilium vnius anni
9 † dicebatur abannatio,taliterquè condem
nati dicebantur abanniti, & per Alciat.
lib.2.prareg.iuris; cap. 2. & in tract. de
ſingul.cert.cap.23. & ex Lancellott. Cor-
rad.in breuiar.Curial.de offic.Prætor. in
cauſ.crimin.rubr de conſumat.banni, nu.
9.& ſic ipſa ethimologia banni, dat nobis
intelligere,quòd vltra annum non durant
dicta banna,vt hic in textu, & ibi (*dum*
tamen de nouo publicentur)quia hęc verba nõ
referuntur ad pragmaticas, ſed ad eadẽ
banna,ex quo ſunt extra parenteſim, vt
ſubdam infra in verſic.exceptuat; hinc di-
xit Cardin.in Clem.1.quæſt.13. de reſtir in
10 integr. quod reſcriptum † debet infra an-
num præſentari,alias Eccleſiæ datur reſti-
tutio in integrum,ſi affuit negligentia,non
ſi dolus,Bertacchin.in ſuo repertor. ver-
bo reſcriptum part. 5.fol.305. col.3.

Et propterea circa apportationẽ armo-
rũ,de quibus ſcripſi ſupra in cap.53.Regis
Iacobi,verſic.etiam amplia,tom.1.conclu-
ſi,quòd apportatio ipſa armorum prohibi-
torum tunc ligat exteros, & forenſes quã-
do in eiſdem fuerit facta notificatio,& in-
11 timatio,ratione quia † ſtatutum,ſiue ban-
ni ſuper negotio nouo non ligat ignoran-
tes,ſecus ſi ſuper antiquo,prout in l. fin. §.
licet,ff.de publican. dicit enim lex, ſcien-
12 tiam, & non ignorantiam † punire volu-
mus,l.generali,C.de tabularijs,lib. x. Ber-
tazzol.conſ.126.& ibi Additio, vol. 1. cri-
min.conſ.337.vol.2.pulchrè Laderch.con-
ſil.204.de quibus per Io: Bapt.à Coſta,in
tract.de iuris, & facti ignorant.diſt.49. cẽ-
tur.1.num.7. ignorans enim factum non
13 dicitur contemnere † l.ſi duas, ff. de excu-
ſat.tutor. cum concordantib. allegatis per
Affl.in conſtit.Regni, pœnam eorum, ſub
num.54.rubr.3.de bann. foriudic. lib.2. &
per ea,quæ dixi in deciſ.M.R C. 105. in
princ. Vnde dicunt DD. quòd forenſes,&
14 extranei non teneantur de damno † dato
in Ciuitate, niſi ab officialibus fuerit eiſ-
dem denunciatum,ſecundum DD. in l. vl-
tim.ff.decret.ab ordin faciend.Roſſi ed.in
libell.edict.ſi quis ius dicent. non obtẽper.
§.quia ecce, ex quo in effectu pœna ſciẽ-
tium debetur propter delicta, & cõſequẽ-
15 ter ignorans non dicitur delinquere † l.ſi
ignorans,ff.locati, Azo de pænis in princ.
in ſumma,cap.2.extra, de conſtit. vbi ex-
cuſantur abſentes,cap.cum in tua,extr.qui
matrim. accuſar.poſſ. cum ſimilibus, quæ
dedi in d.cap.115.Regis Federici, loco ci-
tato.

Notificata autem dicuntur talia banna
16 † eo ipſo quòd affiguntur ad portas Ciui-
tatis,vide pragmat.1.tit.72.de monetis,vbi
tetigi in vlt.notab.tom.1. earundem prag-
maticarum.

In aliquibus caſibus video ligare etiam
17 abſentes † & ignorantes ſtatutum, vel
bannum ſuper negotio,prout eſt de vecti-
galibus,& gabellis,ſoluendis,namque non
oportet denuntiari illis,qui habent ſolue-
re vectigalia,ex quo eſt conſonãs iuri cõ-
muni antiquo,l.fin.§.licet, ff de publican.
& voluerunt Yſern.& Affl.in d. conſtitut.
homines,vbi etiam ſubdunt,quòd quando
decretum interpoſitum eſt quantum ad
rem ipſam, tunc etiam ligat ignorantes,
cap.tibi,de reſcript.in 6.cap.quia cunctis,
de conceſſ.præbend. etiam in 6. & per ea,
quæ tetigi ſupra in cap.511.Regis Alphõſi,
ſub n.49. tom.5.vbi quid in perſonis certis.

Ex-

Digitized by Google

Exceptuat tamen ipſe Inclitus Rex
18 pragmaticas ſanctiones † ibi in decreta-, (*exceptis, &c.*) & ſic non obſtante quòd per ſupplicationem Regni ſupplicatum fuerit illud idem ſeruari tam in bannis, quàm pragmaticis, tamen Rex ipſe noluit concedere, niſi tantum quoad bāna, & reſcripta, vt memini ſupr. in aed. c. 22. Regis Martini, verſic. cæterum, tom. 3. & ratio eſt euidētiſſima, quia pragmaticæ ſanctio-
19 nes † habēt plus viriū quā aliæ cōſtitutiones ſimpliciter factæ, vt poſui in princip. pragmaticarum, nu. 4. cū ſeqq. tit. 1. de offic. Proregis, d. tom. 1. pragmaticarum, & per ea, quæ habentur in pragm 3. tit. 13. Ne officia l. muner. accip. vbi ſcripſi, in verſic. cauendum, quòd ſufficit nempe ipſas pragmaticas eſſe præſentatas infra annum, etiò quòd exequu oriæ non ſint, infra annum factæ. Et hac de cauſa per quandam pragmaticam extrauagantem Marci Antonij Colonnæ olim Proregis in hoc Regno editam Panhormi xv. Martij, xij. Indicionis 1584. ſancitur, vt omnes
20 † & quælibet ordinationes, ac actus generales perpetui fieri debeant cum diſcuſſione, & deliberatione Sacri Regij Conſilij, aliter, ſi alio modo cōfectæ eſſent, nullas vires, neque vigorem habeant, ac prius regiſtrari debeant in officio Prothonotarij, in quo ſolent regiſtrari ſimiliter capitula, & Pragmaticæ Regni, & publicentur ſecundum quod videbitur, & negotij qualitas exiget, aliàs ſi per inaduertentiā aliter fierent, & regiſtrarentur in alia forma, ſint nullli, nulliuſque valoris, & Magiſtri Notarij, vel commiſſarij, coadiutores, & alij qui regiſtrabunt in alijs regiſtris, abſque eo quod prius eſſent regiſtrati in dicto Officio Prothonotarij, incurrant pœnam vnciarum centum, & alias pœnas arbitrio Domini Proregis, & ita ſimiliter omnes ordinationes Regiæ regiſtrari debeant dicto modo, vt per ipſam, Pragmaticam apparet.
21 Exceptuantur ſecundo ſtatuta † quæ cenſentur ſemper perpetua, non autem annalia, vt dixit Dyn, in l. tutores non ab hærede, ff. de tutel. & in l. prætor, §. hoc interdictum, ff. de noui oper. nunc. Bartol. in l. omnes populi. quæſt. 4. verſic. quarto iuxta prædicta quæro, ff. de iuſtit. & iur. & in l. fin. verſic. iſta lex inducitur, ff. de pœnis, Ioann. Bertacchin in ſuo repertorio, verbo, ſtatutum, fol. meo 93. col. 2. l. falſo, C. de diuerſ. reſcript Fælin. in cap. ſi autem, in primis verbis, de reſcript. & ita intelligo Noſtrates hic, etiam quoad reſcripta.

De iure ſoluendo pro labore ſcribentium exequutorias Secretarijs.

Cap. L X.

ITem accidit ſæpeſæpius concedi à Sacra Regia Maieſtate priuilegia, beneficia, & reſcripta impetrari, ſi qua ſint alia, quorum exequutorias fieri mandat, illaſque abſoluunt Vicarij, ſeu Vicereges, qui pro tempore in Regno Siciliæ fuerint, per Secretarios, & alios Officiales, ad quos ſpectat, qui, nulla ſuadente iuſtitia, exiſtunt, extorquent vltra debitum quadruplum, item decuplum, & vltra, in graue damnum, & iacturam impetrantium illa, dicunt enim Secretarij, & alij officiales ſibi ſolui debere pro eorum iure, prout ſolui debet Regijs Secretarijs, quibus per Regiam Maieſtatem concedentem mandatur fieri, & ordinari, quod dicere eſt abſurdum, & contra iuſtitiæ debitum honeſtatis, nam facientibus exequutorias pro iure laboris eiſdem tantum ſolui debeat, ex quo nihil aliud agunt, niſi quòd per Regiam Maieſtatem conceſſum eſt, & aſcribunt exequutioni mandari debere, petit, & ſupplex orat Vniuerſitas totius Regni prædicti Regiæ Maieſtati, vt dignetur mandare dictis Secretarijs, & alijs quibus tales exequutoriæ mandantur, ſolui id, quod iure laboris decet exigere, ſic etiam de iure regiſtri, ſiantque taxatores ſuper iuribus prædictorum regiſtrorum. ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

S V M M A R I V M.

Scribis debet ſolui pro ſcriptura, & labore exequutoriarum priuil giorum, & reſcriptorum id, quod decens eſt, & merces, num. 1. cum ſeqq.

Scribæ poſſunt pro eorum labore, & mercede retinere ſibi ſcripturas, vel aliquos quinternos, num. 2. cum ſeq. niſi res retempta periret vitio, num. 4. vel niſi eſſemus in Curialibus, num. 5.

Exequutoriæ ius de reſcriptis, & alijs debet ſolui ſcribis, & ſcriptoribus, etiā eſſent reſcripta emanata à Sede Apoſtolica, num. 3.

Scripturæ an poſsint retineri per ſcribas, pro iure eorum laborum, & quando, ibid. & num. 4. & ſeq.

Sollicitatores, procuratores, & Aduocati non poſſunt ſibi retinere ſcripturas pro eorum ſalarius, num. 5.

Regiſtrorum iura ne ſint multa, & litigantes fatigentur, ſufficit ſoluere ius regiſtri Prothonotarij, & ſactariorum, num. 6.

QVamuis prolixum ſit hoc capit. quod eſt continuatiuum cum præcedēti, tamen hic in ſumma, quòd pro
1 ſcriptura † & labore exequutoriarum, priuilegiorum, vel reſcriptorum à Rege impetratorum, per ea, quæ dicta ſunt ſupra

pra in cap.22.Regis Martini,tom.3. ſolui-
tur ſcribis,vel quibus ſpectat id ,quod de-
cens eſt,& quod taxatur per taxatores.Et
ſic noto ex iſto capit. quòd ſcriptori pro
ſuo labore debet ſolui merces, ſiue pretiū
operis ſui,ita ibi (*pro iure laboris dictarum exequutoriarum*) in duobus locis in hoc ca-
pit. poſitis,intātum, vt poſſint tales ſcrip-
2 tores † retinere ſcripturas, vel aliquos
quinternos , quoad ipſis ſoluatur pretium
dicti laboris,ita Bald in l.fin.nu 1.C.com-
mod.vbi Cyn.& Salycet.Additio ad Bart.
in l.ſi non ſortem,§.ſi centum,ff.de condit.
indeb. Abb.in cap.1. num. 3.extr. de in in-
tegr reſtit.de quibus per Geman.in tract.
de proceſſib.exequutiuis par.1.c.2. nu.214.
Bart.Bald.& Alex.in d.l. ſi non ſortē,cod.
§.ſi centum,ff.de condit. indebit. Surd. de-
ciſ.50.l ſi nō inducta,ff.in quib. cauſ.pign.
vel hypot. tacite contrah. Boer. deciſ 15.
3 num.2.etiam ſi dictæ † exequutoriæ eſſent
de reſcriptis emanatis à ſ. ſe. Apoſtolica
iuxta notata ſupra in d.cap.Regni 22. Re-
gis Martini,nu.17. tom.3. quia adhuc ius
laboris,de quo hic,eis ſolui debet,vt ibi te-
tigi in verſic. de quibus , nec obſtat, ſi hoc
cap.videatur prima facie loqui de reſcriptis, vel beneficijs conceſſis à Regia Maie-
ſtate,quia hoc nihil refert, &tanto magis,
quia iam dicta beneficia indigent confir-
matione a S.Pontif. nec mirum quia ſuffi-
cit ſcriptori retinere ſibi etiā ſi cum pri-
uatis,vel eccleſiaſticis contraxiſſet,Abb v-
bi ſupra,German.num.216.per l. in fundo,
& l.ſumptus, ff.de rei vendic. Niſi res re-
4 tempta periret vitio † vel delicto,cap.fin.
de ordin.cognit.l.1. § red guntur, ff. quor.
legator.Additio ad Bart. in d. §. ſi centum
5 in littera D. vel niſi ſimus in Iudice † Pro-
curatore, Aduocato,& ſollicitatore,quia
non poſſunt ſe preualere vti dicto iure
retentionis,vt vidimus ſupra in capit.236.
& 243.Regis Alphonſi,tom.5.& infra in
cap.62.Regis Catholici Ferdinandi,verſ.&
iterum tom.7.niſi vt ibidem cōcluſi. Et ne
6 fortaſſis partes † litigantes, vel negotian-
tes defatigarentur in ſolutionem iurium
tot regiſtrorum,eſt determinatum per ſub-
ſequens capitulum,vt duo tantum ſint re-
giſtra videlicet,Prothonotarij,& Secreta-
rij, non præiudicando tamen illi regiſtro
Secretariorum,de quo ſcripſi ſupra in ca-
pit.59.Regis Martini, num.10. d.tom 3.

De duobus regiſtris tantum, ſublatis alijs , *Cap. L X I.*

ITem quòd duo ſolum remaneant regiſtra, videlicet Prothonotarij, & Cancellarij , ſublatis alijs quibuſcumque regiſtris, non obſtantibus quibuſuis alijs quibuſcūmque Capitulis,priuilegijs,& conſuetudinibus contrarium dictantibus ¶ Placet Regiæ Maieſtati, dum tamen apud Magiſtros rationales,& conſeruatorem fiat nota , de quibus nulla fiat ſolutio.

Dic vt in capitulo præcedenti,cum quo eſt hoc continuatiuū tractans materiam regiſtrorū.

De confirmatione Priuilegiorum , conſuetudinum , & morum Demanialium Terrarum .
Cap. L X I I.

ITem ſupplicat dictum Regnum , vt placeat Regiæ Maieſtati confirmare omnia Priuilegia,ſtatuta, conſuetudines,vſus,& bonos mores, ac obſeruantias,conceſſa,& ordinata in quibuſlibet Terris demanialibus , nec per abuſum , aut quouis modo contrarium actum, intelligatur derogatum prædictis Priuilegijs , ſtatutis , & conſuetudinibus,etiam ſi quauis ratione,vel cauſa,non eſſent in viridi obſeruantia, illa ſtent in ſuo robore , & firmitate , & quatenus de cætero fieret in contrarium , priuilegia illa ſint ipſo iure nulla ¶ Placet Regiæ Maieſtati confirmare priuilegia ,conſuetudines , vſus, & bonos mores , & priuilegia etiam per Regem Alphonſum conceſſa , Ciuitatibus , Terris , & locis demanialibus dicti Regni , eo modo , & forma , quibus conſuetum eſt confirmari per retroprincipes , & prout eis hactenus vſi ſunt.

Videas ſupra in capit.26.Regis Federici, verſic.eodem modo , vbi eſt concordans cum alijs Capitulis Regni,tomo 2.& ſuppie quæ dicam in ſubſequenti capitulo,& in cap. 89.

Quòd

Quòd confirmentur priuilegia, & beneficia, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Feudatarijs, &c. Cap. LXIII.

ITem ſupplicat Regnum Sacræ Regiæ Maieſtati, vt dignetur confirmare Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris feuda tenentibus, & alijs quibuſcumque Incolis, & habitatoribus dicti Regni, Marchionatus, Comitatus, Baronias, & reliqua feuda, & omnia eorum priuilegia, gratias, & beneficia, eiſdem, & prædeceſſoribus ſuis conceſſa per retroprincipes, & Reges prædeceſſores dictæ Maieſtatis, & Viceregès in hoc Regno, libertates, immunitates, gabellas, tractas, gratias, & cēſualia, prout hactenus tenuerunt, & poſſederunt, & melius vſi fuerunt, pragmaticis ſanctionibus non obſtantibus editis per Sereniſſimum quondam diuæ memoriæ Regem Alphonſum, ſeu capitulis per eundem firmatis, aut firmandis per ipſam Maieſtatem, quatenus eſſent contra eorum priuilegia, vſus, & conſuetudines.

SVMMARIVM.

Capitula aliqua Regni quandoque carent decretata, & quare, num. 1. cum ſeqq.

Rex ideo aliquoties noluit decretatam in capitularibus ponere, quia reſpiciunt futura, ibid.

Leges eſto ſint ſine die, & Conſule valent, num. 2.

Priuilegia debent ſeruari, & confirmari, edi, & demonſtrari, num 3.

Rex an poſſit conceſſiones à ſe factas propter merita, & ſeruitia reuocare, aut modificare, num. 4. & ſeqq.

Rex an poſſit conceſſiones, & gratias à ſe factas, quæ tranſierunt in vim contractus reuocare ſine iuſta cauſa, num. 5. & ſeq.

Regi alienum eſt, & à ſua Maieſtate auferre conceſſa ſine cauſa, num. 6. niſi ob publicam vtilitatem, & exiſtentiam neceſſitatis, num. ſeq.

Rex, caſu, quo eſſet in neceſſitate ob defectum introituum Regni, poteſt modificare, & minuere, ac ſuſpendere aliquas conceſſiones à ſe factas, & aſſignatas perſonis particularibus, & quib. num. 7. cum ſeqq.

Rex ex neceſſitate ſuperueniente poteſt imponere nouum impoſitum, & noua vectigalia, remiſſiuè, ibid.

Rex ad pēſiones, & cōceſſiones, quas quotidie facit, intantum tenetur, inquantum regni reditus ſuppetunt, num. 8. & ſeq.

Princeps poteſt modificare donationem à ſe factum ex iuſta cauſa, num. 9.

Donatio facta per Regem an & quando poſſit ex iuſta cauſa modificari, ibid.

Subiugatorij, & cenſuales contractus facti ad decem pro centenario, an & quomodo potuerint per Regem modificari ad quinque, num. 10.

Cenſuales contractus an potuerunt modificari infra decem pro centenario, ibid.

Contractus facti cum redditione redituum an, & quomodo poterunt per Regem alterari, num. 11.

Superior vbi manum appoſuit, non poteſt inferior ſe intromittere, num. 12.

HOC Capit. eſt connexum cum præcedenti, ibi enim de confirmatione priuilegiorū, conſuetudinum, & morū terrarū demanialiū actū fuit, hic de cōfirmatione priuilegiorum, gratiarum, & aliarū conceſſorum Marchionibus, Comitibus, & Feudatarijs, & quicquid ſit, iā videmus quòd hoc capitulum non fuit decretatū,
1 & caret decretata †, de quo particulari tractauit Ferdinand Bongiorno in Cauſa Spaccaſurni, ſub verſic. ſecundo dico, in fine, qui ait quòd Rex noluit decretare, ea fortaſſis ratione, quia ſupplicatio fuerit facta quoad futura, ex his, quæ ſcripſi ſupr. in c. 456. Regis Alphonſi, verſ. ſubſequenter, tom. 5. & puto per ea verba hic (*firmandis, &c.*) quæ ratio non videtur ſatisfaceſſe, quia realiter hoc capitulū video quòd loquitur per præterita, ibi (*per retroPrincipes, prout hactenus tenuerunt, & poſſederunt*) quia illud (*firmandis*) eſt circa derogationem eorum, quæ inde poterant fieri per Reges; item quia parum proderat Regi, decretare, v. g. non placet, non conuenit, & ſimiliter, tanto magis quia petitio, ſiue ſupplicatio non videtur impertinens, & ob id vel poſſumus dicere, quòd fuerit omiſſa decretata ex obliuione aut quòd intelligatur ſecundum petita, videmus nam-
2 que multas leges † in iure quæ regulariter ſunt ſub die, & conſule, & tamen ſi abſine valeant ad tradita per Gloſſ. & ibi DD. in l. 1. §. conditiones, ff. de edend. Bald. in 1. Cōſtit. Cod. §. quib. verum quicquid ſit hic fuit omiſſa ipſa decretata, quæ in alio non cadebat, niſi, viſis priuilegijs prouidebitur, prout ſupra in capit. 56. etenim, quamuis
3 priuilegia † debeant ſeruari, & confirmari ex his, quæ vidimus in conſuet. Panhor. cap. xj. num. 40. tamen debent edi, & demonſtrari, vt poſui in proæmio Capitularium Regni, Regis Iacobi, num. 16. tom. 1. & per ea, quæ tetigi in pragmaticis, tit. 24. num. 31. tom. 1. earundem pragmaticarū, poſt Surd. Natt. Crott. Roman. Alex. Ruyn. Bart. & ſimiles vt ibid. & quatenus

poſſet dici aliquid ſupra in antecedēti ca-
pitulo Rex ſimpliciter cōfirmat, dic quòd
ibi agitur de priuilegijs terrarum dema-
nialium, & ſic propriarum ipſius Regis,
hic de priuilegijs particularium perſona-
rum, rurſus ibi nihil de tractis, nec de Ga-
bellis, nec cenſibus, hic vero de his omni-
bus, & ideo agitur de præiudicio Regis.

Nec ſine miſterio Inclitus Rex fortaſſis
noluit decretatam apponere, quia cogita-
uit Id, quod potuerit euenire in Regno,
nempe propter deficientiam ſubuentio-
num, & pecuniarum Regiarum, quia ſi eſt
licitum Regibus, & Principibus ob exhau-
ſtum ærarium minuere, & modificare gra-
tias, & penſiones ſuper functionibus fiſcali-
bus, ergo multo magis cogitare in talium
gratiarum conceſſionibus, & propterea
in aliquibus Capitularibus, videmus quòd
Rex vult ſcire quales gratiæ ſint, & ſic vo-
lo dicere, quòd etſi dubitent Doctores an
4 poſſit Princeps † ſiue Rex conceſſiones à
ſe factas, maximè propter merita, & ſer-
uitia reuocare, aut modificare, vt in l ſi pa-
ter, §. vlt. ff. de donat. & in propoſito Va-
lenzuel. conſ. 99. num. 29. poſt Capyc. deciſ.
12. num. 15. Grammat. deciſ. 65. num. 24. Io:
Vinc. de Anna, ſing. 209. & in cap. 1. de
vaſſall. decrepit. ætat Surd. conſ. 419. Frāc.
de Ponte, Hieron. Gigant. Ferdinan. Loa-
5 zes, præſertim illas conceſſiones † quæ
tranſierunt in vim contractus, vt dixi ſu-
pra in cap. 445. Regis Alphonſi, tom. 5. &
maximè ſine cauſa, quia alienum eſt à ſua
6 Maieſtate auſerre abſque cauſa † vt tetigi
ſupra in d. c. 45. & eſt text. in l. fin. C. de lo-
cat. prædior. Ciuil. lib. xj. Auth. de Reſerē-
dar. §. 1. collat. 2. Andr. de Yſern. Bald. Ia-
ſon, Afflict. Thom. Grammat. Iacob. de
Franch Pinell. Maſtrill. Crauett. Molina,
de quib. per ipſum Valenzuel. num. 30. &
7 31. attamen † ob publicam vtilitatem, &
exillentiam neceſſitatis Regis ob defectū
introituum, & Regni redituum, quatenus
non ſuppeterent, poſſunt modificari, &
minui ac ſuſpendi aliqua quantitas par-
tis aſſignatæ etiam Intertenutis, & alijs
penſionarijs, arg. eorum, quę dixi de neceſ-
ſitate Regis imponentis noua vectigalia,
in tit. 18 denou. impoſito ſuper Pragmati-
cis Regijs tom. 2. ipſarum Pragmaticarum,
& in puncto poſt DD. in l. item ſi verbe-
ratum, § item ſi fortè, ff. de rei vendic. Ni-
col. Feſtaſ. in tract. de æſtimo part. 4. ca-
pit. 4. num 45. & cap. 6. num. 7. Alex. ab Ale-
xandr. Grammat. Vinc. de Franch. Ma-
thienz Azeued. Bouadill. Io: Franc. de
Ponte, Fælin. Oſaſc. & alios tradit ipſe Va-
lenzuel. num. 33. & 34. ex eod. de Ponte, in
tract. de poteſtat. Proregis, tit. 5 de tractis,
8 num. 20. quòd penſiones † quæ concedun-
tur quotidie per Reges, eatenus conceſſæ
intelliguntur, & ſoluuntur, quatenus Re-
gni reditus ſuppetunt, prouiſo prius eo,
quod oportet pro neceſſaria Regis ſub-
ſtentatione, & defenſione ex inſita, & in-
nata natura eorundem redituum, Pinell. in
L. 1. C. de bon. matern. par. 3. num 62. qui lo-
9 quitur in donatione † facta per Principem
& poſtea modificata ex iuſta cauſa, vt in
d. cap. 445. dixi num. 13. & ita obſeuatur à-
pud Luſitanos ex l. Regia lib. 1. tit. 76. &
lib 2. tit. 17. Afflict. Yſern. Gozadin. Re-
ſtaur. Caſtald. Crauett. Gigas, Rom. Cyn.
Grammat. & volunt multi, de quib. per ip-
ſum Valenzuel. num. 36. 37. 38. & 39. vbi
ſic concludit poſſe ex cauſa reuocari de-
creta, & conuentiones Reipublicæ, quæ
regulariter eſſent irreuocabiles. Et hinc
fortè puto fuiſſe factam illam alteratione
10 contractuum ſubiugatoriorum † de qui-
bus ſcripſi ſupr. in Bulla, & Regia Pragma-
tica poſt cap. 355 Regis Alphonſi, ſub nu.
506. tom. 5. ad quinque pro centenario
vbi olim erant ad decem maxime ſuper
bonis patrimonialibus de ordine Sereniſ-
ſimi Principis Philiberti olim in hoc Re-
gno Vicarij ad litteras Catholicæ Maie-
ſtatis, vt ibidem, quia ex cauſa prædictæ
publicę vtilitatis, ob deficiētia functionū
fiſcalium, & ærarium Regium aggraua-
11 tum, potuerit Rex † alterare contractus
vt per DD. in l. quod ſemel, ff. de decret.
ab ordin. faciend. Alciat. conſ. 165. num. 5.
lib. 6. Ferdinand. Loazes in Allegat. pro
Marchione de los velez, dubitat. 1. in 1. re-
ſpon. ad 5. & 6 fundamentum oppidi, nu.
22. cum ſeqq. Io: Anton. de Nigris ad cap.
Regni Neapolis, cum nihil, rubr. de portu-
lanis, num. 18. & in cap. exercere, num. 23.
de compoſit. & commut. pœnarum cum
concordantib per ipſum Valenzuel. quā-
uis dubitauerim, quomodo potuerit hoc
fieri in bulla, dum deputauit, & manum
12 † poſuit ibi Papa tamquā ſuperior conſe-
quēter omnino minor ceſſet, c. vt debitus,
vbi Abb. num. 13. de offic. delegat. Rota
Hyſpalenſ quam refert, & ſequitur Io.
Baptiſt. Marcheſan. in prax. Commiſſ. par.
1. cap. 2. ſub nu. 46. fol. 402. col. 2. & ſupplebo
in d Regia Pragmat. tom. 2. pragmatica-
rum tit. 46. de Cenſibus.

Quòd vaſſalli non poſsint ſe congregare, & conſilia facere ſine licentia Baronum.
Cap. L X I I I I.

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni, Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd Vaſſalli Marchionum, Comitum, & Baronum dicti Regni, aliqua quacumque cauſa non poſſint ſine licentia, & conſenſu eorumdem ſe ipſos congregare, nec conſilium facere, ſub pœna confiſcationis bonorum omnium applicandorum prædictis Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, accidere enim ſolet multoties ex dictis congregationibus ſcandala prædictis

dictis Terris, & quòd caſu, quo non voluerint obtinere licentiam à prædictis, poſſint recurrere ad dominum Viceregem ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd dicti Vaſſalli ſine conſenſu dominorum non poſſint ſimul congregari vniuerſaliter, vt conſilium faciant ſine licentia Regiæ Maieſtatis, aut Viceregis, pro tempore exiſtentis in Regno, verum, ſi Viceregi viſum fuerit intereſſe concerni Baronis, non concedat licentiam, niſi prius audito Barone, verbo.

SVMMARIVM.

Vaſſalli non poſſunt ſe congregare, & facere concilium abſque authoritate, & licentia ipſorum Baronum vel Proregis, nu. 1. cum ſeqq. rationes, num 4.

Vniuerſitas an &, quomodo poſſit dare iuriſdictionem ordinariam, ibid.

Vniuerſitas habendo ſuperiorem non poteſt ſe congregare, nec facere ſyndicum abſque licentia ſui Superioris, num. 2.

Burgus poteſt conſtituere vniuerſitatem legitimam, & facere poſſe aliquid, etiam ſuperiore non approbante, num. 3.

Vaſſalli volendo creare ſyndicum debent habere licentiam à Baronibus, ob machinationes, & fraudes contra eos, num. 4.

Vniuerſitates volentes congregare concilium etiam pro vtilitate publica, v. g. pro ſoluendo donatiuo non poſſunt facere niſi cũ licentia Viceregis, num. 5. cum ſeq. fallit, nu. 12. cum ſeqq.

Vniuerſitas licet poſſit facere leges, & ſtatuta, tamen fallit quando Princeps eſt præſens in loco, nam tunc debent confirmari ab eo, num. 6.

Syndici non poſſunt conſtitui ab Vniuerſitatibus abſque Principis licentia, num. 7. cum ſeq.

Syndici quomodo creantur ab Vniuerſitatibus, num. 8.

Barones non poſſunt ſe congregare ſine licentia Proregis, ibid. & num. ſeqq. & num. 11.

Barones ſi mictere vellent ad Regem pro eorum negotijs, non poſſint inconſulto Prorege, num. 9.

Princeps poteſt ſe intromictere in cauſis Baronum, & quando, ibid.

Congregatio omnis regulariter facta per laicos præſumitur mala, num. 10.

Vaſſalli Baronum quando litigant cum Baronibus ſolent impetrare à Principe ſaluas guardias, num. 12. 17.

Vniuerſitates ſuperiorem nõ recognoſcentes poſſunt congregare concilium, & facere ſyndicum abſque licentia, num. 13.

Syndicus conſtitutus ab Antianis, & Decurionibus Vniuerſitatis circa negotia ipſorum, poteſt conſtitui abſque licentia, nec confirmatione, num. 14. aut quando ſe congregarent pro cauſa honeſta, num. 15.

Vniuerſitas habens priuilegium ſe congregandi, & tenendi concilium abſque licentia, nec cõfirmatione ſuperioris, poteſt hoc facere, num. 16.

Saluas guardias poſſunt impetrare à Principe Vaſſalli litigantes contra Baronem, num. 17.

Vniuerſitas poteſt congregare concilium abſque licentia, ſi non eſt ad malum finem, num. 18. vel quando aliquis officialis ſupremus aſſereret ſe illam habere, num. 19. vel quando ſe congregat per capiendis malefactoribus, nu. 20. vel aliqua ſubſiſtente cauſa, num. 21.

Vniuerſitas poteſt cogi ad creandum ſyndicum cum conſtitutione ſalarij, num. 22.

Syndici conſtituti ab Vniuerſitatibus debent conſequi ſalarium, & interim ſtant ad eorũ expenſas, ibid.

Vniuerſitas poteſt conſiſtere in modicis hominibus, & in villis, num. 23. cum ſeqq.

Villa poteſt conſiſtere in ſex, vel decem hominibus, ibid.

Caſtrum conſiſtens adhuc in paucis hominibus, habet reſtitutionem in integrum, num. 24. & ſeq.

Reſtitutio in integrum competit vniuerſitati, ſiue magnæ, quàm paruæ, num. 25. cum ſeqq.

Vniuerſitates fiunt etiam ex decem hominibus, & poſſunt creare Syndicum, num. 26.

Villa triginta focularium habet reſtitutionem in integrum ibid & num. ſeqq. & num. 31.

Focularia ſunt quædam domus & loca fumantia fumum facientia, vel focum, & ignem, num. 27. cum ſeqq.

Focularia ſiue fumantia ſunt onus perſonale, vel ſaltim mixtum, & debet ſolui per quemlibet ex pluribus habitantibus, num 28.

Foculare patris, & filiorum eſt eadem fumãtia, non diuerſa viuo patre, num. 29. cum ſeq.

Patris, & Filij vnum Patrimonium eſſe cenſetur, num. 30.

Villæ quo ad regimen & adminiſtrationem veniunt appellatione Ciuitatis, num. 31.

Caſtra, & Villæ continentur ſub ciuitatibus quo ad regimen, & gubernium, ibid.

Villarum conſiliarij ſiue ſuperiores non habent illam autoritatem, quam habent Decuriones Ciuitatum, & locorum inſignium, num. 32.

Vniuerſitatis totius conſenſus, & authoritas ſuperiorum eſt neceſſarius quando agitur de venditione rerum ipſius vniuerſitatis, num. 33.

Vaſſalli, & Barones ſi inter ſe litigarent, v. g. ex malo ordine, vel ob onera, & vexationes, quis Iudex ſit inter eos, num. 34.

Verba, prout viſum fuerit, importans liberum arbitrium, num. 35.

Iurati, & alij officiales, quando ſe congregant pro ſtatu vniuerſitatum. pro vẽdendis Gabellis, pro meta imponenda, &c. tunc non eſt neceſſaria licentia, num. 36.

Concilia quando congregantur etiam ad ſonum campanæ, debet concurrere maior pars, num.

37. cum ſeqq. fallit, num. 40. cum ſeqq.
Maior pars ſemper debet concurrere in conciliis, & congregationibus. ibid.
Voces quandoque dantur cum luppinis, & fabis, & quomodo, num. 38. 46.
Concurſus omnium vbi requiritur, ſufficit, vt maior pars interuenerit, num. 39.
Maior pars tunc non præiudicat minori, quando factum à maiori parte non præiudicaret omnibus circa rem, quæ ad omnes ſpectaret, nu. 40. vel quando vtilius eſſet reipublicæ, num. 41. vel viſi eſſemus inſaniori parte, num. 42. vel quando quod fecit maior pars, contineret iniquitatem num. 43. vel quando id, quod fecit maior pars, fuiſſet factum contra conſuetu, num. 44. vel quando maior pars conſideraretur non habito reſpectu ad numerum perſonarum, num. 45.
Statutum valet, vt actus non teneant, niſi omnes conſentiant, num. 47.
Electio ſi allegetur nulla fuiſſe facta, debent electi pendente nullitate ſe abſtinere ab adminiſtratione, num. 48.
Electio facta de ſyndico, aut aliter, debet confirmari, num. 49.
Barones ſi prætenderent aliquid ius in electione ſyndici, debent manuteneri, ibid.
Syndicus ſi eſt electus, vel nominatus per vaſſallos, ſi Baroni non placuerit, non poteſt vltra tertiam refutationem dicere, iſte mihi diſplicet, num. 50.
Burgus ſi vellet conſtituere vniuerſitatem, an poſsit non approbante ſuperiore, num. 51.
Populus an poſsit creare vniuerſitatem, & quomodo, ibid.
Concilium poſtquam eſt congregatum, vna ſemel debet fieri deliberatio inſimul, & non aliqui hodie deliberare, & cras reliqui, n. 52.
Concilium ſolet congregari ad ſonum campanæ, num. 53. cum ſeqq. vel per cartellam in loco publico affixam, num. 55.
Campana ſi non eſt pulſata ad concilia vocanda, omnes actus ſunt nulli, num. 54.
Campanæ ſolent pulſari tempore tempeſtatis, num. 56.
Campanæ ſonitus ad conuocationem concilij, efficit, vt nulla alia citatio, nec notificatio requiratur, quoad abſentes, num 57.
Campana ſi fuit pulſata in conuocatione concilij, paucorum conſenſus, qui venerunt, concludit ipſum concilium, num. 58.
Concilium ſi detinetur pulſata campana, ſolet fieri prępoſitio, num placeat fieri hoc & illud, num. 59. & de modo reſpondendi, & de prælatione vocum, num. 60.
Capitaneus habet primam vocem in concilijs cōgregatis, num. 60.
Concilium debet congregari in loco ſolito aliàs eſt nullum, & ſubreptitium, num. 61.
Concilium quando congregatum eſt, non eſt opus apponere omnium ciuium nomina ſed aliquorum principalium, cum clauſula, & omnes alij, num. 62.
Concilia quando congregantur per Vaſſallos, debet interuenire dominus Terræ, & Barones, num. 63. niſi aliquid contra eum tractari intenditur, num. 64. & ſeq.
Adiuntamenta quando fiunt, ſolet quandoque fieri abſque præſentia domini, ibid.
Vniuerſitas poteſt remouere poteſtatem durante eius officio, ſi non facit id, quod debet, nu. 65.
Officiales poſſunt remoui durante officio, ſi non faciunt, id quod debent, ibid.
Concilium non debet vllo modo congregari, quādo quod abſit proponitur quid contra præiudicium Regis, num. 66. & ſeq.
Tumultus ſi fieret per populos, inſiſtendo in congregando concilium, quia curare debeat ſuperior, num. 67.
Concilio congregato ſi gentes adunatæ non ſunt concordes, an poſſint conuocari gentes de foris extra concilium, num. 68.
Concilio congregato, ſi negotium propoſitum eſt dubium, poteſt per Regiorem terminari, n. 69.

NON poſſunt Vaſſalli ſe congregare
1 † & facere conſilium abſque authoritate, & licentia Baronum, vel Domini Proregis in Regno, cuius confirmatio eſt neceſſaria, vt ſubdam inferius in 4. declaratione, quamuis legamus quòd poſſit vniuerſitas dare iuriſdictionem ordinariam, indiget tamen confirmatione, ex adductis ſupra in capit. 82. Regis Federici, propè principium, tom. 2. ratio eſt quia ex quo
2 vniuerſitas † tamquam illa, quæ habet ſuperiorem, non poteſt ſe congregare, nec facere ſyndicum, neque alia abſque licentia ſui ſuperioris, Gloſſ. in l. nulli. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nom. vbi Paul. de Caſtr. Corn. conſ. 189. col. pen. lib. 3. Bald conſil. 278. caſus talis eſt, vol. 5. Maſtrill. in tract. de Magiſtratib. tit. de Offic. Proreg. cap. 6. nu. 232. cu ſeqq. part. 2 Nec enim poteſt dici factum ab Vniuerſitate quod non fieret congregato cōcilio, & participato negotio, vt dicam etiam inferius in octaua declaratione, & de hoc ſimili capitulo loquitur Dom. Scipio Rouitus, ſuper Pragmat. 2. Regni Neapolis, tit. de admin. vniuerſitatis, vbi aliqua in materia, quæ ſuis locis tranſportaui. Eſt verum quòd homi-
3 num multitudo, v. g. Burgus † poteſt conſtituere Vniuerſitatem legitimam, & facere poſſe quid, etiam ſuperiore nō approbante, vt poſt Bart. & Barbat. refert Menoch. conſ. 84. num. 52 & ſeq. lib. 1. non tamen ipſi inſerunt ad ſyndici, creationem. Etiam ſi congregatio fieret contra Barones, Comites, Marchiones, &c. de quibus hic in textu, à quibus adhuc eſſet neceſſarius conſenſus, & licētia omnitaria requirenda eſt, quam ſi nollent Vaſſalli habent recurſum ad Dom. Proregem, vt eſt hic dictum, & hic me remiſi, tangens de hoc, ſupra in cap. xxj. eiuſdem Regis Federici, verſic. & quoniam d. tom. 2. & in cap. 60. Regis Iacobi, verſic. ceſſat igitur, tom. 1. & declarabo, inferius, in xi. declaratione
4 modo addo rationes † hoc eſſe propter euitandas fraudes, & machinationes, quæ aduerſus ipſos feudatarios dominos, v. g. Marchionem, Comitem, Baronem, &c. fieri poſſent, & colligitur ex hoc capitulo,

ibi

ibi(*accidere enim ſolet multoties ex dictis con-
gregationibus ſcandala &c.*) qua de re Do-
minus Rex ſaltim præcipit , vt verbo
audiantur,vt expreſſe ſic legitur hic. Etiã
pro ſaciendo procuratorem ad agendum,
nec defendendum, ſicut eſt Syndicus , vt
ſubdam inferius in verſic. amplio ſecundo
in creatione ſyndici , &c. & dixi in d. ca-
pit. 60. Regis Iacobi, & ita pertranſeunt
Noſtrates,& Boniorn. hic, qui concludũt
quòd, ex quo hæc rubrica,& cap.loquun-
tur prohibitiue , conſequenter continent
prohibitionẽ, & sũt conformis iuris com-
munis diſpoſitioni,ex Bart.in l.actor, ff.rẽ
rat.haber. vt in l. obſeruare , C. de Decu-
rion.itaque ait Io: Faber ſeruari Franciæ,
in §.vniuerſitas, inſtit. de rer. diuiſ. Guid.
Pap.deciſ.106. Corn. conſ.d. 189. vol.3. &
conſ.224. vol.4. vbi pro,& contra,Paris de
ſyndic.cap.pone quòd vniuerſitas,tit.de
offic.ſyndici,DD. in l. 1. ff. quod cuiuſq.
vniuerſ.nomin.Alber. Brun. conſ. 29. In
cauſa Dominorum, &c. Capyc. deciſ. 27.
num.22 idem Boniorn. in Adnot. ad l. 2.
vbi DD.C.de Decur.lib.x.

Amplio idem poſſe procedere, quando
5 congregatio† reſpiceret adhuc vtilitatem
publicam,v.g.de ſoluendo aliquod donati-
uum,etiam ſi eſſet Regium,per ciues,nam
ſine authoritate Domini Proregis non
poſſunt ſe congregare,vt in d.capit.60.po-
ſui.maximè ſi eſſet preſens in Regno,pro-
ut ita eſt,quia tunc, licet regulariter poſ-
6 ſint vniuerſitates † ſe congregare, & face-
re ſtatuta , & leges, tamen fallit , quando
Princeps eſſet præsẽs in illo loco, etenim
tunc tale ſtatutum non valeret,niſi idem
Princeps illud confirmaret, Bald. in l. hu-
manum in 4. notab. C. de legib. quem ſe-
quitur Matth.de Afflicto, in prælud. Con-
ſtit.Regni,quæſt. 3.ſub num. 2.& 3. Guid.
Pap. deciſ.631.in 3.dubio,qui videntur lo-
qui in vaſſallis Demanialibus , *Boniorn.*
hic.

Amplia Secundo , in creatione Syndici
7 † qui creari non poteſt à dicta Vniuerſi-
tate abſque Principis licentia , vt tetigi ſu-
perius, & vide,quæ dixi in conſuetud. Pa-
nhor.capit.79. num. 17. & in d. capit. 60.
Regis Iacobi,verſic.cognitis his, Menoch.
d.conſ.80. num. 51. cum ſeq. lib. 1. Corn.
conſ. 148. num. 4. libr. 1. quando ſcilicet
8 †creatur ab Vniuerſitatibus,vocatis Prio-
ribus,& Miniſtralibus, addo Mynadoum
in repetir. Conſtit.in aliquibus, Ballum in
tit. de quæſtionibus particularibus; quæſt.
2.num.68.& 69.qui concludunt, quòd Ba-
rones neque etiam poſſunt ſe congregare
ſine licentia Domini Proregis,arg. eorum
quæ diximus de pariamento ſupra in dict.
capit. 11. immo aliter actus non valerent,
eſto,quòd pœnas non incurrerent, Abb.in
cap.vnico,de ſyndic.Innoc.in cap. 2. de
nou.oper.nunc.Io: Faber.Bellon. Corſett.
Aymon Crauett. & alij, de quibus per
Montanar.num.270. & eſt neceſſe , vt in-
teruenìat ab initio actus,nõ poſtea, vt per
eundem Montanar. num. 276. cum ſeqq.
9 Maximè ſi vellent ipſi Barones † mittere
ad Regem pro eorum negotijs , etenim
nec inconſulto eo poſſunt facere, & præ-
ſertim ad tollendos rumores, & ſcandala,
quę ſæpæſæpius oriri ſolent in creationi-
bus Officialium,Guid.Papæ, d.quæſt. 106.
Boer.deciſ.60.num.112.Montanar. vbi ſu-
pra ſub d.nu.266. in fine,& per l. 3. & fin.
C.de legation.lib.x.Mynadous , vbi ſupra,
Petr.de Gregor. de conceſſ. feudi, part. 8.
quæſt.16.n.2. cũ ſeqq.nam eſt de caſibus,in
quibus Princeps ſe intromittit in cauſis
Baronum,vt vidimus ſupra in cap.10. Re-
gis Martini,declaratione 7.num. 88. cum
ſeqq.tom.3.& quòd ſuperioris authoritas
requiratur,eſt text.& ibi Bar.in d.l.actor,
nu.10. ff.rem rat.haber. d.l.1.C. de Decu-
rion.lib.10.cum concordant. adductis per
ipſum Io:Paul.Montan. ſuper dicta Prag-
mat.Regni Neapolis,num.265.& ſeq ea
10 ratione † quia omnis congregatio præſu-
mitur mala,l.1.ff.de colleg.illicitis , & eo-
rum,quæ ſcripſi in cap.114. Regis Federi-
ci , per tot. tom. 2. vbi plura Paris de
Puteo,Lucas de Penna,Niger,Crauett.&
alij per eum,d. num.266. Ioann. de Platea
Alberic.Bald.Bart. Paul. de Caſtro , & eſt
* com. * opinio , non obſtante quòd aliqui
tenuerint contrarium , & num. 267. & d.
11 num. 268. vbi quòd † Barones ipſi non
poſſunt abſque licentia Domini Proregis
ſe congregare, ex eod. Thom. Mynadoy,
in d.conſtit.in aliquibus,verbo, Comitum,
& Baronum , num. 56. & iſto caſu ſolent
12 vaſſalli impetrare† ſaluas guardias,vt poſt
Petr.de Greg.loco citat.dixi in eadẽ con-
ſuet.Panhor. cap.79. num.16. Natt.ad A-
lex.conſ.1.lib. 4. & quæ poſui in deciſ. 29.
num.9.& Inferius hic,nu.17.& 34. ¶ Eſt
verum,quòd loquendo in Vniuerſitatibus
13 liberis † ſuperiorem non reconoſcentibus
non eſt neceſſaria licentia ſupradicta , vt
poſt Paul.de Caſtro,in d.l.nulli,num. 6. ff.
quod cuiuſq. vniu. & Gloſſ. in l. procura-
tores,C.de Decurion.lib.x.Speculat. Bart.
Alberic.& alios idem Io:Paul.Montanar.
loco citato,d.num.266. ¶ Sicut idem
14 eſſet , quando v. g. Antiani † & Decurio-
nes ipſius Vniuerſitatis conſtituiſſent Syn-
dicum nomine ipſorum circa negotia tan-
gentia ipſorum officium , tunc enim dice-
retur Syndicus conſtituentium & non eſt
opus licentia,nec confirmatione,idem Io:
Paul.Montanar. num. 269. ¶ Sicut ſi v.
15 g.congregarent ſe † pro cauſa honeſta,
nec eſſet opus prædicta licentia , vt ſentit
ſub dubio Crauett. conſ 4. num. 15. 16. &
17. Vel niſi vniuerſitates ipſæ haberent
16 † aliquod priuilegium ſe cõgregandi abſ-
que licentia ſuperioris, vel niſi vniuerſitas
17 eſſet oppreſſa a Barone † & congregaret
ſe ad ſupplicandum Principi cõtra Baro-
nẽ ex ijs,quę videbimus inferius in d.xj.de-
claratione,quo caſu ſolet etiam obtinere
dictas ſaluas guardias, de quibus loquor
infra in cap. 77. Vel niſi congregatio non
eſſet

18 eſſet ad malum finem † vel niſi ſyndicus,
aut aliquis alius Officialis ſupremus aſſe-
19 reret ſe habere † licentiam, vel niſi ſe con-
20 gregaſſet pro † capiendis malefactoribus,
21 ſiue aliqua alia ſubſiſtente cauſa † ut de
his caſibus conſiderauit ipſe Io. Paul. Mo-
tanar. loco citato, vſque ad num. 276.

Et hinc naſcitur quòd poteſt dicta Vni-
22 uerſitas † cogi ad creandum dictum Syn-
dicum, ex citatis in d. conſuet. Panhor. n.
10. & in d. cap. 60. Regis Iacobi, ſub d. ver-
ſic. cognitis his, & quæ dixi ſupra in d. cap.
xj. ſub num. 150. vbi à ſimili loquor
in materia parlamenti, & conſtituere illi
Salarium, & interim dicti Syndici ſtant ad
expenſas dictarum Vniuerſitatum, ita ha-
bes ſupra in cap. 67. Regis Martini, §. 5. to.
3. vbi latè ſuppleui.

Ampliatur Tertio, etiamſi dicta Vni-
23 uerſitas conſiſteret † in modicis homini-
bus, & ſic in villis, puta decem, ſex, vel ſi-
milibus, ita videtur intelligere Matth. de
Afflict. in prælud. conſtit. Regni, quæſt. 5. n.
2. 3. & 4. vbi poſt Iacob. de Butr. & Bartol.
in l. Reſpublica, C. ex quib. cauſis maior. ait
24 quòd Caſtrum † etiam ſi conſiſteret in d.
numero perſonarum, habet reſtitutionem
in integrum, & ſiue ſit magna vel parua
vniuerſitas habet talem in integrum reſti-
25 tutionem † ex Io. de Platæa. Abbat. Ioann.
de Andrea Speculat. Odoffredd. Guid. de
Suzar. & alijs, ſubdens ipſe d. num. 3. quòd
decem homines faciunt Vniuerſitatem,
26 & poſſunt creare Syndicũ † & quòd alias
vidit, quòd Villæ 30. focularioꝝum (iuxta
ea focularia, de quibus recordor ſcripſiſſe
in Pragmaticis, tit. 76. de Piratis, num. 12.
tom. 1. Pragmaticarum, cum ibi citatis,
27 quæ aliud non ſunt, niſi fumantia † quaſi
domus, quæ faciunt fumum, vel focum, aut
ignem per inhabitantes in eis, vt per Bald.
in Auth. defuncto, C. ad Tertullian. vbi
quod focularia, fumantia, & familiæ ſunt
ſynonima, & idem important, & per eun-
dem Bald. in l. qui ſe patris, col. 9. C. vnde
liberi, & per Rayner. de Forliuio, & Bart.
in l. tria onera, de excuſat. tutor. qui ait
28 quòd focularia, ſiue fumantia † ſunt onus
perſonale, vel ſaltem mixtum, & debet ſol-
ui per quemlibet ex pluribus habitantibus
in eadem domo ad eundem focum, ſi ha-
bent tamen bona diuiſa, & diuiſim viuunt,
idem Bald. in l. etiam, verſic. modo viden-
dum C. de execut. rei iudic. & ita poſt Pe-
trum de Emandula in quodam conſilio
pro Caſtro Petri Fulli, ait Ioann. Bertacch.
in ſuo repertor. verbo, fumantia, fol. 420.
29 col. 3 part. 2. vbi ſubdit quòd foculare † pa-
tris, & filiorum eſt eadem fumantia, non
diuerſa, viuo patre, per l. ſi ij, qui, C. de fi-
lijsfamil. & quemadmod. pater, lib. x. Bal-
dus in Addition. ad Speculat. tit. de feudis,
verſic. ſi ſunt plures, vbi Gloſſ. & in l. 2. C.
qui ætat, lib. 10. vbi quod vnum patrimo-
30 nium † cenſetur patris, & filij, idem Bald.
in d. l. qui ſe patris) cõceſſa fuit dicta reſti-
31 tutio in integrum † ideoque inſero, quod
idem dicitur de Villis; nam quæcumque
diſponuntur de Ciuitatibus circa earum
regimen, & adminiſtrationem, dicuntur
etiam, & habent locum in ipſis Caſtris, &
Villis Bart. Angel. & alij in l. Ciuitas, ff. ſi
cer. pet. & in ead. l. reſpublic. ex quib. cauſ.
maior. Gugliel. de Cuneo, & cæteri in l.
fin. C. de Sacroſ. Eccl. ſ. Rolland. conſ. 90.
num. 23. vol. 1. eſt verum quòd Conſiliares
32 villarum † non habent illam authoritatẽ,
quam habent Decuriones Ciuitatum, &
locorum inſignium, vt ex Iacob. Rebuff.
in l. nominationum, C. de Decurion. lib. x.
Grammat vot. 1. num. 27. Cagnol. in l. 2.
num. 145. ff. de origin. iur. Cardinal. Ale-
xandrin. in cap. Senatuſconſultum, diſt. 2.
intellexit Surd. conſil. 65. num. 15. &
16. lib. 1.

Amplia Quarto, maximè procedere, ſi
tractaretur de vẽditione rerum vniuerſi-
tatis, quia multo magis eſt neceſſarius to-
33 tius † vniuerſitatis conſenſus, & authoritas
ſuperiorum, ixta l. vltimam, C. de vendit.
rer. Ciuit. Menocch. d. conſ. 80. num. 21.
cum ſeqq. lib. 1. v. g. de venditionibus an-
nuorum redituum, vel gabellarum, pro
ſoluendis Regijs collectis, aut pro vrgenti-
bus neceſſitatibus, ex his, quæ poſui ſupra
remiſſiuè in cap. 53. ad loca ibi citata.

34 Amplia Quinto, † etiam habere locum,
quando eſſet quæſtio inter ipſos Vaſſal-
los, & Baronem, qui prætenderet onera-
re eos, & vexare, vel malo ordine proce-
dere, quia licet de iure cõmuni iſto caſu
erãt alij Vaſſalli iudices, qui ab eodẽ Do-
mino alia loca recognoſcebãt, & ſic ipſi
erãt pares Curiæ, ex adductis ſupr. in c. 540.
Regis Alphonſi, verſic. ſ. primo, &c. ſub nu.
30. ex Bald. conſ. 326. num. 5. incip. Rex Ro-
manorum, lib. 1. feudiſtis in cap. 1. de Vaſ-
ſall. milit. qui contumax eſt, tamen hodie
eſt M. R. C. & creatur Syndicus in hoc, &
ita important illa verba hic poſita ibi (*pro-
35 ut † viſum fuerit*) quæ verba important li-
berum arbitrium, Bart. in extrauag. ad re-
primendum verſ. videbitur, contra Gloſſ.
in l. Thais, §. lucius titius, vbi Bart. ff. de fi-
deicommiſſar. libert. Ludou. in rubr. de ar-
bitr. col. 4 Abb. in cap. cum autem, de iure
patr. Lanfrãc. & alij Inn. in c. canonum, in
gloſſ. ſua, de cõſtit. vt concluſerunt antiqui
DD. noſtri Iudices M. R. C. in Anno 1535.
9. Indic. & 1536. in tranſitu, & poſt tranſi-
tum Imperatoris Caroli V. Regis noſtri
per Regnum, vt refert hic Boniorn. dicẽs
quòd ſtabit in arbitrio D. Viceregis, an ve-
lit citare Baronem, & ita conceſſit plures
licentias poſſe vniuerſitates congre-
gare ſyndicum, adhuc nõ audito Barone,
quia hic non eſt aliud, niſi legitimare per-
ſonam, in hoc enim non habet intereſſe,
verum quod ſi haberet intereſſe, vt quia
vaſſalli vellent ſindicare Baronem ſem-
per debet vocari Baro vt ſonant verba
hic, vel quando haberet aliquod intereſſe
cõſiderabile, vt puta ſi vellet includere ali-
quod territorium, vel imponere malum
de-

denarium, &c. & per Mandell conſ.427.
Declaro primo, ſecus eſſe in caſu, quo
36 congregarentur † v.g. Iurati, cæterique
vniuerſitatis Officiales cum quibuſdam
Nobilibus de populo circa modum, ſiue
ſtatum vendendarum gabellarum, quia
non eſt neceſſaria tunc aliqua licentia,
vt expreſsè habetur ſupra in cap. 47. Re-
gis Alphonſi, vbi ſcripſi in 2. notab. tom. 4.
aut quando congregarentur Iurati pro
meta ponenda, vt vidimus ēt. ſupra in c. 55.
eiuſdem Regis Alphonſi, ibi, ſexto, & vlti-
mo, eod. tom. 4.
Declara Secundo, vt in iſtis Concilijs
37 congregatis † debeat concurrere maior
pars (argumento eorum, quæ ſcripſi ſupra
in materia concurſus in d. cap. xj. declara-
tione decima, vt in cap. 24. verſic. datur,
&c.) Ioan. Paul. Montanar. ſuper d. Prag-
mat. num. 254. & ſeq. & à num. 282. cum
plurib. ſeqq. Alex. conſ. 70. lib. 1. Cal-
can. conſ. 75. col. 10. Barbat. conſ. 17. lib. 3.
Boniorn. hic & alij, & ita loquitur Bart.
in l. omnes populi, col. 6. ff. de iuſtit. & iur.
vbi facit mentionem de illis ſtatutis, quæ
fiunt à populo conuocato concilio ad ſo-
num campanæ, de qua loquor inferius in
octaua declaratione, & facta propoſitio-
ne, & obtempta per duas partes, vel ſaltim
per maiorem partem, Ioann. Bertacchin.
in ſuo reperior. d. verbo, ſtatutum, fol. meo
95. col. 4. vbi ſubdit, quòd in dictis ſtatutis
condendis à populo, verba non ſemper re-
quiruntur, ſed conſenſus per ſigna ad fa-
38 bas † ſeu luppinos, de quibus hic paulo in-
ferius, num. 46. more Senenſium, ex Bart.
loco citato, quæſt. 2. principali, quæſt. 4. col.
8. quo iure in dies vtimur etiam in dan-
dis vocibus, ex adductis infra in capit. 97.
quia iſto caſu non eſt aliorum cōtradictio
curanda, per text. in l. quod maior, ff. ad
municipal. l. aliud, §. refertur, ff. de re iudic.
Bart. in l. quicumque, C. de omn. agr deſer.
lib. x. Bald. in l. reſcriptum, ff. de pact. Dec.
& Cagnol. in d. §. refertur, num. 17. Angel.
Iaſon. Brun. Crauett. Ripa, & alij per Io:
Petr. Surd. in d. conſ. 65 num. 3. d. lib. 1. qui
39 refert, quòd † vbi in aliquo actu require-
retur concurſus omniū, ſufficit quòd ma-
ior pars interuenerit, & ita importāt hæc
verba noſtri textus, ibi (*ſimul congregari
vniuerſaliter*) inferens ad Secretarium, qui
diceret, omnibus conſentientibus, quia
etiam ſi aliqui contradixiſſent, dicuntur
omnes cōſentire, ſi maior pars conſentijt,
& poteſt applicari in Regno ad Protho-
notarium ſiue Magiſtros Notarios, qui di-
cerent, omnes, de conſilio cōſentijſſe, &c.
nam, vt ipſe Surd. poſt ipſum Cagnol. ait,
non eſſe hanc falſitatem ¶ Niſi dicamus
40 quòd tunc † maior pars non præiudicat
minori, quando factum à maiori parte nō
præiudicaret omnibus circa rem, quæ ad
omnes ſpectaret, nam tunc, quando om-
nes, vt ſinguli intereſſe prætenderent, om-
nium conſenſus requiritur, ex quo, quod
omnes tangit, ab omnibus debet approba-
ri, ſed ſinguli quoque interuenire, & con-
ſentire deberent, ſecundum Gloſſ. in l. 2.
C. quæ ſit longa conſuetudo, Iaſon in l. iu-
riſgentium, §. fin. num. 8. ff. de pact. Angel.
conſ. 271. verſic. ſecundo principaliter, Fæ-
lin. in cap. cum omnes, num. 19. & ibi Dec.
num. 6. ff. de conſtit. cum concordantib.
per eundem Surd. vbi ſupra, num. 17.
41 ¶ Vel niſi vtilius eſſet Reipublicæ † nam
tunc minoris partis conſenſus, ac ſenten-
tia, quæ eſt Reipublicæ vtilior, præualere
debet ei, quod maior pars ſtatuit Ripa,
conſ. 93. in fine, Abb. in cap. Eccleſia, vlti-
mo, de election. Bald conſ. 318. col. 2. vol. 3.
Crauett. conſ. 195. num. 10. cum ſimilib.
ab ipſo Surd. citatis, num. 20. vbi ſubdit, vel
42 niſi eſſemus in ſaniori parte † etenim tunc
nedum concurrere debet maior pars, ſed
ipſa ſanior, vel niſi quod faceret pars ma-
43 ior contineret † iniquitatem, vt dixi ſu-
pra in d. cap. 24. loco præcitato, Vel niſi
quando id, quod eſſet factū à maiori par-
44 te † eſſet factum contra conſuetum, quia
tunc non attenditur maior pars, vt poſt
Innoc. & Abbat. in cap. veniens, de præ-
ſcript. Iaſon in d. l. iuriſgentiū, §. hodie, nu.
8. ff. de pact. Bald. & alios ſubdit idē Surd.
45 num. 22. Vel niſi † vt ipſe ſubiugit, num. 23.
maior pars conſideraretur, non aliter ha-
bito reſpectu ad numerum perſonarum,
ſed ad earū facultates & regiſtrū; quaſi di-
cat quòd tūc maior pars iſto modo præua-
leat (argumento eorum, quæ vidimus de
paſcuis ſupra in cap. xxxj. limit. 4.) & iſto
caſu ad cognoſcendum quæ fuerit ſanior
pars, dicit Montanar. quòd voces non
46 poſſent dari per dictos luppinos † & fa-
bas, de quib. tetigi paulo ſuperius hic, & lo-
quor infra in d. cap. 97. in princ. niſi aliter
eſſet cōſuetudo, poſt Tiraquell Abb. Alex.
& alios per eum citatos, num. 303. ¶ Sic
videmus quòd tenet ſtatutum, vt actus nō
47 valeat † niſi omnes conſentiant, vt poſt
eundem Abbat. in cap. conſtitutus de ap-
pellat. col. 2. verſic. ex quo notabis benè,
& ibi Phil. Franch. vbi iidem dicunt, vel
niſi à pluribus fiat, Io: Bertacchin. in d. ver-
bo, ſtatutum fol. 99. col. 2. & ita, ni fallor ob
ſeruant Domini Meſſanenſes, non cōtra-
dicente vno ex Spectab. Iuratis, non poteſt
fieri actus aliquis, ſed eſt neceſſe, vt omnes
concurrant, ſtantibus eorum ampliſſimis
priuilegijs.
Declaro Tertio, quòd ſi v. g. allegetur
48 † electio facta nulliter, debeant electi pen-
dente nullitate, ſe abſtinere ab adminiſtra-
tione, ita poſt Vinc. de Franchis ait Scipio
Rouitus, in d. Pragm. 2. tit. de adminiſtr.
vniuerſ. num. 13.
Declaro Quarto, ex mente rubricæ, &
textus noſtri, vt electio debeat confirmari
49 † vt tetigi ſupra in principio, & quando v.
g. Barones prætendiſſent aliquòd ius in
iſta electione, debent manuteneri, vt poſt
Alber. Brun. conſ. 138. vol. 2. Vinc. de Fran-
chis, deciſ. 210. & alios teſtatur Rouitus lo-
co præallegato, num. 15. vbi aduertit, vt ca-
num.

ueant confirmantes,ne illas electiones cō-
firment, & ſic eſt de mente huius capituli,
in fine,ibi (*verum ſi Viceregi viſum fuerit in-
tereſſe concerni Baronis,non concedat licentiā,
niſi prius audito Barone,verbo*) & ita expreſ-
ſè ſentit Montanar. in ead. Pragmat. à
num. 257. cum plurib. ſeqq.

Declaro Quinto,vt poſtquam fuerit fa-
50 cta † nominatio Syndici,& Baroni non
placuerit,non poteſt vltra tertiam refuta-
tionem dicere,iſte mihi diſplicet,& ſic nō
tenetur vltra tertiam vicem nominare,
ita poſt Syluan, conſ. 34.Rouitus, loco ci-
tato, num.16.

Declaro Sexto, ſecus eſſe, quando Bur-
51 gus † vel populus vellet facere, ſiue conſti-
tuere,& creare vniuerſitatem, nā poteſt,
etiam non approbante ſuperiore,tetigi ſu-
pra in principio.

Declaro Septimo, vt poſtquam conci-
52 lium ſit congregatum † vnà ſimul de-
beat fieri deliberatio inſimul,& non aliqui
hodie deliberare,& cras reliqui,& altera
die alij,vt tetigi ſupra in d.cap.xj. in nona
declaratione,quia ex hoc non dicitur actū
nomine vniuerſitatis,ita Menocch.d.con-
ſil.80. num.54. lib. 1. ex Alberic. Corn. &
alijs.

Declaro Octauo, vt poſtquam dictum
53 Concilium fuerit congregatum † & ex
concilio populi aliquid factum conuocato
more ſolito ad ſonum tubæ, vel campanæ
vt tetigi ſupra poſt Bart. in verſic. decla-
ra ſecundo,& in conſuet. Panhor. capit.
77.num.20.& de quibus per Bouadill. in
politica,lib.3. cap. 7. tit. del gouierno del'
ayuntamiento ſub num.14 tom.2. & ita
fuiſſe more Romani Senatus, ex Sabellico
lib.1.fol.29.Gloſſ.in l.obſeruare, C. de de-
cur.lib. x. Marant. de ordin. iudic. primo
membr.6.partis,num 211. Additio ad Bel-
lug.de Specul. Princip. rubr. 2. littera G,
& per Iuuenal. Satyr.6. ibi, (*tot pariter pel-
ues, & tintinnabula dicas*) Plin.lib.36.cap.13.
ibi (*in ſummo orbe æneus, & petaſus vnus om-
nibus ſit impoſitus,ex quo pendeant excepta ca-
thenis tintinnabula quæ vim ſonitus referant*)
Alciat lib.8.par erg.iuris,cap. xj. aliter nō
54 pulſata † dicta campana, omnes actus ſunt
nulli,vide ſupra in d.cap.xj.in verſic.decla-
ra ſecundo,& de quo conſilio congregato
iſto modo ait Curt. Iun. conſ. 174. nu 36.
& conſ.185.num.9.Fabius de Monte, in
tract.de litteris arbitrar. num.545. cum
alijs per Ioann. Paul. Montanar. ſuper d.
prag 2 Regni Neapolis,tit. de adminiſtr.
vniuerſit. num.184. cum ſeq. qui loquitur
de his concilijs ad ſonum Campanæ,tubę,
55 vel Præconis,aut per Cartellam † in loco
publico,& conſueto affixam, quia his mo-
dis,ſubdit ipſe,num.248. congregatur con-
cilium,per Gloſſ.in l.aliud,§.refertur,ff de
regul.iuris,vbi Cagnol. vel ſecundum loci
conſuetudinem,l.ſuper creandis, C.de iu-
re fiſci,& ita ait idem Corn. conſ. 214. nu.
4.vol.4.qui loquitur de concilio ad ſonum
campanæ, Nepodan. in proæm. Conſuet.
Neapolis,nu.18.fol.6 (& ibi quærit Vinc.
de Franchis, quare tempore tempeſtatis
56 † pulſantur campanæ, & remiſſiuè idem
Montanar. num. 249 addo Anton. de Bu-
trio in lectura Abbatis capit. 1. de offic.
Cuſtodis, vbi inter alias virtutes eſt, pro
extinguendo igne, ſubaudio cæleſti fulgu-
re,ſiue fulmine,ex Plinio,libr.2.cap.49.Ci-
cer.de Diuin. maximè in inſignibus, &
magnam deuotionem habentibus, vt ſunt
campanæ huius noſtrę maioris Panormi-
tanæ Eccleſiæ,ſicuti etiam de illis campa-
nis Bononiæ, & Mediolani teſtatur Car-
dinal. Tuſch. in pract. concluſ. iuris, ver-
bo,cāpanile,cōcl.18.to.2) quia hoc opera-
tur dictus ſonitus cāpanæ, tubæ,vel vocis
præconis,nam ſi v. g. aliqui eſſent abſen-
tes, non præiudicaret diſpoſitioni factæ
per vniuerſitatem,nec vlla alia requiritur
57 ſpecialis citatio, neque notificatio † ra-
tione quia non impedit paucorum abſen-
tia factum maioris partis, idē Montanar.
num 251.per l,nominationem, C. de De-
cur. lib x. & quandoque ponitur cartella
prædicta pro congreganda vniuerſitate,
& ſi ciues negligunt ire ad concilium, ſiue
parlamentum,vt de illis conuocationibus
ſcripſi ſupra in d cap. xj in verſic.declara
58 igitur,& eſſent pauci † Ciues qui compa-
rerent ad votum maioris partis concludūt
ipſum Parlamentum, & valet concluſio,
ex quo enim ciues fuerunt vocati. & ne-
glexerunt, perinde quodammodo contu-
maces ſe conſtituerunt,num.290.cum ſeq.
& tetigi ſupra in d cap. xj in prima am-
pliatione. Item ſufficit ab initio fuiſſe gē-
tes congregatas in loco ſolito legitimè nā
ſi v.g.exiſſent aliqui de loco, remanentes
poſſunt explicare actum quod multoties
accidit, quia aliqui Ciues videntes ele-
ctionem non fieri ad votum ipſorum, ex-
eunt de loco,vbi ſit electio cum tumultu,
& proteſtantur, quo caſu remanētes poſ-
ſunt expedire negotium vt poſt Abbat. ait
Montanar.num.398. quoties nempe face-
rent remanentes maiorem partem vni-
uerſitatis,vel collegij congregati, & ideo
ſolet in Parlamentis ordinari, vt nullus
exeat illinc de colloquio,vt vidimus ſupra
in d.cap.xj.in verſic.declaro octauo ¶ Se-
quor nunc, & dico quòd facta dicta con-
59 uocatione † ſolet fieri interrogatio, num
placeret exequi tale,& tale,& ſic partici-
pato negotio cum conuocatis,vt tetigi ſu-
pra in principio,Corn.conſ.299. vol. 1. &
conſ.46 vol.3. de quo per Surd. conſil. 28.
num.3.vol.1.vel ferri talis lex, & populus
voce,vel facto comprobat, ex quo tunc ſi-
milis lex intelligitur lata à populo, & in
concilio populi,vt dicit Syluest. Aldobran-
din.inſtit. de iure natur. gent. & ciuili, §.
conſtat,nec requiritur alia publicatio,cum
fuerit ſollemniter edita per ea, quæ vide-
tur ſentire Cannet in repet.cap. volentes,
fol.149. num.66. pulchrè Io. Paul. Monta-
nar.ſuper d.pragmat.Regni Neapolis,nu.
60 254.vbi dicit quòd debet proponi † & di-
ci,quid

cl,quid vobis Ciuibus placet ſuper tali fa-
cto? per l.2.§.1. ff.ad velleian. vbi idem ob-
ſeruari in ipſis parlamentis, num. 255. &
poſui ſupra in d.c.xj. verſic. declara ſecun-
do,facta propoſitione per antiquiores An-
tianos,& Nobiles, & quandoque per Ca-
pitaneum,vt ipſe ait, & per Synd cum
caſu,quo creatus eſſet,Capitaneus enim
præcedit in rebus criminalibus in ipſis ad-
iuntamentis, idem Montanar.num.282.
61 Declaro Nono, † vt concilium debeat
fieri in loco ſolito; nam aliàs præſumitur
ſubreptitium,& nullum, Io: Paul. Monta-
nar.ſuper eadem Pragm.nu.255.ex Corn.
conſ.314.num.14.vol.4. Bald. d. conſ. 278.
num.2. lib. 5. qui loquitur etiam quando
talis conſtitutio ſyndici fieret in Eccleſia,
ſi ſic fuiſſet ſolitum, ex quo ea, quæ ſunt
voluntariæ iuriſdictionis,valent geſta in
Eccleſia,licet de honeſtate fieri non de-
beant,vt ibi per eum,& Cardin. Tuſch. in
pract.concluſ.iuris verbo,Vniuerſitas,cō-
cluſ. 267. tom. 8. & recordor poſuiſſe ad
Regias Pragmaticas huius Regni, tit. 79.
de varijs ordinationib. num.1.tom.1 ipſa-
rum pragmat.
Declaro Decimo, vt in electionibus fa-
ctis non ſit neceſſe apponere omnium Ci-
62 uium nomina † nec exprimi in inſtrumen-
to,benè verum quòd ſi fieri poteſt, fiat,a-
liàs,ſi eſſet multitudo numeroſa ciuium,
ſufficeret tunc nomina aliquorum princi-
palium exprimere,;& demum ſubnectere
clauſulam,& plures alij, &c. ita poſt mul-
tos idem Montanar. num. 300. cum
ſeqq.
Declaro Vndecimo, vt in talibus Con-
cilijs, & congregationibus debeat inter-
63 uenire dominus terræ † & ſic Baro, Co-
mes,Marchio, &c. vt eſt tactum ſuperius
arg.eorum,quæ vidimus ſupra in d.capit.
xj.circa parlamentum,vt debeat fieri, &
congregari cum licentia, & interuentu
Domini Proregis, vt ibi habes in verſ. de-
clara primo, niſi tractari deberet aliquid
contra ipſum Baronem, Comitem, &c.
64 quia tunc eius præſentia renuitur † vt eſt
tactum ſupra in 2. ampliatione, prope fi-
nem,& hoc eſt,quod ait Bouadill.in ſua
politica,lib. 3. cap. 7. tit. del gouierno del
ayuntamento,ſub num. 11. tom.2. qui di-
cit,quòd in aliquibus populis,& adiunctis
ſolet quandoque fieri adiuncta abſque eo,
ex Crauett. conſ.4. num. 3. in fine, cum
ſeqq.lib.1.& num.13. vbi ponit exemplū,
quando v.g. vellet tractari quid coram
ſuperiore, & puderet eos loqui ante eum,
vel timerent,ex traditis ſupra in d.cap.xj.
in ſeptima declaratione,Mandell.d.conſ.
427. Maſtrill.loco citato à num.ſuo 232.vſ-
que ad num.237.incluſiue,Rolland. conſ.
27.num.30.& ſeq.vol.3 Put.de ſyndicat.in
verbo Iudices,cap 3. num.2. & ſeq. Auen-
dan.Azeu.d & alij,de quib.per ipſum Bo-
uadill.& per Fælin.in cap.edoceri, de re-
ſcript.Decian.lib.7.cap. 20. num. 30. in 2.
tom criminal.& per Angel.in l.2. §.fin. ff.
de hìs,qui ſunt ſui,vel alien. iur. vbi dicit,
quòd Antiani,ſiue Decuriones,aut Conci-
liarij poſſunt renuere ſuperiorem Poteſta-
65 tem † durante eius officio, ſi non facit id,
quod debet,Iaſon in l. in ius vocari, ff. in
ius vocati vt eant,Grammat. deciſ.40. nu.
1. Alex.conſ.17.num.3.lib.6.& dicit ipſe Bo-
uadill. hoc procedere in Antianis Ciuita-
tis non recognoſcentibus ſuperiorem, vt
Veneti,& Genuenſes, vel habentes pote-
ſtatem eligendi magiſtratus: eſt verum
quòd aliqui ex dictis DD. videntur ſentire
ſolum ſufficere eſſe vocatum ſuperiorem,
v.g.Comitem,Baronem, Marchionem,
&c.ſi velit venire,aliàs poſſint adunari, vt
abſque ſuperiore,nullum fiat adiuntamē-
tum,ſed cum Senatu fieret, ex Anton. Sa-
bellico,Æneyd.3.part.1.lib.4.Franc.Hoto-
man de verb. iur.tit.de Senatu,cap.3.
Declaro Duodecimo,vt nullo pacto de-
66 beat congregari † Concilium,quando, v.
g.quod abſit, præponeretur tractari quid
de præiudicio D.Regis,vel Reipub.eſto in-
ſtaret populus cum colore iuſtitiæ, dicen-
do fortaſſis,quòd quicquid ibi tractabitur,
erit vtile Regi,& Reipublicæ, ex adductis
à Deciano,lib. 7. cap.33. tom. 2. criminal.
Bouadill.loco citato,num.12.qui dicit etiā
ſi populus inſtantiam faceret, vt teneatur
concilium ſine ſuperiore, quia tunc pote-
rit ſuperior abſque tumultu, & cum bonis
verbis eos humiliter admonere periculū,
in quo ſe ponunt,;& quòd ipſe nullum in-
tereſſe in illo actu habet, & quando for-
67 taſſis inſiſterent populi † vt congregetur
concilium, curet ipſe ſuperior non aliter
ibidem interuenire,& interim, dum non
poterit eos caſtigare ob periculum tu-
multus,recipiat informationes,& nunciet
Domino Proregi,& ad quos ſpectat,à qui-
bus expectet remedium in hoc,ſubdens ip-
ſe Bouadill.quòd omnes illi Iudices,& of-
ficiales,qui erunt negligentes, & remiſſi,
in faciendo contrarium, poterunt caſtiga-
ri,ſecundum Alberic. in l de quib.num.30.
ff.de legib.Auendan.in cap.19.Prætor. nu.
7.l.nemo, C.de operib.publ l.ambitioſa,ff.
de decret.ab ordin.faciend.
Declaro Decimotertio, vt quando ne-
68 gotium tam graue † & magnæ importan-
tiæ adduceretur, & gentes coadunatæ eſ-
ſent variæ,& non concordes,poſſint de
communi accordio, & parere conuocari
perſonæ extra concilium exiſtentes, boni
zeli, & experientiæ, vt ibi aſſiſterent,&
dent eorum votum, vt ait idem Bouadill.
in d. lib.3.eod.cap.7. num.26.ex Bart. in l.
ſi quid ordinarium,vbi Platea in principio,
C.de legat.lib.12. additio Borrij ad Ioannē
de Montaygne in tract de parlament. nu.
4.verſic.& de parlamento, Compoſtell &
Abb.in cap.ſcriptum,de elect. Lancellott.
de inſtit.canon.tit.de elect §.per compro-
miſſum,Gloſſ.omnium. Azeued. in Addi-
tion.ad Piſam in Curia,lib.2.cap.3.in fine,
qui dicunt etiam ſi contradiceret minor
pars,licet Bellug.in Specul.Princip. rubr.

Digitized by Google

4.in fine teneat, quód ſi aliquis de populo, vel degente coadunata, quæ intus concilium eſſet, contradiceret, non poſſet admi-ſti vllus, qui ibi in concilio non eſſet, Petr. de Gregor. lib. xv. de ſyntagmat. iuris, capit. 12. num. 19. part. 2. per text. in d. capit. ſcriptum, Cicero 6. ad Atticum, Budæus, in Adnot. in l. 1. ff. de Senator. fol. 212. cum ſeqq. Lancellott. Corrad. in templo Iudicum, lib 1. cap. 1. §. 3. verſic. conſultatione, vti, num. 8. & 9. idem Petr. de Gregor. de ſyntagmat. iuris part. 3 lib. 47. cap. 25. num. 4. Eſt verum quód quicquid ſit, ſecus eſt in parlamentis generalibus, vbi adeſt, vel adeſſe fingitur Principis præſentia, quia nullus, qui non eſt vocatus poteſt illuc introire, vidimus ſupra in dict. capit. xj. ampliat. 2.

Declaro Decimoquarto, vt quando negotium, quod proponitur, eſſet valde du-
69 bium † poſſit determinari per Regitorem, ſecundum conſuetudinem populi, argumento eorum, quæ vidimus ſupra in d. cap. xj. in 4. declaratione per totam, multa alia poſſem cumulare, quæ, ne longior videar, omicto.

De confirmatione officiorum Regni, Cap. L X V.

Item ſupplicat totius Regni Vniuerſitas Sacræ Regiæ Maieſtati, vt dignetur confirmare officia Regni prædicti, ſolita, & conſueta ad vitam dari perſonis illis, quæ de præſenti tenent, & poſſident, præter illa, de quibus contra eſt ſupplicatum. Et placeat confirmare illis, qui aliqua officia ad tempus habẽt, & ſi de illis eadem ſacra Maieſtas forté fecerit aliquas alteri conceſſiones, eas reuocare dignetur, & quód ſine cauſa prædictos tales officiales, qui habent officia, eorum vita durante, ſuæ Maieſtati placeat non amouere, nec eoſdem, qui habent ad tempus, durante tempore conceſſionis iuxta formam conceſſionum. Ita quód præſens capitulum ſufficere habeat tamquam confirmatio vnicuiquè facta de dictis officijs, & habeat tantam efficaciam, quantam priuilegium habet debitè roboratum vnicuique eorum. Ita tamen quód præſens capitulum non comprehẽdat officia, quæ in quibuſlibet Ciuitatibus, & Terris Demanialibus concedi conſueuerunt per Sacram Regiam Maieſtatem, ſed tantum officia maiora Regni in Curia maiori huius Regni, & illa officia intelligantur in præſenti capitulo, quæ de ſui natura concedi deberent ad vitam, ſaluis etiam illis, de quibus contra eſt ſupplicatum ¶ Exprimantur Officia, & obtinentes illa, & prouidebitur.

Eſt materia cap. 7. num. 138. & ſeq. & cap. 32. num. 6. Regis Martini, tom. 3. & ſupra in hoc tomo in capit. 45. in fine, vbi habemur multa dicta circa officia conceſſa.

De iure releuij ſoluendo per tranſuerſales, Cap. L X V I.

Item temporibus elapſis nonnullæ vexationes Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & feudatarijs in dicto Regno ſuper ſolutione iuris releuij factæ fuerunt, propterea ad tollendum omne dubium, & moleſtiam prædictis forté factam, & faciendam, ſupplicat Regnum eidem Maieſtati, quód quotieſcũque aliqua ſucceſſio veniret alicui eorum per lineam tranſuerſalem ex teſtamento, & ſoluto per eos iure releuij ſecundum formam dicti Regni Capitulorum, quód ſucceſſores dictorum ex linea directa deſcendentes, qui ſuccederent ex teſtamento illius, qui eſt tranſuerſalis, non teneantur ſoluere per lineam tranſuerſalem, nec cogantur per Theſaurarium, nec Aduocatum Fiſci, pro præterito, nec pro futuro tempore, ſed ſolum ſoluere habeant per lineam directam, ex quo vnà ſemel fuit per primum ſuccedentem ex teſtamento ſolutum per lineam tranſuerſalem: & ſimiliter in ſuccedentibus per lineam tranſuerſalem non ex teſtamento, ſed alio quocumque iure, ſeu titulo, deſcendentes poſtea ex illo tranſuerſali intelligantur per lineam directam debere ſoluere ¶ Plac. Domino Regi, niſi deſcendentes ab illo tranſuerſali, qui primò feudum acquiſiuit veniant vocati ex diſpoſitione teſtamentaria, ſiue inter viuos, primi acquiſitoris.

Releuij materia eſt ſcripta ſupra in cap. 55. Regis Martini, in primo, & in ſecundo capite, & in 16. intellectu, tom. 3. & infra hic in cap. ſequenti.

Quód

Quòd pro alienationibus ſeudorum non ſoluatur ius releuij, & decimæ, & quando.
Cap. L X V I I.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas eidem Maieſtati, vt in ſucceſſionibus, & donationibus, aut alijs alienationibus ſeudorum, gabellarum, territoriorum, & aliarum rerum conceſſarum ad francum allodium ſine aliquo ſeruitio militari, non debeat ſolui aliquod ius releuij, nec decimæ, non obſtantibus quibuſcumque ordinationibus Regijs in contrarium factis ¶ Placet domino Regi, quòd ſi merè, & ſimpliciter allodialia alienari contingat, non ſoluatur releuium, neque ſuo caſu, decima.

S V M M A R I V M.

Releuium, & decima non ſoluitur pro alienationibus bonorum feudalium, gabellarum, territoriorum, & aliorum bonorum conceſſorum ad francum allodium abſque ſeruitio militari, num. 1. cum ſeqq.

Decima non ſoluitur pro alienationibus bonorum ad francum allodium abſque ſeruitio militari, ibid. & num. 9.

Feudum honorificum, & gentile, ſiue liberum eſt id, quod conceſſum eſt ad francum allodium, num. 2.

Feudum poteſt concedi ad franchum allodium, & burgenſaticum, ligium, & liberè alienari, etiam ad Eccleſias, & forma feudi mutari, nu. 3. nec præſtatur militare ſeruitium, num. ſeq. vbi quòd poteſt de eo teſtari, & eſſe trãslatam omnem proprietatem, poſſe in eo ſuccedere feminam, num. 5. nec ſuper eo debetur dos de paragio, num. 6. nec tenetur ad vllum ſeruitium, nec donatiuum, num. 7. & quid ad iuramentum fidelitatis, num. 8.

Seruitium militare non præſtatur ſuper feudo ad franchum allodium, num 4.

Femina poteſt ſuccedere in feudo ad franchum allodium, & burgenſaticum, num. 5.

Dos de paragio non debetur ſupèr feudo ad franchum allodium, num. 6.

Donatiuum nullum debetur ſuper feudo ad franchum allodium num. 7.

Iuramentum fidelitatis an præſtetur ſuper feudo ad franchum allodium, num 8.

Decima non debetur ſuper feudo ad franchum allodium, & allodialibus, num. 9.

Allodialia præſumuntur bona, non feudalia, num. 10. cum ſeqq. eſto res allodialis eſſet permutata cum feudali, num. ſeq. etiam ſi eſſet facta cum iuribus, & pertinentijs, num. 12.

Feudalia non præſumuntur quando ſunt permutata cum allodialibus non obſtante quòd eſſet dictum cum iuribus, & pertinentijs, nu. 12.

Feudale non præſumitur quicquid eſſet infra fines feudi, num. 13.

Clauſula, cum iuribus, & pertinentijs, quid operetur, ibid.

Pertinentiæ numquam veniunt ſi non demonſtratur quòd ſpectant ad concedentem, ibid.

Feudales res non præſumuntur eſto quid poſsidens confiteatur eas eſſe tales, num. 14.

Confeſsio facta ad alium finem non nocet, & poteſt reuocari, ibid. etiam per eius heredes, num. 21.

Filium talis ſi quis ſe eſſe negat, ad alium tamen finem, ei non nocet hoc, ibid.

Bannum, vt quilibet in Regno teneatur reuelare facultates ſuas, valet, & ad quem finem fiat, num. 15. & quid de numeratione animarum, num. ſeqq.

Reuelare facultates tenentur quoties de ordine regio ſic eſt promulgatum bannum, & ad de deſcriptione animarum, ibid.

Deſcriptio animarum, & populorum fit certis temporibus arbitrio Proregis, & fiunt multæ expenſæ in hoc, num. 16. & ſeq.

Animarum in deſcriptione vniuerſitates patiuntur multas expenſas, ibid.

Repertorium, ſiue deſcriptio bonorum ſolet fieri per creditores, ne res occultentur, & ad expenſas eorum fit, ibid.

Deſcriptiones animarum diuerſæ, multis temporibus, num. 17.

Deſcriptio animarum, prouinciarum, Ciuitatum Caſtrorum, & aliorum totius orbis facta fuit tempore Cæſaris Imperatoris in aduentu Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri, vt quilibet ſolueret vnum argenteum, num. 18. ſiue denarium, nu. ſeq.

Denarius tempore Cæſaris Imperatoris erat decima pars argentei, num. 19.

Deſcribi eo ipſo quod quis patitur, & in libro æſtimi res ſuas, amittit immunitatem, num. 20.

Immunitas amittitur, ſtatim atque quis patitur ſcribi res ſuas in libro æſtimi, ibid.

Confeſsio dicentis bona ſua eſſe feudalia, cum ſint burgenſatica, & allodialia poteſt per eundem reuocari, & per eius heredes, num. 21. & num. 25.

Confeſsio alicuius dum non eſt à parte acceptata, poteſt per eundem reuocari, num. 22.

Liti cedens, ſiue renuntians poteſt dum non eſt acceptata à parte, reuocari, num 23.

Confeſsiones factæ per errorem poſſunt reuocari, num. 24.

Teſtium depoſitiones ſi non ſunt acceptatæ à parte poſſunt reuocari ſi ſunt erroneæ, ibid.

Feudalem rem eſſe confitens cum ſit allodialis, poteſt ſuam confeſſionem reuocare, nu. 25.

Decima an debeatur pro ſubiugationibus factis, num. 26.

EST conſecutiuum ad præcedens, in
quo tractatur de materia releuij, ibi-
dem remiſſiuè, & hoc dicit in ſumma,
quòd pro alienationibus bonorum feuda-
lium, gabellarum, territoriorum, & aliorū
bonorum conceſſorum ad francum allo-
dium ſine ſeruitio militari, non ſoluitur,
1 conſequenter nec releuium † nec deci-
mam, vt ſubdam, infra, num. 9. pulchrè de
hoc ſcripſi in cap. 39. Regis Iacobi, in no-
no intellectu, num. 150. cum ſeqq tom. 1.
poſt Bald. Oldrad. Cagnol. Boniorn. Petr.
de Gregor. Pern. & multos, & ibi dixi
2 † vocari feudum honorificum, vel gentile,
& liberum, vt poſt Calderin. conſ. 7. verſ.
nota feudum, rubr. de feud. ait Nicol. In-
trigl. de feudis centur. 1. quæſt. 29. num. 8.
& num. 16. poſt Riminald. Iun. conſ 18. ſub
num. 77. cum ſeqq. vol. 1. & concluſi poſſe
dari feuda ad francum allodium tamquā
3 burgenſaticum † ac poſſe liberè abſque a-
liqua licentia alienari adhuc in Eccleſias,
& forma feudi prædicti mutari tamquam
de re ſimpliciter burgenſatica, nā tantum
eſt dicere, ac ſi feudo libero, & francho, vt
per Frider. Schench. in tract. de feudis lib.
3. tit. 1. num. 13. Bald. in prælud. feudor.
num. 53. Capyc. Carret. Petr. de Gregor.
Cumiā, Mozz Rauenn. Aluar. Mart. Lau-
dēſ. Roſenthall. & mille pulchrè ponit In-
4 trigl. vbi ſupra † qui cōcludit nō præſtari
ſeruitiū militare, vt dico infra in c ſeq. ſub
verſ. intelligo primo, in 8 intellectu, poſſe
alienari abſq. licētia, poſſe in Eccleſias trā-
ſiri, poſſe de eo teſtari, & eſſe tranſlatam
omnem proprietatem, ſicuti poſui in ca-
pit. volentes, reſtrict. 5. nu. 441. tom. 2. poſt
Dec. & ita etiam poſt Bald Cumiam, Ca-
pyc. Cæphal. Iaſon. & Fælin. concludit ip
ſe Intrigl. num. 17. cum plurib. ſeq & poſſe
5 ſuccedere in eo feminam † dum non præ-
ſtat ſupradictum ſeruitium, & ſumus in
feudo ligio, vt dixi etiam in cap. ſi aliquem
num. 268. & num. 272. & ita poſt Natt.
Menocch. Gabriel. Clar. Ruyn. Pariſ.
Tob. Non. Garzon. & cæteros addit ipſe
Intrigl. num. 55. vſque ad num. 62. & in fi-
ne ponit quòd ſuper hoc ſimili feudo fran-
cho, & libero nulla debeatur dos de para-
6 gio † ex Petr. de Gregor. in tract. de dot.
de paragio, quæſt. 22. vbi ſic pertranſijt
Maſtrill. in Additionib. ſ. d vide quæ ſcrip
ſi in cap. 117. Regis, & Imperat. Caroli V.
ampl. 4. tom. 8. vbi quod ſuper allodialibus,
& Burgenſaticis iam etiam ipſa ſoror ha-
bet portionem ſuam, ex Afflict. in conſtit.
In aliquib. ſub num. 27. quem ibidem cita-
ui, & ſic realiter ſentit ipſe Petr. de Gre-
gorio eſto partem negatiuam tenuerit in
princ quia mox dicit, In contrarium facit,
&c. & ita reſidet, vt habeat quid ex d. ex-
cluſione feudi adhuc franchi propter ali-
menta, & ſimilium, etiam loquendo de iu-
re communi, & addo ſupradictis in pro-
poſito quòd hinc ſequitur corollariè, &
conſequenter, vt ſicuti feudum tale fran-
7 chum † non eſt obnoxium ad ſeruitium,
ſic non teneatur ad donatiua tamquam
talia, vt poſt Petr. d. Gregor. in tract. de
conceſſ. feudi, part 7. quæſt. 8. num 31. Ol-
drad. d conſ. 234 Apont d cit. 3. num. 15.
tetigit Io: Baptiſt. Valenzuel Velazquez,
conſ. 99. nu. 57. ſolummodo legi teneri vſ-
8 que huc ad iuramentum fidelitatis † vt
concluſi ſupra in cap. 12. ampl xv. nu. 27.

¶ Scripſi etiam de hoc cap. ſupra in
cap. 110. Regis Federici, col. 2. tom. 1. vbi
9 tractaui de decima † ad partes, & latè &
quòd non competat ſuper rebus allodiali-
bus, vt ibidem, num. 8. 9. & 10. ibique inter
alia demonſtraui quòd bona præſumun-
10 tur allodialia, non feudalia † addo eundem
Surd. conſ. 311. lib. 3. maximè quando præ-
dia vicina eſſent ſic, vel per errorem ita
dictum, vel quando eſſent diuiſa, vel ex re-
troemptione, aut quòd ſic fuiſſent aliàs
empta, vel ex conſuetudine talia appare-
rent, vel quando eſſet dubium, quia totū
corpus iudicabitur allodiale, eſto quòd ſi-
mus in feudis deuolutis, & poſtea de nouo
conceſſis per Regem, nam, niſi dicat, in
feudum, intelligitur in allodium conceſ-
ſiſſe, vt hæc ponit Surd. loco citato latiſ-
11 ſimè, eſto quòd res allodialis † eſſet per-
mutata cum feudali, nam nihilominus re-
manet allodialis, nec efficitur feudalis, etiā
ſi conceſſio eſſet facta cum iuribus, & per-
12 tinentijs † prout in d. cap. 110. dixi, nam,
vt ait idem Surd. modo citatus in d. con-
ſil. 311. nu. 47. & 48. lib. 3. ex Rolland. con-
ſil. 2. num. 16. vol. 3. Alba conſ 69. Alex. cō-
ſil. 222 vol. 6. Bald. in cap. 1. num. 4. de Ca-
pit. qui Cur. vendid. Natt. Bellon. Crauett.
Alciat. Burſatt. Boſſ. & multi per ipſum
Surd. adducti, d. num. 48. & ſeq. vbi quod
non præſumetur feudale quicquid eſſet
13 intra fines † ſi aliter feudum non probe-
tur, nec ſola poſſeſſio vaſſalli inducit feu-
dum, & quoties concedens cum dicta clau
ſula, cum iuribus, & pertinentijs ſuis, &c.
poſſidet dictas res feudales, non tamquam
dominus, ſed priuato iure, numquam in-
telligitur ea conceſſiſſe, d. num. 48. ſed tūc
veniunt dictæ pertinentiæ, quando reali-
ter ſpectant, & pertinēt ad rē conceſſam,
n. 49. & ſeq. & per ea, quæ dixi in d. c. volē-
tes, n. 253. quod eſt c. 28. Reg. Feder. to. 2.

¶ Etiam eſto quòd poſſidens confitere-
14 tur res, quas poſſidet, eſſe feudales † quia
ſi nihilominus ſunt allodiales, iſthæc con-
feſſio non nocet, vt dixi in deciſ. M. R. C.
83. num. 12. & ſeq. Brun. conſ. 117. col. 35.
verſ. quod ſi vndecimum, vbi ait quòd in
Subaudia, & Regione Pedamontium feu-
dum probatur ex profeſſione, & ex libro
regiſtri, ſubdens ipſe Surd. maximè quan-
do talis confeſſio eſſet facta ad alium finē,
& infert ad eum, qui tractat matrimoniū
cum puella, ſi dicat, ſe non eſſe filium talis,
ad effectum vt affinitatem euitaret, per
quam impediretur ipſum matrimonium,
nam non poterunt ex hoc eius fratres, v.
g. reſcindere diuiſionem factam cum eo
vti eorum ſororio & fratre, eſto quòd
con-

Digitized by Google

confeſſio eſſet iurata, ex quo realiter ten-
dit ad alium finem, vt poſui in conſuetud.
Panhor.capit.56. in fine ¶ Sicuti etiam
ſi v.g. dictaret ſtatutum, vt quilibet cum
iuramento teneatur reuelare omnia bo-
15 na, & credita, quæ habet † vt ſolet aliquo-
ties in terris Baronum, & per Regnum
promulgari hoc bannum, vt reuelentur
facultates, vt obſeruat Regium Patrimo-
nium, vt ſcripſi ſupra in cap. xxj. Regis Fe-
derici, num.28. & 30. d. tom.2. & in cap.54.
Regis Martini, num.61. & in deciſ. M. R.
C.151. verſic. item ipſa ad effectum, vt fiat
æſtimum, numeratio, appretia, & regiſtrũ
bonorum pro exonerando, vel ſubleuando
eos, qui grauati fuerint, & diminutionem
paſſi ob migrationes, mortes, opumue al-
terationes, vt poſt Ioann. Neuizan. Purpu-
rat. Io: Vinc. de Anna, Franc. de Clappe-
rio. Bald. Decian Surd. Platea, Natt. Aui-
les, Crauett. Sebaſtian. de Neapoli Lelium.
Zenchi, Ariſtotelem, & cæteros ait Va-
lenzuel. conſ.99. num.43. 44. 45. & ſeq. &
conſil. 100. num.66. & ſeq. vbi quòd ex hoc
oſtenduntur eſſe de territorio illius vbi eſt
cataſtum, argum. eorum, quæ dixi ſupra in
cap.8 ampl. 2. ibi ſicuti etiam, & loquitur
ipſe Valenzuela in d. conſ.99. num.49. de
16 noua deſcriptione, & numeratione † qua
vniuerſitates multas patiuntur expenſas
ex Camillo de Curte in diuerſ. iur. feud.
verſ. redeundo, num.26. cum ſeqq. Capyc.
in ſua inueſtitur. feudali, tit. de collectis,
verſic. temporibus, DD. in l. fin. C. de an-
non. & tribut. lib. x. Petr. de Gregor. part.
1. ſintagm. iuris Vniuerſit. lib. 3. cap.6. nu.
5. & propterea recordor legiſſe in ſimili
quaſi materia deſcriptionis, & repertorij,
quæ ſolent facere creditores de bonis de-
bitorum gratia facilioris probationis, &
ne res ſubtrahantur, ac diſſipentur, ad tra-
dita per Caſtrenſ. Corn. & Alex. modo
citandos, Tuſch. in pract. concl. iuris, ver-
bo, deſcriptio, concluſ. 221. tom.2. vt fiant
ad eorum expenſas, ſecundum Monticul.
in tract. de inuentar. in princ. num.25. Ca-
ſtrenſ. conſ 367. ſuper primo, verſic. ad vl-
timum, Bart. in l. 1. §. eneitur, ff. de ventr. in
poſſeſſ. mictend. Corn. conſ.267. num.6. lib.
4. Alex conſ.58. num.8. lib.3. & in hoc Re-
17 gno diuerſas inueni munerationes † om-
nium animarum Maſculorum, & femina-
rum, nam in anno 1501. ſub Prorege Don
Ioanne de Lanuza, ann.1501. animas, 488500.
Ioanne de Vegha, Ann.1548. animas, 731560.
Marchione Peſcaræ, Ann.1570. 788362.
Marc. Ant. Colunna Ann.1583. 801401.
Comite Oliuarez Ann. 1595. 730770.
Marchione Viglienæ, Ann.1607. 831944.

Exceptuatis Panormo, & Meſſana cum
eius caſalibus, quæ animæ quoad ipſam
Vrbem Panhormi fuerunt in anno 1591.
114131. & in anno 1606. fuerunt 104981. &
quo ad Vrbem Meſſanæ eiuſque caſalia
fuerũt, quoad homines annor. 18. in 50. &
ex omni ætate, 26077. & Panormi, 28891,
& in omnibus tribus Vallibus, 517742. fal-
uo errore, & fortaſſis alibi ſupplebo, ſi da-
bit Deus, & hoc exẽplo Imperatoris Cæ-
18 ſaris † qui durante pace vſque ad aduentũ
Chriſti D.N. per duodecim annos, fecit
mox totum orbem deſcribi, vt ſciret quot
prouincias, quot ciuitates, quot caſtra,
quot villas, & quot homines haberet ſub
ſe, & quilibet homo ſolueret vnum argen-
19 teum, qui erat vnus denarius † decima
pars argentei, qui decem valebat, quem
ſinguli offerebant Cæſari ipſi Imperato-
ri, vt legitur in legenda Sanctorum in
rubr. de Natiuitate Domini, col. 1. iuxta
illud, exijt edictum à Cæſare Auguſto, Al-
ber. de Roſat. in dictionario, verbo, de-
ſcriptio, & quæ tetigi ad Regias Pragma-
ticas, tit. 77. de Mulierib. inhoneſt num.4.
vbi loquor de Traiano, qui voluit recen-
ſere populum Romanum, ex Bobadill. ci-
tato, ibi (*hallaron doziẽtas y ochenta y cinco
mil caſas de hombres caſados, y quarenta y
dos mil mancebos por caſar, y ſiete mil Sacer-
dotes de templos, y trienta y dos mil mugeres
publicas, y doze mil caſas de meſones, y ſeſen-
ta y cinco mil negociantes eſtrangeros*) Card.
in Clem. exiui, § porro, de verb. ſignif. vbi
dicit, quòd dicitur decima pars nummi,
Io: Bertacchin. in repertor. part. 2. verbo
denarius, & facere poſſunt quæ ſcripſi ad
conſuetud. Panhormi, cap 85. num 1. & in
cap 58 Regis Iacobi, num.51. tom.1. & in
cap.43. Regis Martini, num.4. tom.3 & ibi
in d. capit. 21. Regis Federici, d. num.28.
20 etiam poſui, quòd ſtatim † ac quis patitur
deſcribi in libro æſtimi, amittit immunita-
tem, addo eundem Surd. conſil. 313. nu.
67. lib.3 ex Angel. in l. 1. §. ſi quis tutor, ff.
quand appell. ſit, & ibi Aret. qui dicit hoc
eſſe menti tenendum, Abb & Fælin. in ca-
pit. cum acceſſiſſent, de conſtitut. & per
ea, quæ tango infra in cap.71. in verſ. quid
autẽ, vbi pono, an ſi maritus teneatur re-
uelare dotes, & aliquis cum iuramento di-
xerit ſe debere titio centum, non poterit
ex hoc titius vigore dictæ confeſſionis a-
gere contra eum. Eſto quòd talis reuo-
21 catio fieret † per hæredes confitentis, &
affirmantis bona eſſe feudalia, vt ſubdam
inferius. num.25. vt per eundem Surd. nu.
71. ex Cæphal. conſil.532. num.23. Ruyn.
Iaſon. Bald. & alijs, inferens ipſe Surd. nu.
68. eodem modo eſſe in confitente, cui, an-
22 tequam eius confeſſio fuerit à parte † ac-
ceptata, licuit ipſimet confitenti eam re-
uocare poſt Natt conſ.501. num. 19. Imol.
Angel. & Bart. in l. abſenti, ff. de donat. ad-
do ea, quæ dixi ſupra in cap. 24. Regis Ia-
cobi, num. 9. tom.1. eodem modo etiam
23 num.69. dicit de liti cedente † ſiue renun-
tiante, arg. eorũ, quæ vidimus in cap. Rit.
168. n.15. & ſeq. tom.4. poteſt reuocare re-
nũtiationẽ ipſam, ex Aret. in l. poſtquã liti,
col. fin. C. de pact. & ibi Soccin. num. 5.
Dec. num.7. Curt. Iun. num.9. Ruyn. conſ.
164. num.12. lib.5. & maximè ſi tales con-
feſſiones eſſent per errorem factæ, quia
24 tamquam erroneæ † reuocari poſſunt, vt
de

de depoſitionibus teſtium concluſi in d. cap. 24. Regis Iacobi, d. num. 9. addo eundem Surd. num 72. & ſeq. poſt Neuizan. Alex. Cart. Iun. Parid. de Put. & ſimiles, qui inſeruntad noſtrum propoſitum de
25 confitente † rem eſſe feudalem, & nihilominus eſſet allodialis, Iacob. de Ardizon. Ruyn. Brun. Boſſ. Cæphal. Maſcard. & Menocch. ab ipſo allegatis, num. 73. poteſt enim ſuam confeſſionem reuocare.

26 An autem pro ſubiugationibus † factis ſuper feudis debeatur decima, vide quæ tetigi ſupra in Bulla, & Regia pragmat. poſt cap. 355. Regis Alphonſi, ampl. 21. nu. 172. tom. 5.

De remiſsione omnium delictorum, parte remictente, quæ argui non poſsint in futurum ad aggrauandum.
Cap. LXVIII.

ITem, cum ad nouam ſucceſſionem congruentius ſit, omnem ſubditorum antiquam maculam per nouum Principem aboleri, quam ſeuerius, proſequi, & puniri, vt proinde quiſque ad nouum benè viuendi modum tanto ſe paret, quantò nouum Principem in facinoroſos ſeuerè acturum putet. Exorat ſupplex totum Regnum quòd omnia delicta hactenus per quoſcumque Regnicolas, cuiuſcumque gradus, & dignitatis, etiam per quoſcumque Officiales in officio, vel extra, perpetrata, leuia, grauia, & grauiora, & cuiuſcumque generis ſint, etiam ſi talia forent, quæ ſpecialem requirerent mentionem, prout eſt crimen falſi, & ſi delinquentes pro delictis præteritis eſſent inculpati confecti, proceſſus, & ſcripta ſententia, generaliter remictantur, & aboleantur, & dicti delinquentes ad famam, & in integrum reſtituantur, ac ſi nullo vnquam tempore deliquiſſent: Ita quòd non poſſit de eis in poſterum argui, etiam ad aggrauandum, exceptis tamen criminibus læſæ Maieſtatis, in perſonam Principis tantum, & hæreſis, qui delinquentes in cauſis, in quibus proceſſum eſſet ad partis inſtantiam, ſuum intereſſe proſequentis, tunc demum intelligantur reſtituti, & remiſſi, ſi pars quandocumque ante ſententiam prolatam remicteret, aliter autem, partibus non remictentibus, procedi poſſit ad eorum inſtantiam, criminaliter, & ciuiliter. Inſuper quòd Officiales rerum adminiſtratores teneantur reddere compotum, & reliqua reſtituere, & caſu quo in fraudem comperirentur, ad nullam pœnam teneantur, immo remictantur, & reſtituantur, vt ſupra, & præſens Capitulum, & remiſſio vendicet ſibi locum, ſi ad petitionem procuratoris Regij fiſci principaliter proceſſus fieret, vel fieri poſſet de aliquo crimine commiſſo vſque ad præſentem diem, quo caſu delinquens intelligatur remiſſus ad petitionem dicti procuratoris fiſci, & aliquo modo non poſſit inquietari, nec moleſtari, ſed tantum ad petitionem partis priuatæ proceſſus incoari, & incoatus terminari poſſit, vt ſupra, & de delictis vſque ad præſentem diem perpetratis, de alijs vero non intelligatur remiſſio, habeatque locum dicta remiſſio, etiam ſi dicti Siculi incidiſſent in perditionem bonorum, & feudorum, propter ipſorum feudorum diuiſiones, aut alienationes, ſine conſenſu Regis, aut Viceregis, ſeu propter inueſtituram non captam, & habitam, aut forte propter decimam, ius releuij, & alia quæcumque iura non ſoluta, etiam ſi contraueniſſent Conſtitutionibus, pragmaticis, & Capitulis Regni, & etiam ſi Curia ob decimam non ſolutam poſſet fortè dicta feuda redimere, quòd eo caſu ius releuij intelligatur remiſſum, & tantum poſſit habere decimam ¶ Placet Regiæ Maieſtati, præterquam vbi veniret imponenda pœna mortis, aut mutilationis membri.

Indulti, ſiue gratiæ conceſſæ per Reges, materiam latè diſcuſſi infra in capit. 7. Regis Dom. Noſtri Philippi II. tom. 9. vbi per ampliationes, & declarationes videbimus caſus, in quibus aliquis poſſit eo gaudere, vel non, commentum erit vtile.

De cauſis agitandis inter fiſcum, & priuatum, *Cap. LXIX.*

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni, quòd in cauſis, quæ agentur inter fiſcum, & priuatum, ſeruetur, lex non puto, ff. de iure fiſci, non obſtante aliquo retro abuſu per Iudices Magnæ Curiæ, & Regios Officiales ¶ Seruetur quod ius commune ſtatuit.

SVMMARIVM.

Fiſcus quando litigat in cauſis priuatorum ciuilibus, eſt ſeruandus ordo iuris, & ritus, num. 1. ratio, num. 2. cum ſeqq.
Fiſcales cauſæ quæ dicuntur, ibid.
Fiſcales procuratores non debent grauare vaſſallos, num. 2.
Lædere nullum debemus, vt alteri proficiamus, ibid.

Ordo

Digitized by Google

Ordo iuris ſi non ſeruatur, offenduntur iura partium, num. 3.

Fiſcus, ſiue procurator fiſcalis ſi tentat litem contra tenentes bona de demanio, vacantia, vel morticinia, ſiue excadentia, & quæ ſpectant ad Regem quomodo agit? num. 4. cum ſeqq.

Princeps an debeat ſine poſſeſſione litigare contra priuatos, nu. 5. & ſeq.

Fiſcus an poſſit litigare contra priuatum etiam non habendo poſſeſſionem, ibid.

Fiſcalia bona occupans poteſt priuari poſſeſſione, & fiſcus mox contra eum litigare, num. 6. & 9.

Fiſcus quomodo intelligatur habere iuriſdictionem, num. 7. & ſeq.

Fiſcalis procurator non poteſt procedere ad ſententiam diffinitiuam, & priuare priuatos eorum poſſeſſione etſi habeat iuriſdictionem fabricandi proceſſus, num. 8.

Regalia bona occupans poteſt per fiſcum priuari ſua poſſeſſione, num. 9.

Actor licet debeat ſequi forum rei, fallit in fiſco litigante cum priuato, num. 10.

Fiſcus ſi litigat cum priuato, Iudex eſt Regium patrimonium, ibid.

Fiſcus in dubijs ſuccumbere debet, & contra eum iudicari, num. 11. cum ſeqq. & quare, n. 15. & quid in ciuilibus, num. 16.

Fiſcus erat inimicus Fulgoſij, num. 12.

Fiſcus dicitur ſanctus, id eſt bonus, & ob id neminem calumniare debet, num. 13.

Princeps attendens lucris fiſcalibus, maximam infert Reipublicæ calamitatem. num. 14.

Fiſcus, ex quo diues eſt, ideo in dubijs iudicandum eſt contra eum, num. 15.

Fiſcus in cauſis ciuilibus in dubio obtinere debet, num. 16.

SImile eſt ſupra in cap. 468. Regis Al-
phonſi, tom. 5. vbi hic me remiſi, &
ſcripſi etiam ſupra in cap. 24. Regis Fede-
rici, cum concordantibus, tom. 2. quod in
1 cauſis priuatorum ciuilibus cum fiſco † eſt
ſeruandus ordo iuris & conſequenter vel
procedatur ſummariè, aut ordinariè ſecū-
dum naturam cauſæ, ſeruato Ritu M. R.
C. prout in d. cap. 468. & per Ferdinand.
Boniorn. in cap. 366. eiuſdem Regis Al-
phonſi, vbi ponit quæ dicantur cauſæ fi-
ſcales, per l. 2. C. vbi cauſæ fiſcales, Iaſon
conſil. 100. lib. 1. & per cap. 49. Regis Mar-
tini, tom. 3. & ſupra hoc tom. cap. 21. & per
ea, quæ habentur in Conſtit. Regni, inter
multas, & ibi Afflict. num. 4. & 5. tit. 83. de
offic. Magiſtr. Procurat. Cæſar. vbi datur
2 ratio, ne Procuratores fiſcales † grauent
Vaſſallos, ex quo non debemus vnum læ-
dere, vt alteri proficiamus, per Gloſſ. 2. in
cap. poſtulaſti, de Voto, ſi enim dicit idem
3 Afflict. non ſeruaretur ordo iuris † offen-
derentur iura partium, Andr. de Yſern. in
conſtit. violētias, col. 3. rubr. 24. l. omnes, C.
de delator. lib. x. l. extat ff. de iure fiſci, Luc.
de Penna, & ibi Bart. in l. 1. C. de conduct.
& procurat. lib. xj. & ſeruatur etiam ius
commune, & dicti Ritus, prout hic, & in
d. cap. 468. Boniorn. hic poſt Iaſon, in l. nec
quicquam, ff. de offic. proconſul. & legat.
Gloſſ. in l. item veniunt, §. in priuatorum,
ff. de petit. hæred. dicens quòd in cauſis fi-
ſci ſeruatur ius commune, & in cauſis fi-
ſcalibus viuitur eo iure, quo omnes ſubdi-
ti viuere debent, Andr. in cap. 1. §. illud quo-
que, de prohib. feudi alien. per Feder. ideo-
que nulla debet eſſe ſpecialitas in fiſco
pluſquam in priuato, niſi contrarium in
iure reperiatur, ex Cyn. in l. 1. C. de pet. hæ-
red. Guid. pap. dec. 536. poteſt poni exēplū,
4 v. g. quādo fiſcus † ſiue fiſcalis procurator
tētaret litē cōtra tenētes bona de dema-
nio vacantia, vel morticinia, ſiue excaden
tia, quæ ſunt vnum, & idem quoad iſtud
propoſitum, vel bona, quæ ſpectant ad Re
gem, quo caſu poteſt tam per viam denū-
ciationis, quàm per viam Inquiſitionis
procedere contra tenentes bona ſpectan-
tia ad ipſum Regium fiſcum, non aliter
priuando illos eorum poſſeſſione, ſed re-
medijs iuris debeat agere, & in hoc par-
cant mihi Boer. in Conſuet. Biturig. tit.
de feudis, §. 13. col. 2. Rebuff. in tract. de
mater. poſſeſſ. art. 2. Gloſſ. 2. num. 26. cum
ſeq. Didac. Couarr. pract. quæſt. capit. 17.
num. 6. quos refert, & ſequitur Ludouic.
Sacca, conſ. 1. num. 29. vol. 1. qui dicunt,
quòd ex generali priuilegio habet Prin-
5 ceps † & eius fiſcus, vt ſine poſſeſſione
non litigent, eo quia dicunt ipſi, quòd quo-
ties ipſe fiſcus ius in aliqua re prætendit,
ac controuerſiam cum aliquo habiturus
eſt, poſſeſſionem in primis eiuſdem rei ac-
cipit, & poſtmodum de partium iuribus
diſcutitur, nam hæc hodie non procedunt
in terminis horum Capitulorum Regni,
quia fiſcus ſemper debet vti iure ſuo tam-
quam priuatus, & tanto magis, quia in di-
cta opinione ſupradictorum Doctorum
non deſint qui teneant contrarium, vt
ſentit ipſe Ludouic. Sacca, & illorum do-
ctrina poſſet eſſe vera in caſu, de quo ſub-
dam paulo inferius, id eſt quando appare-
ret quòd quis occuparet bona fiſcalia
6 † tunc etiam fiſcus poteſt priuare illum
poſſeſſione, vel eorū doctrina poſſet iuſti-
ficari, quando nullus eſſet in poſſeſſione,
vt ſubdit idem Sacca, num. 33. 34. & ſeq. Et
in hoc ſubdit ipſe Afflict. vbi ſupra, num.
7. habet iuriſdictionem ipſe procurator fi-
ſcalis conficiendi proceſſus (ſic intelligo
7 ipſum habere iuriſdictionem † vt dixi in
cap. 7. num. 2. & 13. Regis Alphonſi, ſupra
tom. 4. & ſupple in Regijs Pragmaticis,
tit. 5. de offic. Aduoc. & Procurat. fiſcalis,
verſic. quo vero tom. 1. ipſarum pragma-
ticarum) Luc. de Penn. in d. l. 1. verſic. ſe-
cundo quæro, qui dicit, quòd in iuribus
Principis poteſt procedi per inquiſitionē
& allegat aliqua iura communia, bene
verum quòd ipſe Procurator fiſcalis non
poteſt procedere ad ſententiam diffiniti-
8 uam † nec ipſos priuare ſua poſſeſſio-
ne, idem Afflict. loco citato, ratione quia,
licet ipſe habeat iuriſdicionem componē-
di,

Digitized by Google

di,ſiue ſabricandi proceſſus,non tamen di-
citur ex hoc habere iuriſdictionem diffini-
tiuè pronunciandi,vt ipſe ſubiungit, num.
8.quòd quoties euidenter appareret,quòd
poſſeſſor occupaſſet dicta bona Regia
9 † & fiſcalia poſſet illum priuare ſua poſ-
ſeſſione, & iſto modo poteſt eſſe vera ſu-
pradicta doctrina citata per Rebuff. Boer.
Couarr.& Saccam locis citatis,namque
eſſet iuſta cauſa in iſto caſu priuare illum
poſſeſſione,vt poſt Soccin. in l. rem, quæ
nobis,num.8.ff.de acquir. poſſeſſ. qui de
* com. * opin. teſtatur,Affl .deciſ.393. num.
27. Cæphal.conſil.168. num. 56. Vrſill.ad
eundem Affl. deciſ. 97. num. 3. Menocch.
conſ.264.num.46.& 47. & in tract. de re-
cuper.poſſeſſ.remed. 15. num. 95. cum ſi-
milibus,de quib.per eundem Ludouic.Sac
cam d. conſ. 1. num.31.& 32.

Verum tamen exiſtimamus quòd licet
regulariter actor debeat ſequi forum
10 † rei ex adductis in conſuetud. Panh.cap.
4.in princ.& ſupra in cap.22. etiam prope
principium,tamen in fiſco litigante cum
priuato,Iudex ſemper eſt Regium Patri-
monium,ſicut in Regno Neapolis eſt Re-
gia Camera Summariæ,vt per Affl.in dict.
conſtit. violentias,& in d. conſtitut. inter
multas,num.4.& 5.cum ſimilibus, & toto
tit.C vbi cauſæ fiſcales, & ibi Azo,nu.1. &
3.vbi quod procurator Cæſaris cognoſcit
inter fiſcum,& priuatum, Surd. conſ. 280.
col.2. lib. 2. & per ea, quæ quaſi in ſimili
poſui ſupra in d. capit. 22. prope princi-
pium.

Sed hæc omnia vſque huc dicta poſſunt
habere oculum, & reſpectum ad rubricā
huius capituli Regni, quia, ſi reſpicimus
contenta in eo, ad aliud tenditur,nempe,
11 vt in dubijs † ſemper ſit iudicandum con-
tra fiſcum,vt ſubdam,per l.non puto,ff.de
iure fiſci, de qua hic in ipſo capitulo eſt
facta mentio,& Rex noſter decretauit, vt
(*ſeruetur id, quod ius commune ſtatuit*) pe-
tierat enim Regni vniuerſitas,vt ſeruetur
diſpoſitio ipſius l. non puto, de qua ſem-
per in conferendis, & in cauſis fiſcalibus
criminalibus præſertim diſcutitur, & eſt
in ore omnium,& ſcripſi in deciſ.20.num.
14.& in deciſ. 49. num. 45. vbi retuli de
12 Fulgoſio, qui dicebat ſemper fuiſſe † ini-
micum fiſci, non dicam hoc ego, quinim-
mo teneo eum pro amico, & proſequutos
teneo etiam pro amicis, ac proſequentes,
ſed magis amicam teneamus veritatem,
& propterea modeſtius loquēdo alij DD.

dicunt quòd illud dictum Fulgoſij impu-
gnatur à multis,vt ex Bald Tuſcho,& cæ-
teris per me relatis in d.deciſ.49.loco cita-
to, Belluga in Specul.Princip. rubr. 33. §.
rem non nouam,num.26.vbi loquando de
13 fiſco † dicit, quòd ex quo eſt ſanctus,&
ego intelligo bonum, non debet quem ca-
lumniare, Dom. Valenzuel. & Velaz-
quez conſ. 39. num. 60. cum ſeqq. vbi lo-
14 quendo de Principe † inhiante lucris fiſca-
libus,cōcludit maximam inferre Reipubli-
cæ calamitatem ſecundum Couarr. lib. 1.
var.reſolut. cap. 16. in princ. laudatque
Iulius Capitulinus Marcum Antonium
Imperatorem Philoſophum, quod in cau-
ſis compendij iudicans fiſco, nunquam fa-
uit,& loquitur de caſibus dubijs, in quibus
15 contra eundem fiſcum † eſt pronuncian-
dum,vt per ipſum Valenzuel.num.59 qui
facit mentionem de d. l.non puto,quam
tamquam breuem eam inſerit ibidem
Couarr. vbi ſupra, Simanc. de Cathol. in-
ſtit.tit.9.num.91.Cuman. quem refert, &
ſequitur Angel.de Peruſ in l.ſciendum, ff.
de appellat. Aretin. In §. fin. inſtit. quib.
mod. teſt. infirm. Grammat. voto 10. nu.
30 Meſſia ad l.Toleti,de los terminos,par.
2.ſundam.23.nu.48.Ripa, Rodoriq.Iaſon,
Auendan.Baeza,Crauett.Alciat.Emanuel
à Coſta, de quib. omnibus per ipſum eru-
ditiſſimum Io: Bapt. Velazq. Valenzuel.
vbi ſupra,& per ea,quæ poſt Surd & alios
ſcripſi in cap. regni 426. Regis Alphonſi,
num.49.ſupra, tom. 5. dat rationem ipſe,
num.63.cum ſeqq. cur.hoc ſit,vt in dubijs
16 iudicandum ſit contra fiſcum † quia di-
ues eſt ipſe fiſcus, cui plurimū dedit Deus
habere, & multorum dominum eſſe,per
Auth.de non alien.aut permut.§ ſi minus,
coll.2. Barbat. Mart. Laudenſ. Grammat.
Speculat.& ſimiles,qui concludunt maxi-
mè procedere quando plura faciunt
pro aliquo quàm contra ipſum, vt tunc
pro eo pronunciandum ſit, & hoc in cri-
minalibus, quia in ciuilibus in dubio pro
17 fiſco † vt ex Caleſat. Gabriel.& Farinaz.
dixi in d cap. Regni 426. loco citato,DD.
in l.cum in ambiguis, ff. de reg. iur. & in
l.ſauorabiliores, ff. eod. late Iaſon conſil.
99. vol.1.& in l.de die,col vlt. ff. qui ſatiſ-
dar. cogant.Fælin. in cap. paſtoralis, col.
4.de reſcript.Alex in l.1.in princ. ff. ſolut.
matr. vbi Iaſ. & Soccin. Noſtrates hic, ex
Dec. in cap. ex his col. 3. de probat.Franc.
Parmi in tract. de priuileg.fiſci,num.87.

Quòd ſint quatuor alij Secretarij in Regno Siciliæ, Cap. LXX.

ITem, cum Reipublicæ, vtile ſit,partibus, & perſonis egenis, fieri celere expedimen-
tum, ſintquè in Regno Siciliæ tot rerum negotia, & per Capitula edita per diuæ me-
moriæ Regem Alphonſum, Secretarij dicti Regni non poſſunt eſſe ad maiorem nu-
merum quatuor, ob quod Reſpublica dicti Regni non modicum patitur detrimen-
tum,ſupplicat dictum Regnum, quòd dicta Maieſtas ordinare, & creare dignetur quatuor
alios Secretarios, ſcilicet Don Fridericum de Leto, Lucam Pullaſtra, Stephanum Macri,
& Don

& Don Ioannem de Belloflore, viros quidem probos, & probatæ vitæ, & fidei ſatis expertos, qui pluries ſatis grata ſeruitia Reipublicæ Regni præſtiterunt, & præſtare non ceſſant, qui ſint ordinarij in dicto Regno, ſicuti, & cæteri quatuor, eritque hoc Siculis ſatis gratum, atque vtile, non obſtantibus quibuſuis prouiſionibus, Capitulis, priuilegijs, & quibuſcumque alijs dicti Regni Capitulis contrarium dictantibus ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quo ad Lucam Pullaſtram, Stephanum de Macri, Ioannem de Belloflore, tres ex contentis in dicti Regni ſupplicatione, etiam quo ad Nicolaum Palaxino, ad interceſſum Sereniſſimæ Reginæ.

Videas ſupra in cap. 59. Regis Martini, tom. 3. vbi cito diuerſa loca materiam Secretariorum Regni tractantia, & late in pragmaticis, tit. 22. de Offic. Prothonotar. & Secretar. tom. 1. ipſarum pragmaticarum, & in cap. 252. Regis Alph. ſupra, tom. 5.

De ſeruitio militari, *Cap.* LXXI.

ITem, cum Marchiones, Comites, Barones, & feudatarij dicti Regni, tam ex conſtitutionibus, quàm etiam ex antiquiſſima, & viridi obſeruantia, & conſuetudine, pro dictis Baronijs, & feudis teneantur ad militare ſeruitium, ſcilicet pro reditu ſingularum viginti vnciarum ad vnum equum armatum, quod retro variè fuerit interpetratum, placeat Regiæ Maieſtati illud interpetrari ſecundum veram interpetrationem ad omnem futuri dubij claritatem, & futuri periculi euitationem, ſcilicet, quòd intelligatur pro vno equo tantum cum vno homine tantum armato, nec aliter poſſit interpetrari, nec aliter prædicti omnes ad dictum ſeruitium teneantur, non obſtante quacumque alia incontrarium interpetratione, de præterito, vel de futuro ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

SVMMARIVM.

Regi multum intereſt habere vaſſallos, à quibus poſſint conſequi ſeruitia, & onera promptiora in guerra, num. 1. cum ſeqq.

Vaſſalli debent Regi præſtare ſeruitia militaria promptiora, ibid. & portant onus die, & nocte, num. 2.

Seruitia militaria præſtantur per feudatarios trecentos ſeptuaginta nouem Regi cum eorum equis, armis, & alijs, num. 2.

Seruitium militare Baronum, Comitum, Marchionum, & c. conſiſtit cum eorum equis ad numerum mille ſeptingentorum, cum ſcopetteris, baleſtris, ſtimulis, ſiue ſpronis, & guantis, & quot, ibid. & num. 3.

Feudatarij præſtantes militare ſeruitium, olim erant trecenti ſeptuaginta nouem, & in dies creſcunt, num. 3.

Barones ſatisfacere dicuntur, & adimplere Regi, præſtando ſeruitium militare præfixum, & taxatum ab initio conceſsionum feudorum, num. 4. & 26.

Seruitium militare eſt taxatum, & præfixum ab initio conceſsionum feudorum, ibid.

Seruitium militare ſi eſt negligens præſtare, Baro non veniendo, tenetur ad amiſsionem fructuum, ibid.

Feudatarij ſumoniti non venientes ad præſtādum ſeruitium militare, tenentur ad amiſsionem fructuum, ibid.

Adobæ loco ſucceſsit ſeruitium militare, num. 5. & ſeq.

Seruitium militare, & adoba idem eſt, ibid. & poteſt pro ratha præſtari per plures, & & quando.

Adobamentum eſt plurium feudatariorum coacernatio, & coadunatio ad integrum ſeruitium, num. 6.

Feudatarij poſsidentes non integrum feudū, poſſunt conſtituere militem pro rata, & quomodo, ibid.

Feuda non debent poſsideri per vaſſallos exteros non ſubditos, Regiæ iuriſdictioni & quare, num. 7. niſi ſint exteri per auctionem vxoris, num. 8. & 9. & ſeq.

Exteri à Regno non habētes vxores Siculas hic, nec habitantes non poſſunt habere caſtellanias, gabellas, iura, nec reditus in feudum, & quare, ibid.

Exteri à Regno ideo non poſſunt eſſe capaces feudorum ſeculorum, quia non eſſent prompti ad ſeruitia militaria, num. 9. & ſeq.

Vaſſallus duorum poteſt eſſe, & quomodo, num. 10. alias eſt incompatibile, & quando, num. ſeq.

Duobus ſeruire ſimul certantibus impoſsibile eſt, num. 12.

Vaſſallus non ſufficit ſe ſolum abſtinere à malo, ſed quod faciat bonum, num 13.

Vaſſallus hic in Regno exiſtens non cogitur per Regem, vt illi ſeruiat extra Regnum, num. 14. & ſeq.

Seruitium militare non tenētur vaſſalli præſtare Regi extra Regnum, ibid.

Barones & alij Feudatarij ſunt primi, qui ſe exponunt ordinarijs periculis ad bellum, num. 15.

Caſtellaniæ nōn poſſunt raccommandari exteris alterius iuriſdictionis, & quare, nu. 16. & ſeq.

Caſtellani iurant fidelitatem præſtare Regi, num. 17.

Gabellæ, iura, & reditus Curiæ, quare non poſſunt Ingabellari exteris à Regno, & alterius iuriſdictionis, num. 18.

Gabellas quæ perſonæ non poſſunt comducere, ibid.

Seruitio militari durante non poſſunt feudatarij grauari inſolutione donatiui, num. 19.

Baronum appellatione veniunt Comites, Marchiones, Duces, &c. num. 20.

Baronibus, & aliis feudatariis conſeruatur ſplēdor, & defenſio Reipublicæ, & nationis, num. 21.

Grauari dupplici onere nemo debet, num. 22. & quando, num. 25.

Feudatariis non ſolet princeps imponere nouum grauamen, nec collectas, num. 23. & ſeq.

Collectas ſoluere an teneantur feudatarij, nu. 24. & ſeq.

Barones, & alij feudatarij ſolent animoſius concurrere in vtroque ſeruitio, num. 25.

Seruitium militare ab initio taxatum, & præfixum, ſemper eſt vniforme, nec alterari poteſt, num. 26. non obſtante augmento feudi, num. 27. & ſeq.

Augmentum, & diminutio ſortiuntur effectum ſui principalis, num. 28.

Augmentum ſi ſuperuenit in re emphiteotica, non ex hoc augetur penſio, num. 29.

Feuda non integra poſsidentes an teneantur ad ſeruitium militare, num. 30. cum ſeq.

Seruitium militare debet præſtari per poſſeſſorem feudi non obſtante pacto inito inter emptorem, & venditorem, quia valet inter eos, non in præiudicium fiſci, num. 31.

Seruitium militare vt debeatur, debent feudatarij ſumoneri, & intimari, nec ſuffieit ſola ſignificatio, num. 32. & ſeq.

Argumentum de militari ſeruitio ad parlamentum valet, ibid.

Viſitator ſi facit viſitam debet ſignificationes intimare illis, qui eſſent viſitandi, num. 33.

Seruitium militare dum durat, non poſſunt feudatarij conueniri in eorum cauſis non inceptis, & in cauſis ceptis ſuperſedetur, num. 38. 40. 44. nec citari, nec extrahi, num. 34. & ſeq. per tres menſes, & quomodo, num. 35. cum ſeqq. & ſuperſedetur, num. 40. non obſtante reſcripto, & quando, num. 41. cum ſeq.

Exceptione Hoſtica gaudēt feudatarij, & quomodo ibid. cum plurib. ſeqq.

Priuilegium, quod datur in ſtando, datur adhuc in redeundo, num. 36. & ſeq.

Paria ſunt eſſe in exercitu, & in via ad ipſum exercitum, num. 37.

Exceptio hoſtica eſt fauorabilis inducta fauore publico, num. 38.

Exceptio dilatoria regulariter ante litem conteſtatam debet opponi, num 39.

Vtilitas publica præferenda eſt priuatæ in caſu militaris ſeruitij, num. 42.

Exceptio hoſtica prodeſt etiam litis conſortibus, & quando, num. 43.

Exceptio hoſtica facit ſuperſedere in litibus cæptis, & inceptis, num. 44.

Seruitio militare dum durat, non tenentur feudatarij conſtituere Procuratorem in eorum litibus, num. 45. & ſeq.

Exceptio hoſtica, quæ datur in Regno euntibus ad exercitum, habet locum; ſiue quis litiget per ſe, quàm per procuratorem, num. 46.

Feudatarij non debent mente, nec intellectu à Principis ſui vrgentibus negotiis deſiſtere, nu. 47.

Actus quilibet rationabilis corporeus à mente, & intellectu initium ſumit, ibid.

Seruitium militare dum durat, prodeſt etiam bannitis commorantibus in exercitu, & quando, num. 48.

Banniti feudatarij, an & quando gaudent exceptione hoſtica, ibid.

Foriudicatus feudatarius non gaudet exceptione hoſtica, ibid. & num. 72.

Seruitium militare dum durat, nulla fieri debet diminutio per Iudices, num. 49.

Exceptio hoſtica procedit tā in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, num. 50.

Seruitium militare dum durat, gaudent exceptione hoſtica etiam magiſtri artifices pro ſeruitijs exercitus, & quomodo, num. 51. & ſeq. eſto quod non ſint milites, num 53.

Tonnarus durantibus non poſſunt moleſtari magiſtri artifices commorantes ibi pro ſeruitijs, facta matricula, & fide quod ſeruiunt, num. 52.

Trappetis durantibus gaudent nec moleſtentur maſtrantiæ ibi commorantes, & quomodo, ibid.

Scholarium priuilegio gaudent etiam ſcriptores, num. 54.

Seruitium militare dum durat, gaudent nautæ, & remiges, num. 55.

Seruitium militare dum durat gaudet Baro, & eius ſubſtitutus ſeruiens, num. 56. & ſeq.

Subſtitutus Baronis, vel feudatarij an gaudeat exceptione hoſtica, num. 57.

Priuilegiata cauſa trahit ad ſe cauſam non priuilegiatam, num. 58.

Abſens ex cauſa priuati commodi, vel reipublicæ habet priuilegium in totum ſi de licentia Principis pro vtraque cauſa receſsit, ibid. & num ſeq.

Iudex abſens ex cauſa poteſt percipere iura emolumentorum, & prouiſionum, num. 59.

Seruitium militare dum fit, gaudent exceptione Hoſtica, feudatarij, qui tenent feuda à Baronibus, & quomodo, num. 60. & ſeq.

Subfeudatarij non tenentur ſeruire Curiæ, ſed domino immediato, & an gaudeant exceptione hoſtica, num. 61.

Exceptione hoſtica gaudet vxor Baronis, & quomodo, num. 62. 63. 64.

Mariti exceptiones competunt eius vxori, & quando, & dicitur dominus dotis, num. 63.

Vxor dicitur domina rerum per eam lucratarū, fabrilium. &c. num. 64.

Mariti priuilegium perſonale non tranſgreditur eius perſonam, nec tranſit, ad vxorem eius, ibid.

Serui.

Seruitium militare dum fit, poſſunt feudatarij allegare exceptionem hoſticam, etiam per eorum procuratores, num. 65.

Procurator poteſt allegare cauſas abſentiæ ſui conſtituentis, ibid.

Vxor non poteſt petere dotes ſuas contra feudatarium Baronem virum ſuum durante tempore ſeruitij militaris, num. 66.

Seruitio militari durante, an vxor poſſit petere dotes ſuas, ibid.

Seruitio militari durante, debet exceptio hoſtica proponi, & allegari etiam per procuratores, comparendo, & fit fides per officiales, qualiter ſeruit, num 67.

Mareſcallus eſt ille, qui præeſt exercitui, ibid.

Seruitio militari durante, an poſſint Barones feudatarij, vel alij commorantes in exercitu citari ibidem inter ſe adinuicem, num. 68. cum ſeqq.

Exceptione hoſtica non gaudent quãdo feudatarij, & alij inter ſe vellent litigare coram iudice exercitus, & de quibus, ibid. & num. 71.

Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum, num. 69. & quando, num. ſeq. & num. 84.

Priuilegiatus in ſpecie poteſt vti ſuo priuilegio contra priuilegiatum in genere, num. 70.

Auditor exercitus poteſt diffinire, & audire differentias ortas inter exiſtentes in exercitu, ſecundum ritum ipſius exercitus, num. 71.

Exceptione hoſtica non gaudent foriudicati, num. 72.

Seruitio militari durante ſi quis vadat ad ſeruiendum Regi etiam ſuis expenſis, debet præcedere ſubmonitio vt gaudeat exceptione hoſtica, num. 73. cum ſeqq. declara, num. 76.

Abſens ſponte cauſa reipublicæ ſi citatus non comparet, dicitur contumax, nec poteſt dici abſens, num. 74.

Impedimentum voluntarium non excuſat, ibid.

Seruitium militare dum fit, debet euntibus ad bellum dari terminus dierum quindecim ad colligendum ſarcinulas, num. 75.

Terminus ad colligendum ſarcinulas datur etiam tempore ſeruitij militari, vt eant, ibid.

Seruitium militare dum fit, poteſt feudatarius ire ad bellum etiam non ſubmonitus, ſi videt domino imminere periculum magnum, num. 76.

Exceptione hoſtica non gaudet quando feudatarius citatur pro cauſis alienis, num. 77.

Subſtitutus ſubſtituti non gaudet exceptione hoſtica, niſi de licentia principis, num. 78.

Spolium committens poſt ſubmonitionem non gaudet exceptione hoſtica, num. 79.

Exceptione hoſtica non gaudent feudatarij delinquentes poſt ſubmonitionem, ibid.

Exceptione hoſtica non gaudent illi feudatarij, qui non ſunt obligati ad ſeruitium perſonale, num 80. cum ſeqq.

Seruitium militare dum fiebat, pro quibuslibet vncijs viginti reditus offerebatur equus vnus, per feudatarium armatus, & quomodo, ibid. & num. ſeqq. & quid ſi non eſſet ſeruitium perſonale, ſed in pecunijs, ibid.

Feudum quaternatum valoris vnciarum viginti reditus præſtabat ſeruitium in equo plus, vel minus, num. 81. ſi erat planum, & de tabula vaſſallus ſeruiebat per dies quadraginta ad expenſas & equos domini, num. 82.

Seruitium militare poteſt conſiſtere etiam in adohamento, & pecunia, num. 83.

Seruitium militare dum fit, poteſt renũtiari per feudatarios in ſpecie exceptioni hoſtica, num. 85.

Conſtit. Regni, Hoſtici, tit. 26. de except. hoſtica, an poſſit renuntiari, ibid.

Seruitium militare an debeat præſtari per poſſidentem partem feudi, & an ſubmonitio eum liget, num. 86.

Feudatarij ſi plures ſunt poſſidentes feudum, ſolent eligere vnum ex eis ad militare ſeruitium, num 87.

Reuelare qui tenetur facultates ſuas ad effectũ, vt faciat equum pro militia, num debeat in reuelo includere, & reuelare dotes, num. 88. cum ſeqq.

Militia pro conſeruanda in Regno debent reuelari facultates, vt teneant equum, & quomodo, ibid.

Vaſſallorum conſideratio debet fieri ob diminutiones, & opum alterationes, mortes, ac migrationes circa ſeruitia, num. 89

Reuelum debet de nouo fieri diminutis facultatibus vaſſallorum, num. 90.

Rex debet proſpicere ſubditis ſuis vaſſallis, non deprimere, num. 91. cum ſeq.

Papa poteſt deponere Principes nimis onerantes ſuos vaſſallos, num. 92.

MILITARIS ſeruitij materiam latius diſcuſſi ſupra in cap 39. Regis Iacobi, tom. 1. vbi mentionem feci de hoc capit. in col. 1. & aliqua etiam addidi ad cap. 29. Regis Federici, tom. 2. & in cap. 5. Regis Petri eod. tom. 2. ſuper quo maximè
1 intereſt Regi † habere in ordine eius vaſſallos, à quibus poſſit conſequi ſeruitia, ſiue onera promptoria, & commodiora in guerra non procurata, nec momentanea, vt ſuo loco dixi, & per Frecciam in tract. de authorit. & poteſt Baronis, tit. quis dicatur feudatarius in regno, num. 4. lib. 2. quæ cum maxima vigilantia, hilarique animo videmus in Regno per Titulatos Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vicecomitem, Barones, & feudata-
2 rios exequi ſeruiẽdo † cũ eorũ equis ad numerũ mille ſeptingentorum, cum quinque ſcopetteris, ſexdecim baliſteris, quatuordecim ſtimulis, ſiue ſperonis, & guantis decẽ in circa ſaluo errore per feudatarios præ-
3 dictos trecẽtos † ſeptuaginta nouẽ vſq. modo, vt in Offic. Sp. Conſeruatoris, & habeo in macijs ſic notatum, pro ratis ipſorum feudatariorum & de quo numero incirca ſcripſit Maſtrill. in tract. de Magiſtratib. tit. de iurib. regalibus lib. 3. cap. 10. nu. 436. hodie in dies creſcit hic numerus feudatariorum, portantium pondus diei, & æſtus, arg. eorum, quæ dicit Yſern. in cap. ſi filij,

 num.

num. 2. ſi de feudo def. milit. vaſſalli in
vſib.feudor. Ayello,Aponte,& alij,de qui-
bus per eruditum Valenzuel. Velazquez
in conſ. 99. num. 56. cum ſeqq. vbi ſubdit
4 quòd Barones † ipſi ſatisfacere dicuntur,
implendo,& præſtando ipſum militare
ſeruitium præfixum,& taxatum ab initio
conceſſionis ſuorũ feudorum, vt ſubdã in-
ferius in verſic. declara etiam, num 26.
Andr.in §.cum autem,de controuer.inue-
ſtit. & in cap.1.§ huius autem generis, ex
quib cauſ.feud.Freccia de ſubfeu lib. 1. nu.
47.ſub pœna,ſi alias non venerit Baro , &
feudatarij,ad amiſſionem fructuũ, de qui-
bus vide ſupra in capit. 12. ampliatione
5 24. vel adoham † cuius loco ſucceſſit vt
ipſe Valenzuel. ſubdit,nu. 57. alterũ enim
adimplendo, ſatisfit, per l. quia, qui præ-
tio,ff.de vſuſr.l.item quamuis, §.1. ff.cõm.
diu d.Aff.lib.2.conſtit.rubr.de except.ho-
ſtici,nu.11.vbi Barthol.de Capua,ad Grãm.
Capyc.Regens, & Marchio Carolus de
Tapia,Marin. de Caramancio, cum ſimi-
lib.per ipſum Valenzuel citatis, & prout
in hac materia adohæ recordor alibi po-
ſuiſſe in d. capit. 39. Regis Iacobi , num.
29.& 30.ead.tom.1. & in capit. 401. Regis
Alphonſi, num.15. & ibi tom.5. & voluit
poſt Andr.in cap.1.in fine, quis dicat. dux
& in conſtit. quamplurium, & in tit. quæ
ſint regalia , in verſ. & plauſtrorum , Ma-
rin.Freccia,in d.tract.de author.& poteſt.
Baronis , tit. quis dicatur feudatarius in
Regno,num.4.lib.2.vbi ait adohamentum
6 † eſſe plurium feudatariorum coacerua-
tio,& coadunatio ad integrum ſeruitium,
v. g. quando feudatarij poſſiderent non
integrum feudum, licet non ſeruiunt per-
ſonaliter , tamen ſolent conſtituere militẽ
pro rata cuiuſque poſſeſſoris, vel ratam
ſoluunt,ex qua eligitur miles ad ſeruien-
dum,vt ſuppleo infra num. 87. quod facit
pro iſtis feudatarius, quorum aliqui v. g.
ſoluũt par calcaris, ſiue ſtimuli,vel in ſpro-
nis , de quibus tactum eſt ſuperius in prin-
cipio .

¶ Qua de cauſa, vt nempè habeant Se-
reniſſimi Domini noſtri Reges promptio-
ra ſeruitia,eſt prohibitum ſupra in cap.40.
7 ne feuda poſſideantur per vaſſallos † non
ſubiectos Regiæ iuriſdictionis , ſed poſſi-
deantur per Vaſſallos ipſius Regiæ Ma-
ieſtatis in hoc Regno degentes , & habi-
tantes, non autem per alios vaſſallos , aut
exteros in alio Regno,ſeu loco degentes;
& ſimiliter habitantes, & quatenus eſſent
exteri,ſint de illis exteris per ductionem
8 vxoris † habitantibus continuò in hoc Si-
ciliæ Regno,idemque eſt ibi diſpoſitum
de Caſtellanijs,reditibus,iuribus,ac gabel-
lis,vt ſuppleo inferius, num. 16. & 17. eſt
verum quòd decretata ibi eſt ſubſequuta,
vt (*hoc iam eſt diſpoſitum per Pragmati-
cas huius Regni*) quo ad me hucuſque nõ
potui inuenire, niſi dicamus hoc eſſe iux-
ta pragmaticas antiquas,de quibus etiam
in multis locis eſt facta mentio in ipſis mo-
dernis pragmaticis, quicquid ſit , inquan-
tum ad feuda ratio videtur eſſe, vt ideo
9 vaſſali exteri † à Regno , & de alia iuriſ-
dictione præterquam Regiam , non poſ-
ſint eſſe ita capaces feudorum Siculorum,
nõ quod non poſſint eſſe vaſſali duorum,
10 nam poteſt † loquor in feudis diuerſis, ſi-
ue in feudis communibus non facta ad-
huc diuiſione , vt loquuntur Feudiſtæ in
cap.1. §.præterea ducatus de prohib. feu-
di alien. per Federic Aluarott.in capit. 1.
§.omnes,col.3.ſi de feud. fuer. controuer.
Iaſ in l.de pupillo,§.ſi plurium ſub num.6.
ff de nou.oper. nunc.Intrigl. de feud cen-
turia 1.quæſt. 56. num. 274. cum ſeqq. ſed
non ita promptius ſeruirent,quia impoſſi-
bile eſt duos eſſe dominos vnius vaſſalli
11 † vel incompatibile, in vnico, eodemque
feudo integro nobili , & propterea ſerui-
tium non eſt ita promptum , & commo-
dum,vt dixi in d.cap. Regni 39. Regis Fe-
derici, num. 162. & per tradita ſupra in
cap.12.ampl.13.hoc tom 6.quomodo enim
poterit perfectè,& fideliter, ille qui eſt vaſ-
ſallus exterus à Regno alienæ iuriſdictio-
nis, & nõ habitans hic, ſed in alio,Regno,
& parte iuriſdictioni Regiæ non ſubiecta,
præſtare ſeruitium prædictũ, poſſet enim
eſſe quandoque , quod vnus Rex contra
alium moueret bellum, vel aliquid ratio-
ne ſtatus diſponere , & conſequenter ſer-
12 uire duobus † ſimul certantibus impoſſi-
bile eſt,ex quo qui non eſt cum vno , con-
tra alium eſt,vt poſui in d.capit.39. Regis
Federici,d.num.162. & 163 vbi quòd vaſ-
13 ſallo † non ſufficit ſe abſtinere a malo,niſi
etiam faciat bonum,addo Gloſſ. in l. iuſti-
tia,in verbo,cuique,ff.de iuſtit.& iure , &
ſaltim deficit illa facilitas , in qua debet
vaſſallus præſtare in iuramento fidelitatis,
de qua etiam vidimus ſupra in d.capit. 12.
in verſic.ſub quo quidem, & in verſic. &
prima cum verſiculis ibidem ſubſequenti-
bus,& in verſic.obligatio quinta,quemad-
modum enim non poteſt Rex cogere
14 † vaſſallum feudatarium exiſtentem hic in
Regno,vt vadat ad ſeruiendum extra Re-
gnum,vt dixi in eod.cap.39.Regis Iacobi,
verſic.ſecundo intelligitur, num.99. & in
d.cap.29.Regis Federici,num.13.14.15. &
16.& ſupra in d.cap 401.nu.7.& 8. Regis
Alphonſi,tom.5.addo Cannet. in cap. vo-
lentes,verſic.quærit etiam ,fol.256. col. 2.
& fol.257. qui num. 8. facit mentionem
de illo cap. 39. Regis Iacobi,poſſunt enim
vaſſalli requiſiti,fortaſſis,vt pergant extra
Regnum,replicare Domino Regi, & di-
cere,nos remanemus in Regno cum reli-
quo præſidio , quamuis enim tangat te , ò
Rex principaliter bellum,nos tamen etiã
lacerat,agitur quippe de capite , fortuniſ-
que noſtris,ex Andr.de Yſern.Aff. & alijs
per eum citatis in cap. 1. §. ſimiliter de
capit. qui cur. vendid. ſentit Boniorn. hic
15 ipſi enim Barones † ſunt primi,qui ſe ex-
ponunt ordinarijs periculis pro defenſio-
ne,& cõſeruatione Regni,vt poſt Io.Frãc.
de

Digitized by Google

de Ponte, Iacob. de Ayello, & Yſern. ait
Valēzuel. Velazquez, d. conſ 99. nu 56. Ita
nec Rex alterius Regni dimiſtet ſuu vaſ-
ſallu, vt huc ad ſeruiendu veniat. cōſequē-
ter ſeruitium remanet inutile, & incom-
modius, maxime quando vellet Rex vt
perſonaliter accedant. Et eadem eſt ra-
16 tio circa Caſtellanias † de quibus ſupra in
d. cap. 40 & ſuperius hic, num. 8. quæ ideo
non poſſunt concedi. & commendari ex-
teris alterius iuriſdictionis exiſtentibus in
alio Regno, quia vt dictum eſt, ſeruitium
non præſtatur commodius, & inter alia,
17 quæ iurant ipſi Caſtellani † eſt præſtare
fidelitatem Regi, vt vidimus ſupra in d.
cap 40. Regis Iacobi, num. 2. d. tom. 1. ex
Ripa, & Marc. Antonio Sola, ibi citati,
quomodo poterit eſſe ergo fidelis, cum ſit
alterius Regni ſubditus, ibique commo-
rans, facilè poſſent ſecreta vnius Regni re-
uelari ad aliud contra ea, quæ vidimus ſu-
pra in d. cap. 12. verſic. obligatio ſecunda:
Et licet dixerimus ſupra in capit. 7. Regis
Martini, num. 85. tom. 3. poſſe concedi
Caſtellanias exteris, intelligo de eadem
iuriſdictione Regis, & non exteris alte-
rius iuriſdictionis in alio Regno. vt hic.
18 Idemque de gabellis † iuribus, & redditi-
bus Curiæ, quæ ſimiliter non poſſunt con-
cedi dictis exteris a Regno alterius iuriſ-
dictionis, & in alijs Regnis non ſubiectis
Regiæ iuriſdictionis habitantibus, & com-
morantibus, vt in eodem capit. 40. & per
ea, quæ ſcripſi in cap. 48. Regis Alphonſi,
ſupra tom. 4. vbi, quæ perſonæ non poſ-
ſunt gabellas conducere, & ſuppleui in
2. tomo pragmaticarum Regiarum, niſi
ſint per ductionem vxoris habitantes hic
vt in eod. cap. 40. habes.

Illud verum eſſe puto, vt durante adhuc
19 iſto ſeruitio militari † non putarem poſſe
Barones, & feudatarios grauari in ſolutio-
ne donatiui, de quo in ſua materia dixi ſu-
pra in d. cap. 401. Regis Alphōſi, tom. 5. cū
ibi citatis, & infra in capit. 8. Regis Philip-
pi II. verſic. ſicuti de Baronibus, tom. 9.
vt ni fallor, ſic expreſsè concludit Valen-
zuel eruditiſſimus Doctor in d. conſ. 99.
num. 58. vbi quòd ex quo in ipſis Baroni-
20 bus & idem dico de Ducibus † Mar-
chionibus, Comitibus, &c. vt in ordine
hic poſitis, ad tradita in cap. Regni 457.
Regis Alphonſi, num. 7. 8. & 10. d. tom. 5. &
ita poſt L. Ium. conſil. 26. num. 60. Curt.
Iun. Capyc. & Pariſienſ. tetigit à Petra
de poteſtat. Princip. cap. 22. num. 12. & 13.)
21 conſeruatur † ſplendor, & defenſio Rei-
publicæ, ac nationis, maior conſequenter
debetur illis gratificatio, & obſeruantia
eum ſit multum iuri conſonum illos in
aliquo releuare, qui grauātur in alio, vt ſuo
loco dixi in eod. cap. 39. Regis Iacobi, nu.
174 tom. 1. & in cap. 502. Regis Alphonſi,
tom 5. remiſſiuè ad cap. 74. Regis Marti-
ni, ſub verſic. verum, tom. 3. quia dupplici
22 onere, & grauamine † nemo grauari de-
beret, ex Nicol. Intellaſ. in tract. de æſtim. &

collect. part. 2. cap. 3. num. xxj. Chaſſan. cō-
ſil. 64. num. 3. Gabriel, Crauett Neuizan. &
Io: Baptiſt. a Coſta, de quib. per ipſum
Valenzuel. num. 58. & 59. & 60 qui ſubdit
quod hac de cauſa Princeps non ſolet im-
ponere nouum grauamen ipſis feudata-
23 rijs † ex Camill. Borrell. conſil. 1. num 107.
tum quia adhuc iure communi inſpecto
pro bonis feudalibus neque ipſi tenentur
24 ad collectas † per l. fin. vbi Luc. de Penn.
num. 2. 8. & 9. C. de fund. limitroph. lib. xj.
Purpurat. conſ. 182 num. 2. conſ. 328. num.
26. & conſ 467. num. 8. tom. 2. & ita poſt
Caſtrenſ & Surd. recordor ſcripſiſſe ſu-
pra in cap. Regni 21. Regis Federici, num.
44. tom. 2. ſed non eſt ſic realiter, quia,
25 & ipſi Barones feudatarij † ſolent animo-
ſius concurrere in vtroque ſeruitio, vt poſt
eundem Valenzuel. in hoc propoſito latè
poſui reſolutionem ſupr. in cap. xj. ampl. 2.
ibi (ſicuti) vbi dixi quòd quicquid ſit de ri-
gore iuris, poſſunt. & debent quandoque
grauari in vtroq. & propterea ſubdit Bal.
in cap. 1. §. 1. per quos fiat inueſtitur. ver-
ſicul. nota quòd feudum, Io: de Amicis,
conſ. 8. num. 62. quòd feudatarius vltra
adoham ſolet ſoluere ipſas collectas, Va-
lenzuel. num. 66.

Declara etiam, vt hoc ſeruitium milita-
re, ex quo eſt ab initio præfixum, & taxa-
26 tum, vt diximus ſupra, num. 4. † ſemper
mox ſit vniforme, nec alterari poteſt, vt
per cap. 1. de form. fidelit. Afflict. tit. de
prohib. feudi alien. per Fideric. num. 9. Ol-
drad. conſ. 234. Io: Vinc. de Anna, Ioann.
Anton. Lanar. Luc. de Penna, Azeued &
Petr. de Gregor. Siculum in tract. de con-
ceſſ. feudi, part 7. quæſt. 8. num 38. ait idem
Valenzuel. d. conſ. 99. eod. num. 57. & ita
inter dentes licet dubius tenere ſic vide-
tur de Noſtratibus Gloſſator Boniornus,
hic. & alij, dum quærunt, an pro augmen-
27 to feudi † ſit obligatus vaſſallus ad maius
ſeruitium, & poſt Andr. & Aluarott. in ca-
pit. ſi quis de manſo, col. fin. de controuer.
inueſtit & in capit. 1. ex quib. cauſ. feud.
amitt. Affl. in conſtit. poſt mortem, num.
7. lib. 3. & in cap. 1. §. ſimiliter, de cap. qui
cur. vendid. idem Andr. in cap. 1. col. 2. in
princ. de vaſſall. decrepit. ætat. determi-
natur, quòd inſpicitur tempus conceſſio-
nis, maxime quando ex induſtria vaſſalli
aucti ſunt fructus, non obſtante quòd ali-
qui tenuerint contrarium, vt ex eod. Andr.
in d. §. ſimiliter, & ibi Additio, Luc. de
Penna, in l. 1. C. de vendit. rer. fiſcal. com.
cum priu. lib. x. poſt Bartholom. de Ca-
pua, & eundem Affl. in d. conſtit. poſt mor-
tem, col. 4. ea fortaſſis ratione quòd dimi-
28 nutio † & augmentum ſortiuntur naturā
ſui principalis ex Imol. in l. ſi ex toto, in
princ. ff delegat. 1. l. 2. C. de alluuion. & pa-
lud. vt tetigit hic idem Boniorn. & per ea
quæ in propoſito dixi in d. cap. xxj. Regis
Federici, num. 38. tom. 2. & in deciſ. M. R.
C. 21. num. 8. cum ibi citatis, nam nec ha-
bebitur reſpectus ad augmentum introi-
tuum,

tuum, & ita ſubdit ipſe Ferdin. Boniorn.
hic ex Iaſon. in l. 2. col. 18. C. de iure em-
29 phit. quòd propter † augmentum rei em-
phiteoticæ, non augetur penſio ab initio
quæſita, modificari potius, ac diminui poſ-
ſe ex cauſa ſeruitium ſeudi lego, quàm
augeri, vt videbimus infra num. 90.

Tertio putandum eſſe dicerem ſecus
30 eſſe in † poſſidentibus ſeuda non integra,
ex his, quæ videbimus infra in ſeq. verſic.
in xj intellectu.

Quarto modificandũ exiſtimo, vt ſerui-
31 tiũ militare † debeat præſtari per poſſeſ-
ſorem ſeudi, & licet aliquando inter par-
tes fiat pactum, vt venditor ſeudi teneatur
ſeruire, & valet hoc pactum inter contra-
hentes, ſicuti de gabella dixi in Regijs
Pragmaticis, tit. 24. de offic. Notariorum,
num. 35. tom. 1. ipſarum pragmaticarum
vbi citaui multa loca, & in bulla poſt cap.
355 Regis Alphonſi, nu. 243. tom. 5. tamen
in præiudicium fiſci non valet hoc pactũ,
Boniorn. hic per l. epiſtola, §. 1. ff. de pact.
& late vidimus in d. cap. 39. Regis Iacobi,
in 3. intellectu, & num. 119. vſque ad nu.
125. tom. 1.

DVRANTE vero dicto ſerruitio mili-
32 tari † ſcripſi ſupra in d. cap. 39. Reg. Iacobi,
nu. 176. cũ ſeq. quòd naſcebatur feudatarijs
(ſub monitis tamẽ. & vocatis, ſiue intima-
tis vt vidimus de parlamento ſic eſſe ſupra
in cap. xj. quia valet argumentum de vno
ad aliud, vt ibi poſui, & per Marcell. de
Mauro alleg. 48. num. 2. Maſtrill. de Ma-
giſtratib. cap. 15. de Regni Deputatis, nu.
63. lib. 5. part. 2. & ita pono inferius in
quarto intellectu, num. 73. quia non
ſufficit ſola ſignificatio, & negotium eſſet
integrum, ſicut dicimus quòd viſitatio non
33 dicitur cæpta † licet Viſitator ſignifica-
uerit illis, qui erant viſitandi, vt ſe præpa-
rent ad viſitationem, per tradita à Fede-
ric. de Senis, conſ. 145. num. 3. in fine, nam
tunc res eſt integra, vt per Tuſch. in pract.
concluſion. iuris, verbo, integra, concluſ.
265. vt in ſua materia viſitæ, pono infra
in cap. 210. Regis. & Imperat. Caroli V. in
prima declaratione, tom. 8. & quaſi
habuimus, in Ann. 1617. in quo fuit ſignifi-
catum per illuſtriſſimum, & Excellentiſſi-
mum D. Proregem Comitem de Caſtro,
ſeruitium hoc militare, ex quo tamen non
fuit ſequutum, quia ceſſauit cauſa, reuoca-
uit dictum ſeruitium cum expreſſa cauſa,
quòd non erat neceſſe pro illa vice) bene-
ficiũ quodã, & eſt Primo, ne poſſint con-
34 ueniri † in eorum cauſis etiã non inceptis,
nec citari, neq. extrahi à dicto ſeruitio exer-
citus per quindecim dies poſt dictã ſubmo-
nitionẽ, & per totũ tempus, per quod ſunt
35 in ipſo exercitu quod eſt † per tres mẽſes à
die, mõſtræ, ſiue reſignationis, quoad feu-
datarios poſſidẽtes feuda quaternata, ſi ve-
ro eſſet planum, & de tabula, ſeruiet per
dies quadraginta, vt dico inferius in intel-
ligentia octaua, & ſic facit differe iudiciũ,
vt ait Freccia inferius citandus, ac poſt
quindecim dies poſt reuerſionẽ, priuilegiũ
36 † quippe, quòd datur in ſtãdo, vel eũdo,
cõceſſum intelligitur in redeundo, Affl. in
d. Conſtit. Hoſtici, tit. 26. de except. hoſtici,
& num. 4. qui diuiſit illam Conſtitutionẽ
in nouem partes, & ego ex ea colligam
hic xiij. beneficia, & vndecim intelligen-
tias, per l. qui mutantur, §. ſi mulier, ff. ex
quib. cauſ. maior. l. 1. C. de re milit paria
37 enim ſunt eſſe in exercitu † & in via ad ip-
ſum exercitum, per l. ſi non ſunt, §. quid er-
go, ff. de aur. & arg. legat. Alex. Bart. & alij
per ipſum Afflict. aliàs, ſi Iudex procede-
ret poſt iſtam exceptionem oppoſitam,
& probatam, proceſſus factus eſſet ipſo iu-
re nullus, vt per ipſum Affl. ſub num 1. in
princ. in 1 notab. per l. non dubium, C. de
legib. cap. dilecta de reſcript. cap. exhibita
de iudic. Bald in l. ſi tutor, C. in quib. cauſ.
in integr. reſtit. non eſt neceſſar. ſed ſuper
omnibus, & per omnia ſuperſedetur, arg.
attentatorum, vt poſui ſupra in capit. 47.
Regis Martini, ampl. 4. tom. 3. tam ſi iſta
38 exceptio † ſuperueniret poſt litem conte-
ſtatam, quàm etiam poſt concluſum in
cauſa, ſtante quòd hæc exceptio hoſtica
ſit fauorabilis inducta fauore publico, vt
poſt aliqua iura, & Petr. Rebuſſ. ait Ma-
rin. Freccia in tract. de ſubſeudis, tit. de
officio Admirati maris, nu. 18. lib. 1. Gugl.
de Cuneo, in l. edita, col. 2. C. de edend. Ni-
colaus de Neapoli, in l. ſacris, C. de pro-
xim ſacror. ſcrin. lib. xij. vt poſt Andr. de
Yſern. determinat ibidem Affl. in 3. notab.
num 20. 21. vbi ait ſe ſeruari vidiſſe per l. nõ
diſtinguemus, § cum quidam, ff. de arbitr.
Gloſſ. in cap. inſinuante, de offic. delegat.
Bart. Ant. de Butr. Fælin. Io. Andr. Roman.
Angel. de Aret & alij per ipſum Affl. licet
39 regula ſit contra, nam exceptio † dilato-
ria ante litem conteſtatam opponi debe-
ret, non autem poſt, niſi in caſibus, vt dixi
in conſuet. Panhor. cap. 22. nu. 19. ſubdens
ipſe Affl. num. 22. idem eſſe in actore, vt
40 debeat etiam ſuperſederi † ſtante dicta
ſubmonitione, neque tenetur litem proſe-
qui poſt ipſam litem conteſtatam, ex iu-
rib. & rationibus per eum adductis ¶ Item
intãtũ ſuperſederi debeat, vt nec ſufficiat,
nec minus pro ſit actori impetraſſe reſcrip
41 tum † quòd non obſtante dicta hoſtica
exceptione, procedatur in cauſa, nam tale
reſcriptum nihil eſſet, niſi interueniſſet ſe-
cunda iubſio (arg. eorum, quæ de hac ſecũ-
da iubſione in his, quæ mandat Princeps,
& Rex, dixi ſupra in cap. 1. Regis Iacobi,
num. 21. tom. 1.) vel adeſſet clauſula, non
obſtante, Regni conſtit. vt per ipſum Affl.
num. 24. per text. in l. fin. C. ſi contra ius, cũ
42 ſimilibus, & vtilitas † publica iſto caſu præ-
ferenda eſt priuatæ, vt ipſe ait & poſui in-
fra in cap. 53. Regis Ferdin. in 3. intellectu,
tom. 7. l. de pupillo, §. ſi quis riuos, vbi
Gloſſ. ff. de oper. nou. nunc. D. Thom. par.
1. quæſt. 92. art. 1. ad 3. Bald. Iaſon, Anchar.
Sarmient. Ægid. de Thomat. Iul. Ferrett.
Gacheran. Damoder. Seneca, & alij per
eundem

eundem Valenzuel. d.conſ.99. num. 7. &
per ea,quæ ſcripſi ſupra in cap.xj.in 2.am-
43 pliatione,num.45 & prodeſt † etiam litis
conſortibus in cauſis communibus,indiui-
duis, & connexis, vt vidimus in deciſ.
M.R.C. 33. ſub verſic.vltimo excipiebat.
¶ Secundo, vt nec poſſint in eorum
44 cauſis conueniri adhuc inceptis † ſ.d ſu-
perſedendum erit in eis durante dicto ſer-
uitio,d.conſt,hoſtici,vbi Yſern. & Affl. &
ſic non obſtat litis conteſtatio facta, vt in
3.parte ipſius conſtitutionis legitur,& nu.
1. ¶ Tertio, vt non cogantur dicti feu-
45 datarij † dimictere procuratorem pro ta-
libus litibus, ſiue inceptis,quam incipiēdis
vt dixi in alia deciſ.M.R.C.32.quia excep-
46 tio † hoſtica, quæ datur in Regno eūtibus
ad exercitū, habet locum,ſiue quis litiget
per ſe,ſiue per procuratorem,arg. l.fin.C.
de agent.in reb.lib.12.l.qui bona,§.qui de-
cem,ff.de damn.infect. Freccia de ſubfeu-
dis,d.tit.de admirat.mar.nu.17.lib.1. quaſi
47 quod mente,& intellectu† à Principis ſui
negotijs deſiſterent,quo caſu nec corpore
Principi inſeruirēt,cu actus quilibet cor-
poreus rationabilis a mente, & intellectu
initium ſumat, vt per Boniſac. de Roger.
conſ. 2. num.35. & per ea, quæ ſcripſi ad
propoſitum in pragmat. x. tit. 2. de offic.
Iud M. R. C. ampl. 2. tom. 1. pragmat.
48 ¶ Quarto,vt etiam proſit hæc exceptio †
eſto quòd eſsēt bāniti,& aſſiſterēt in exer-
citu muniti equis, & armis infra annum,
d.conſtit. vbi idem Affl.in 7. parte d.col.1.
& ſub nu.24.in 6.notabili, eſt verum quòd
ſi talis bannitus perſtitiſſet in contuma-
cia per annum,non gaudet,ſicut nec ſoriu
dicatus,cui omnis defenſio denegata eſt,
ibidem Affl. num. 25. in 7. & 8. notabili
49 dicam infra, num. 72. ¶ Quinto † in-
tantum debeat ipſa conſtitutio obſeruari,
vt nulla fiat diminutio per Iudices, ita
Affl. d.nu.1. in 1. notabili ¶ Sexto pro-
50 cedit tam in ciuilibus † quàm in crimina-
libus cauſis etiam cum bannitis,non tamē
ſoriudicatis,vt ſubdam inferius in 3.intel-
lectu,ſic diſponitur per eandem conſtitut.
vbi Affl.& Yſern.col.1.& 2.num.2.3.& 4.
& clarius in 14.quæſtione ſub num.17.ni-
ſi crimen ſit commiſſum poſt ſubmonitio-
nem,vel poſtquam eſt in exercitu ¶ Sep-
51 timo procedit † vt gaudeant dicta excep-
tione Magiſtri artifices,v.g. ſorulares, qui
faciunt veſtitus,& panem, & alia neceſſa-
ria pro exercitu, facta fide per Præpoſitū
ipſius exercitus quòd ſeruiant, & in ipſo
exercitu ſunt neceſſariæ tales perſonæ,vt
tango etiam inferius, num.67. (quod facit
pro actu ſeruientibus in trappetis, & ton-
52 narijs † vt dixi ad Regias Pragmaticas,tit.
16. de Dilationib. in 3.notab.nu.27.& ſeq.
eod.tom.1. ipſar.pragmaticarum,præſup-
poſita illa matricula, per quam ſint tales
matriculati,ad hoc vt gaudeant illis ferijs,
vt in ordinationibus moderniſſimis in
vim pragmaticæ factis Ann. 1618. §. 57.)
quia ſeruientes in ipſo exercitu militari
gaudent priuilegio prædicto, & laborant
ad opus Reipublicæ, eſto quòd non ſunt
53 verè milites † Affl.num.5.ex Luc. de Pen-
na in rubr.C.de piſtorib.lib.xj.& in l. 1.C.
de negot.milit.lib.12.Gloſſ.in l. inter eos,
ff.ex quib.cauſ.maior. argumento ſcripto-
54 rum † qui gaudent priuilegio ſcholariū,
vt in d.Gloſſ. & per Innoc. in cap. 1. extr.
locati,l.reſtituendi, C.de Aduocat diuerſ.
iudic. ¶ Octauo gaudent ſubſequenter
55 † nautæ,& remiges,qui vadunt in exerci-
tium maritimum,& dum ſunt in d. exerci-
tu gaudent hoc eodem priuilegio,vt ex d.
Iuribus determinant Yſern.& Affl. col.3.
ſub num.5.& in 5.quaſt.per d.l.1.§ item
nauarchos & ita ait Marin.Freccia, in d.
tract.de ſubfeudis, d.tit. de officio Admi-
rati maris,lib.1.num. 16 cum ſeqq. ¶ No-
no gaudeāt hoc priuilegio tam principa-
56 lis Baro † quam ſubſtitutus ſeruiens nomi-
ne ipſius,quod poteſt fieri, vt plura iura
cumulat Affl.d num.8.& in cap. 1. §. cau-
tus, Epiſc. vel Abbat.in vſib.feudor.& in
cap.ſi quis deceſſerit,ſi de feudo fuer.con-
trouerſ. inter dom. & agnat. & in l. quiſ-
quis,C.de epiſc.& cleric. & in l.1. § ne
autem,C.de caduc.tollend.Gloſſ. in capit.
poteſt quis, de regul. iur. in 6. Ioann. de
Platea,in l.nullus,la 2. C.de Decur. lib. x.
57 Paris de Put.de ſyndicat. verbo † ſubſtitu-
tus,in puncto Marinus Freccia.d tit.de ad-
mirat. mar.eod.n.16.ex Iacob.Rebuff.in l.
eos,C. de Comit. rei milit. & ita poſt Ni-
col.de Neapoli,in d.l.eos, C. de com. rer.
mil.ſub num.12 l filiusfam. ff. de legat. 1. l.
Nauicularij,ff.de muner.& honor. l. ſem-
per,§.item,& §.licet,ff. de iure immunit.l.
neminem, §. ne indulti, C. de Decurion.
Yſern.& Affl.locis citatis, num.7. & 8. &
per Andr.de Barulo,in l.2.d tit. C de Co-
mit.rei militi quia exceptio hoſtica eſt fa-
uorabilis,ſtante quòd ex cauſa eſt publicæ
vtilitatis vt dixi ſupr.idē Nicol.de Neapol.
in d.l.ſacris,C.de proxim.ſacror.ſcrin.lib.
58 xij.qui dicit, quòd cauſa † priuilegiata
trahit ad ſe cauſam non priuilegiatam,
Affl.d.num.8.vbi infert quòd ſi aliquis eſt
abſens tam ex cauſa priuati commodi,
quam Reipublicæ, habet priuilegium in
totum,ſi de licentia Principis pro vtraque
cauſa receſſit,ex Alberic.de Roſat.in l.nó
verè, ff.ex quib. cauſſ. maior. vbi Gugliel.
de Cun. & feci illationes in cap.205.Regis
Alphonſi,num.13. ſupra, tom. 5. vt Iudex
59 † abſens ex cauſa poſſit percipere emolu-
menta prouiſionum,& per ea, quæ ponit
in puncto Bouadilla in ſua politica lib. 2.
cap. 9. (*queauſencia*) num.9.tom.1. ex Pa-
rid.de Put.de ſyndicat. verbo, ſalarium,
cap.1.num.2.l.7.Hyſpan.tit.5.lib.3.recopi-
lation.vbi Azeued. num.1.& 2.Auendann.
in cap.2.Prætor. num 9. in fine. Nec ob-
ſtat l.fin. ff.de excuſat. tutor. quòd ibi lo-
quitur in officio priſtini,& ſic non in cau-
ſa faborabili, prout eſt d.cauſa hoſtica, &
exercitus,ita Affl. d.nu.7.eſt verum, quòd
ſubſtitutus ſubſtituti non gaudet hoc pri-
uilegio,

uilegio , dicam inferius in ſexto intellectu
¶ Decimo gaudent hac exceptione ho-
60 ſtica etiam feudatarij † qui tenent feuda
à Baronibus ,& eis deberent præſtare ſer-
uitium militare,ſi ſunt in exercitu , ita
poſt Barth.de Capua,in d.conſtit.ait Affl.
nu.xj.quia eis competit, ſicut Baroni , qui
tenet in capite,arg.l.fin.ff.de vi , & vi ar-
mat.l.3.in fine C.de natur. lib. §.fin. de
pac.iuram.firmat. ſed quomodo poteſt eſ-
61 ſe,cum ſubfeudatarij † non teneantur ſer-
uire Curiæ,niſi domino immediato, vt ait
hic Boniorn. ex Yſern. in §. ſed nec alia,
col.5.quæ fuer.prima cauſ.benefic.amiſt.
& colligitur ex hoc textu , ibi (*feudataru, &c.*) ¶ Vndecimo gaudet iſta hoſtica
62 exceptione vxor Baronis † ſiue feudata-
rij,quoties v. g. ipſa eſſet conuenta ſuper
dote,quam maritus poſſidet,qui ipſius do-
tis dominus eſt, vulgata l. doce ancillam,
C.de rei vendic . & conſequenter ea ex-
63 ceptio,quæ competit marito † competit
eius vxori,l.2. C.de vxor. milit. cuius fo-
rum ipſa ſequitur,vt dixi in deciſ.143.ſecus
quando conueniretur ex contractu pro-
prio , vel ſuper bonis paraphrenalibus,
quorum fructus ſunt etiam vxoris, prout
etiam ſunt lucratæ res per eam ex operi-
bus fabrilibus,qua ſpectant ad ipſam vxo-
64 rem † & non ad maritum per ea , quæ
ſcripſi in conſuet. Panhor.capit.43. num.
84.addo Cuman. conſ.104.Affl. vbi ſupra,
ex Bart. in l.pen. ff.ad l.falcid. Alex. Saly-
cet. Ant. de Prato,& alijs , & tunc non
poteſt gaudere d. hoſtica exceptione ex
perſona ſui viri , quia hoc priuilegium eſt
perſonale,non tranſgrediens perſonam
viri, Affl. num. 14. ex iuribus vulgatis
¶ Duodecimo vt etiam poſſint hanc ex-
65 ceptionem allegare feudatarij † per eorũ
procuratores,tã in cauſis ciuilibus , quàm
criminalibus , pro quibus poſſet procura-
tor interuenire,aliàs ſecus, vt per eundem
Affl.d.quæſt. 14.ſub.d.nu.17. vbi quòd tunc
tantũ cauſas abſentiæ poſſet allegare , ex
Marin.Freccia vbi ſupra ¶ Decimoter-
66 tio competit hæc exceptio etiam † con-
tra mulierem petentem dotem, ratione
quia quoad intereſſe mulieris verſetur in-
tereſſe publicum ſecundariò,& in militã-
te pro Rege , & Republica conſideratur
intereſſe publicum primariò, & principa-
liter , & ita fuiſſe deciſum teſtatur ſæpius
idem Marin.Freccia, d.tit. de offic. admi-
rati maris,ſub num.18.ex DD.in l.1. ff.ſo-
lut.matr.quod eſt mirabile dum ipſa l. 1.
dicit,quòd dotis cauta ſemper,& vbique
præcipua eſt .

IN TELLIGO primo vt debeat hæc ex-
67 ceptio hoſtica allegari † & proponi tã per
ſe,quàm per ſuum procuratorem,vt dixi-
mus nunc,qui comparere debent coram
Iudice,à quo emanauit citatio,& allegare,
& opponere,quod ipſi competit d.excep-
ptio, vt per ipſam Conſtitutionem , vbi
Yſern. & Affl. & ſufficit portare fidem
Mareſcalli,qui præeſt exercitui,& de quo
officio declaro infra in capit.75.poſt prin-
cipium,qui per ſuam teſtificationẽ dicat
quòd eſt in ipſo exercitu,vt in quinta , &
ſexta parte ait ibidem Affl.col.1.;& clarius
15.quæſtione , num. 18. qui ſubdit , quòd
quando eſt notorium , ſufficit allegatio
iſtius notorij abſque fide Præpoſiti exer-
citus,vt tetigi ſupra num.51. & 52. ſic eſſe
circa Maſtrantiam exercitus: In duobus
tamẽ caſibus fides requiritur,primo, quã-
do fuerunt ſubmoniti , ſecundo, quando
dubitatur , an ſeruiant proprijs expenſis,
vel ne, quia tunc Magiſter exercitus facit
fidem,& num. 27. vbi quòd iſto caſu fides
hæc dicitur ſubſtantialis, & ſi illa deficit,
ſubſtantiatum deficit,ex Bald. in cap. 1. in
princ.quib.mod.feud.conſtit. pot. per l.3.
§.deinde, ff.de itiner. actuque priuat.
68 ¶ Intelligo ſecundo † vt ſi v.g ambæ par-
tes,& actor , & reus eſſent,ſiue inuenirẽn-
tur in ipſo exercitu ſeruientes cum eorũ
armis , & equis , poteſt actor citare reum
coram Iudice, nec poterit reus opponere
dictam exceptionem hoſticam,quia con-
tra pariter priuilegiatum non vtetur hoc
69 priuilegio † vt in d. conſtit. qua ſic tran-
ſeunt Yſern. & Affl.,in quarta, & ſeptima
parte,col.1.& latius in 2.notabili,num.19.
vbi quod neuter contra alterum vtitur ſuo
priuilegio,vt ſentio inferius in 9.intellectu
num. 84. poſt Bart. Bald. Dyn. Alberic.
Barbat.Luc.de Penna , Iacob. de Belloui-
ſu,& alia iura per ipſum citata , & quæ
ſcripſi io Conſuet.Panhor.cap.3. num.46.
cap.12.nu.5.& in deciſ.57.nu.31. addo Pa-
riſ.conſ.53.num 64.lib.3.Cæphal. cõſ. 116.
in princ.lib.1. Ioſeph Ludouic. deciſ.3.nu.
21. Carol.de Graſſis,in tract. de except. in
3.except.num.25.26.27.28.vbi facit tres il-
lationes,latè in hac re Belluga, in Speculo
Princip. tit. de guidatico ad Curias voca-
70 to,§.1.eſt verum † quòd ſubdit ipſe Affict.
in d.num.19. quòd quando vnus eſt priui-
legiatus in ſpecie , tunc priuilegiatus in
ſpecie vtitur ſuo priuilegio contra priui-
legiatum in genere,ex Bart. in Auth. quas
actiones,col.2.verſic.tu breuiter, C.de Sa-
croſ.Eccleſ per text. in l.fin.ex quib.cauſ.
maior. ¶ Quos ſubaudio Iſqui de con-
uentione facienda ibidem in exercitu
71 † ideſt de differentijs,& ſimilibus negotijs,
non autem de litibus ordinarijs extra lo-
cum,& ſic in exercitu poſſunt ſe inuicem,
conuenire coram eorum Auditore ibidẽ
commorante,aliàs non , & hoc idem ſen-
tit ipſe Affl. in nona parte ipſius conſtitu-
tionis,col.2.in princ. dum dicit,quod exi-
ſtentes in exercitu,ſi contrahant,vel delin-
quant,& citentur per Iudicem exercitus,
non licet eis opponere dictam exceptio-
nem , & num. 26. in 9. notab. qui allegat
Yſern.& capitulum Regis Roberti, & in
x. notabili , vbi quod iudicantur per Iudi-
ces exercitus ſecundum Ritus eiuſdem
exercitus,& per ea,quæ ſcripſi in cap. 105.
Regis Federici,num.4.& ſeq.tom.2.Fælin.
in cap.2. col. 7. de reſcript. ¶ Intelligo
tertio

Digitized by Google

72 tertio ſecus eſſe in foriudicatis † licet ali-
ter ſit in bannitis, vt tetigi ſuperius, ibi,
quinto, &c. nu. 48. qui eſto quod proprijs
militarent expenſis, non poſſunt tamen
dicta hoſtica exceptione ſe tueri, quia eis
omnis defenſio eſt denegata, prout ibidē,
& per Affl. in 8. parte ipſius conſtitutionis,
d. col. 1. & in d. quęſt. 14 ſub d. num. 17. ¶ In-
telligo quarto, vt debeat præcedere ſub-
monitio, ad hoc, vt feudatarius gaudeat
73 hac hoſtica † exceptione, memini ſupra,
num. 32. etiam ſi vadat ſponte ſuis expen-
ſis, & quando non proceſſit dicta ſubmo-
nitio, videtur eſſe in dolo quia fortè time-
bat litem, & diffugiebat eam, Affl. d. num.
2. per l. qui data, ff. ex quib. cauſ. maior. &
ibi Gloſſ. quæ allegat concordantes, tot.
tit. ff. delegat. qui loquitur de abſente
74 † & legato cauſa Reipub. ſpontè & non
miſſo per Principem, ſed à ſe ipſo iuit, &
ex quo requiritur hæc ſubmonitio, non
eſt recedendum ab intelligentia verborū,
l. non aliter, ff. delegat. iij. & conſequen-
ter ſi fuiſſet citatus, & non compareret,
reputabitur legitimè contumax, quia hoc
fuit voluntarium impedimentum, capit.
damnum, de regul. iur. in 6. l. ſi quis poſtea,
ff. de iudic. l. ex quacumque, ff. ſi quis in
ius vocat. non ier. cap. ſuper literis, de re-
ſcript. Affl. poſt Yſern. ſub d. num. 2. & 3.
& in 4. notab. nu. 23. vbi ex eod refert eſſe
neceſſariam ſubmonitionem, vt præparet
75 ſe infra dictos quindecim † dies ad colli-
gendū ſarcinulas, ar. eorū, q̄ de diſterrato,
ſiue exulato diximus Dec. M. R. C. 63. n. 12.
cū plur. ſeqq. & in ſc. Regn. 16. Reg. Mart. n.
7. to. 3. & ſic gaudeat ēt iſta dilatione quin-
decim dierū, tamen idem Affl. ſubdit me-
lius, quòd poteſt ſtipendiarius Regis, & ſic
feudatarius ire ad bellum, non obſtante
dicta ſubmonitione, quia, ſi feudatarius vi-
76 deret imminere Domino † periculum
magnum, poteſt vltrò pergere ad dictum
exercitum, & tunc dicitur facere illud,
quod debet ex Iacob. de Beluiſ. & Bald. in
capit. licet, ſi de feudo fuer. controuerſ.
77 ¶ Intelligo quinto † ſecus eſſe quando ci-
tati eſſent pro cauſis alienis, & non pro-
prijs, quia tunc non gaudent, ſic videas in
deciſ. M. R. C. 107. ¶ Intelligo ſexto, vt
78 non gaudeat ſubſtitutus † procurator ſub-
ſtituti, tetigi ſuperius in verſ. durante, ibi,
nono gaudent, & ita determinat Affl. vbi
ſupra in 7. quæſtione, ſub d. num. 8. & 9. &
in d. l. nullus Ia 2. C. de Decurion. lib. x. poſt
Andr. de Yſern. & Andr. de Barulo, ar-
gum. l. filius, & l. Vicarius, ff delegat. quia
ea, quæ conſiſtunt in faciendo, nō poſſunt
per alios expediri, per l. inter artifices, ff.
de ſolut. de qua multa ſcripſi in capit. 29.
Regis Alphonſi, num. 12. 13. cum ſeqq. tom.
4. & in capit. 51. in 5. obſeruantia Regis
Martini, tom. 3. in quibus loci feci multas
illationes, eſt verum, quòd de licentia
Principis poteſt gaudere ſubſtitutus ſubſti-
tuti, vt ſubiungit ipſe Affl. d. num. 8. per d.
l. nullus ¶ Intelligo ſeptimo, vt non gau-
deat exceptione hoſtica ille, qui commi-
79 ſit ſpolium † poſt ſubmonitionem, ita Y-
ſern. & Barthol. de Capua, quos ſequitur
Affl. vbi ſupra, num. 10. quæſt. 8. & dicunt,
quòd ſi feudatarius deliquit poſt ſubmoni
tionem, non habet hoc priuilegium, & al-
legant cap. Regni Regis Roberti, incip. Si
Comites, & per text. in l. 2. C. de priuileg.
ſcholar. l. non alias, §. legati, ff de iudic. di-
cens ipſe Affl. quòd ſi eſt in exercitu, de-
bet dimictere ſuum procuratorē, ad hoc,
vt eum defendat, & Iudex non debet ad-
mictere dictam hoſticam exceptionem,
ſecus ſi ſpolium eſſet factum ante ſubmo-
nitionem, vt concludunt ipſi DD. ¶ In-
telligo octauo, vt non gaudeant exceptio-
80 ne hoſtica illi feudatarij † qui non eſſent
obligati ad ſeruitium perſonale, ſed v. g. eſ-
ſent aſtricti ſoluere adoham, vel pecuniā
vt hic ad vncias viginti pro quolibet equo,
plus, vel minus, & prout dixi in d. cap. 39.
Regis Iacobi, num. 93. & 94. & in cap. 29.
Regis Federici, num. 18. tom. 1. & 2. poſt
Cannet. Cumiam, Petr. de Gregor. Anell.
de Bott. & multos, vt per Ferdinand. Bon-
iorn hic, qui ait præſtari vnum equum
armatum, & per Yſern. in cap. 1. in princ.
qui feud. dar. poſſ. & in prælud. quæſt. 6.
col. fin. vtique ait ipſe Boniorn. eſſe con-
ſuetudinem regionis in Regno, eſto non
eſſet dictum in priuilegijs, & conceſſioni-
bus, ſed fuiſſet dictū v. g. ſeruias in fide, vi-
de Affl. deciſ. 220 Andr. in cap. imperialem,
§. firmiter, de proh. feud. alien. (vt Federic.
& in cap. ſimiliter, de capit. qui cur ven-
81 dider. vbi quòd feudum valoris † vnc. vi-
ginti præſtabat ſeruitium militare, Frec-
cia, d. lib. 1. de ſubfeud. num. 46. & lib. 2. tit.
differentiæ feudorum quaternatorum in
19. differentia, nu. 25 fol. 241. vbi quòd quā-
do feudum eſt quaternatum, præſtatur ſer
uitium Regi pro dictis ſingulis vnc. xx. pa-
rum plus, vel minus quando eſt cum vaſ-
ſallis, & quando non, ſoluitur pecunia, eſt
verum quòd ſi Rex exigit ſeruitium per-
ſonale, tunc ſeruiet feudatarius ſuis expen-
ſis per menſes tres à die monſtræ ſecundū
Iſern. in d. conſtit. hoſtici, vt tetigi ſupra in
verſic. durante prope principium, vel ſe-
cundum Luc. de Penn. à die, quo ſubmo-
niti diſcedunt ad locum, in quo iniunctum
eſt eis, quando vero feudum eſt planum
82 † & de tabula, ſeruiet vaſſallus per dies
quadraginta ad expenſas, & equos domi-
ni, niſi aliter in inueſtitura debeatur alle-
gat etiam Afflictum, ibi citatum, ſicuti di-
xi ſic eſſe in poſſidente feudum ad fran-
cum allodium, ſupra in d. cap. 39. Regis Ia-
cobi, nu. 63. & 64. ex Cumia, Clorad. Petr.
de Gregor & alijs, d. tom. 1. vbi nu. 6. & 7
quòd effectus feudi quaternati eſt in præ-
ſtando hoc ſeruitiū militare, & per tradita
ſupra in cap. præcedenti, num. 4 & ita pul-
chre determinat idem Affl. vbi ſupra, num.
12. quæſt. 10. qui tenet cōtra Bartholomęū
de Capua, & per hæc verba loquitur ipſe
Affl. ibi (*aduerte quia ego ſum 60. annorum*

Digitized by Google

nunquā vidi, quòd Baronibus, qui ſoluerent ado-
ham, & non vadunt ad exercitum, fuerit oppoſi-
ta d. exceptio hoſtica) & per ea, quæ tetigi
ſuperius remiſſiuè in 5. intellectu, quicquid
dixerit ipſe de Capua, qui voluit, poſſe gau
dere, & quòd ſibi competeret dicta hoſti-
ca exceptio, ratione quia Regia Curia,
dicebat ipſe, recipiendo pecuniam, videtur
83 vti ſeruitio † pro quo ipſum adohamentū
datur, arg. l. quia qui pretio, ff. de vſufr. l. itē
quāuis, §. 1. ff. cō. diuid. & arg. l. ſeio amico,
ff. de ann. legat. per q̄ dicitur quod labor,
ideſt ſeruitium perſonale, & pecunia reci-
piunt diuiſionem, & arg. text. in l. ſi ita fi-
deiuſſorem accepero, ff. de fideiuſſor, vbi
pretiū operæ artis eſt, & pecunia eſt res,
per quam omnes res æſtimantur, nam nō
obſtantibus his, contrarium tenet optimè
Afſl. ¶ Intelligo nono, vt ſi concurrat
84 † priuilegiatus contra non priuilegiatum,
non vtatur ſuo priuilegio, & ſic ſi reus cō-
currit cū actore pariter priuilegiato, neu-
ter contra alterum vtitur dicto corū pri-
uilegio, ita habes ſuperius in 2. intellectu
85 ¶ Intelligo decimo † niſi ſit in ſpecie renū-
ciatum huic priuilegio, quod poteſt, vt ait
Marin. Freccia, in d. tract. de ſubfeudis, d.
tit. de Admirato maris ſub d. num. 18. lib. 1.
ſed dubito vehemēter de hoc intelligerē
nō valerer enūtiationē. ¶ Vndecimo ſub-
86 audirem vt in dicta ſubmonitione † ſub
pœna priuationis feudi, ille, qui poſſidet
partem feudi non includeretur in edicto,
& ſubmonitione Regis, quia edictum non
loquitur de eo, qui poſſidet dictam partē
feudi, & ſeruitium, quod præſtatur Regi
non dicitur reſpicere rem feudi particu-
laris, ſed vniuerſitatem feudi, vt poſt Luc.
de Penna, in l. 1. C. de omn. agr. deſert. ait
Marin. Freccia, in d. tract. de auth. & po-
teſt Baronis, tit. quis dicatur feudatarius
87 in Regno, d num. 4 lib. 2. niſi † quando v.
g. facerent illam coacervationē, & coa-
dunationem ad integrum ſeruitium, ſol-
uendo adohamentum vt dixi ſupra hic in
princ. num. 6. & per ea, quę in ſimili ſcripſi
de eundo ad parlamentum ſupra in d. c.
xj. ſub num. 146. & ſentit etiam hic Bon-
iorn poſt Iſern. in cap. omnes filij, col. 1. ſi
de feud. fuer. controuerſ. quòd ſi ſunt duo
feudatarij, ibit vnus ad ſeruiendum.

Quid autem dicemus de militia diſpo-
ſita in Regno iuxta nouas inſtructiones,
tam de peditibus, quàm equeſtribus, &
ſic de gente armorum vt tetigi ſupra in
cap. 6. Regis Martini, tom. 3. & in d. capit.
29. Regis Federici, verſic. ſolet etiā, tom.
2. & de quib. notaui pauca in pragmaticis
tit. xxj. de armis non ea pignorandis, num.
9. tom. 1. ipſarum pragmaticarum, de eo
videlicet, qui haberet in bonis mille, vt te-
88 nere deberet † vnum equum pro commu-
ni, & quidam, computatis dotibus vxoris
ſuæ, benè habet dictam quantitatem, ali-
ter non habet tātum de proprio, nunquid
debeat compelli tenere equum pro tali
militia, & recordor tetigiſſe ſupra in cap.
57. num. 6. iuxta ea, quæ de rquelo bono-
rum poſui ſupra in cap. xxj. eiuſdem Re-
gis Martini, num. 28. & 30. eod. tom. 3. &
latius ſupra hoc tom. 6. in d. c. xj. ampl. 3.
ibi, ſicuti etiam, & in cap. 67. quaſi ac ſen-
tiatur, vt Rex debeat habere oculos ad e-
89 ius vaſſallorum † mutationes, ac ipſorum
bonorum diminutiones, ob migrationes,
mortes, opumuè alterationes, iuxta tex-
tum in l. omne territorium, C. de cenſib.
& perequation. lib. xj. Franc. de Clappex.
cauſa fiſcal. 27. quæſt. 1. num. 11. cum ſeqq.
Io: Franc. de Ponte, in tract. de poteſtate
Proregis, tit. 4. de regalibus, §. 1. nu. 8. cum
90 ſeqq. diminutis enim facultatibus † vnius
deſcripti, & adnotati in regiſtro, debet de
nouo fieri reeſtimum bonorum, & exo-
nerari, & ſubleuari hos tales, qui grauati
fuerint, & diminutionem paſſi ſunt, & cō-
ſequenter releuari, & diſgrauari debent,
nec vltra quàm ſufferre nō poſſint, aſtrin-
gi, vt per text. in l. 2. & 3. C. quemadmod.
ciuil. muner. indicuntur, lib. 10. l. qui graua-
tos, & l. fi. C. de cenſib. & cenſitorib. lib. xj.
Anton. Oliban. lib. 1. de action b. part. 2.
cap. 14. num. 68. ait Io: Bapt. Valenzuel.
d. conſ. 99. à num. 43 cum plurib. ſeqq. om-
ne enim hoc totum, quod fit, ex cauſa fit,
ideoque nil mirum ſi poſſit Rex ſeruitium
Vaſſallorū diminuere, quod pręſtant pro
feudo, non autem augeri, vt tetigimus ſu-
pra, num. 29. itaque poſt Yſern. in cap. Im-
perialem, §. nec dominus, num 9. de pro-
hib feud. alienation. ait Petrus Ant. a Petra
in tract. de poteſt. princip. tit dubitatio ſe-
cunda principalis, &c. num. 266. fol. 187.
col. 4. & recordor tetigiſſe ſupra in capit.
63. nu. 4. 5. 6. cū ſeqq. & videbimus infra in
cap. 107 tit. quod gratiæ conceſſæ per Re-
91 gē, &c. Rex enim debet proſpicere † ſub-
ditis ſuis vaſſallis, non eos deprimere, &
commodum ſubiectorum ſuorum atten-
dere, vt poſt Luc. de Penna, Simon. de Pre-
tis, Federic. de Senis, Riminald. Iun. Aze-
ued. Io: Franc. de Ponte, & alios ſubdit ip-
ſe Valenzuel. num. 47. Bald. in cap. 1. de
pac. iuram. firmat. idē Ant. Petra, de Petra
in tract. de poteſt. Princip. cap. 24. num. 52.
92 vbi † quod aliter poteſt Papa deponere
Principes nimis onerantes ſubditos ſuos
& quæ dixi in prooem. capitulorum Re-
gni Regis Iacobi, num. 113. 114. 115. 116. &
117. tom. 1. & in capit. 42. eod. num. 2.
& ſupra in d. cap. xj. ampl. 2. & per ea,
quæ ſcripſi in Conſuetud. Panhormi, in
prooem. num. 14. cum ſeqq. de quibus ipſe
Valenzuel. meminit, & vt in ſimilibus de
vniuerſitatibus non valentibus donatiua
perſoluere dixi in d. cap. 8. Regis Philippi
II. d. verſic. intelligas tertio, vbi pulchra
ad materiam, d. tom. 9. & ſit finis huic
vtili commento ad laudem D. O. M. B.
Virginis, ac Sanctæ Roſoleæ.

De

De Officio Cancellarij Regni, Cap. LXXII.

ITem, quia temporibus præteritis ſatis præiudicatum ſextitit indebitè præeminentijs, & iuribus officij Cancellarij dicti Regni, quod vnũ eſt de principalioribus officijs Regni ipſius, ideo ſupplicat dictum Regnum Sacræ Regiæ Maieſtati, vt dicto officio reintegrentur omnia iura, præeminẽtiæ, & prærogatiuæ, ſecundum quod eius prædeceſſores tenebant, & inter alia, quòd poſſit tenere, & teneri facere ſigillum, cui ipſe cancellarius deputabit, & hoc tam in Curia dictæ Regiæ Maieſtatis, quam in Regno Siciliæ; & quòd eidem Maieſtati placeat ſolui facere eidem Cancellario ſuam prouiſionem, & data priuilegiorum fieri debeat nomine Cancellarij per Prothonotarium, aut alium locumtenentem, vel per alium Officialem in Curia Regia, ad quem ſpectat, nomine dicti Cancellarij, nullo præiudicio generato immunitatibus, & franchitijs Officialium, Ciuitatum, & terrarum Regni, iuxta formam priuilegiorum, vel Capitulorum Regni, & quòd extra Regnum Siciliæ, non habeat ipſe Cancellarius, nec alius, aliud regiſtrũ Cancellariæ, ſtante taxatore dicti ſigilli, & regulentur ſecundum formam nihilominus pandectarum publicandarum, præterquàm ſi contrarium per præſentia capitula fuerit ſupplicatum ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd Cancellarius poſſit tenere, & teneri facere ſigillum, cui ipſe Cancellarius deputabit, & hoc tam in Curia Maieſtatis ſuæ, quàm in Regno Siciliæ, & quo ad alia, dictum officium reducatur, & reintegretur ad eius præeminentias, honores, & prærogatiuas, antiquitus conſuetas, & præſertim ad datam priuilegiorum, nullo præiudicio generato, prout ſupplicatur, Ciuitatibus, & perſonis, & immunitatibus earum.

SVMMARIVM.

Cancellarius Regni olim erat Archiepiſcopus Panormi, num. 1. Archiepiſcopus Panormi, fungebatur antiquitus officio Cancellarij Regni, ibid. cũ ſeqq. & quare amplius non exerceat, num. ſeqq. & num. 12. & 13. cum ſeqq.

Cancellarius Regni non adeſt amplius & eſt abolitum hoc officium, & quare, num. 2. cum ſeqq. & num. 12.

Cancellarij Regni officium poteſt reſidere in perſona Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, num. 3.

Cancellarius Regni olim conſeruabat penes ſe omnia ſigilla, num. 4. cum ſeqq.

Cancellarius Regni eſt vnum de officijs principalioribus, num. 5. & ſeqq.

Cancellarius dicitur a cancellando reſcripta, & corrigendo, num. 6.

Cancellarius eſt ſecunda perſona in Francia circa officia, & dicitur Quæſtor, vel Præfectus prætorio, num. 7. vel Vicarius immediatus, num 8.

Cancellarius habebat poteſtatem concedendi reſtitutionem in integrum, num. 9.

Reſtitutio in integrum per Principem ſolum concedi debet, ſi eſt ex vi gratiæ, vel in aliquibus caſibus, aliàs per quemlibet Magiſtratum, ibid.

Cancellarius poteſt conferre honorem Doctoratus loco Principis, num 10.

Cancellarius dicitur faſtigium ſummum honorum, num. 11.

Cancellarij officium ſeculare ideo nõ reſidet amplius in perſonis eccleſiaſticis, quia ſigillant literas, quarum vigore effunditur ſanguis humanus, & ob irregularitatem, num. 12. 13. cum ſeqq.

Irregularitas incurritur exercendo officia, quorum vigore effunditur ſanguis humanus, nu. 13 ſcribendo ſententiam mortis, nu. 14. cum ſeqq.

Irregularitas incurritur dictando, & proferendo ſententiam ſanguinis, conſulendo, opem dando, auxilium præſtando, participando, intereſſendo, & quomodo, num. 15. cum ſeq.

Irregularitas non incurritur in rebus ſanguinis per ſolam intereſſentiam voluntariam abſque iuriſdicione, num. 16. aut neceſſariam aſſociando condemnatos ad mortem, num. 20.

Clerici non debent intereſſe ſpectaculis, nec conuiuijs coniugiorum, num. 17.

Irregularis quoties quis eſt non poteſt eſſe Vicarius, nec rector ſcholarium, num. 18. nec miniſter vnitatis, & manſuetudinis, num. 19.

Condemnatus ad mortem, & ad furcas dum aſſociant Sacerdotes, & miniſtri Eccleſiaſtici, non incurrunt irregularitatem, num. 20.

Epiſcopi non exerceant officia. Magiſtrorum Rationalium, nec Præſidentum, num. 21.

Cancellarius olim expediebat certa negotia, quæ nunc per Secretarios expediuntur, num. 22. cum ſeqq.

Secretarij dicuntur hodie adiutores magni Cancellarij, & vocantur cancellarij, num. 23. & ſeq.

Secretarij dicebantur olim regij libellenſes, & notarij Regij, num. 24.

1 HOC Officium Cancellarij † Regni Siciliæ ex antiqua dignitate Matris Panhormitanæ Eccleſiæ, & conſuetudine Ciuitatis eiuſdem, conſueuit exerceri per Prælatum ipſius Panhormitanæ Eccleſiæ, vt dixi in Conſuet. Panhor. cap. 68. num. 88. & 89. per verba expreſſa ipſius conſuetudinis, ibi (*qui Prælatus, &c.*) & ne-

Digitized by Google

2 ſcio quo pacto eſt quaſi aboletum † hoc
officium, vt tetigit D. Maſtrill. in tract. de
Magiſtratib. in præludijs, num. 52. & 53.
part. 1. & dabo rationem quare ſit abole-
tum, præſertim in ipſius Prælati perſonā
hic inferius, in verſic. niſi, quia poſſe ipſos
3 Epiſcopos † regulariter eſſe Cancellarios
non negatur de iure, vt ait textus in capit.
nomina Ciuitatum, de pace Conſtant. ibi,
Abbas Goffredd. Imperialis aulæ Cancel-
larius, & in cap. ſignum, vbi etiam Fælin.
eod. tit. Anton. Corſett. in tract. de auth.
Reg. quæſt. 95. Bald. in Auth. habita, C. ne
fil. pro patre, Martin. Laudenſ. in tract.
de Conſiliar. Princip. §. 30. Purpurat. in l.
quæcumque, num. 196. ff. de offic. eius, cui
mand. eſt iuriſdic. & ita in Regno Franciæ
obſeruatum ait Additio ad Nicolaum
Boer. in tract. de author. Magni Conſilij,
num 46. litera B. vbi Archiepiſcopus Re-
menſis fuit Cancellarius Franciæ, & ſic de
alijs Epiſcopis in ipſo Regno, & de alio
Archiepiſcopo Petr. de Ferrarijs, qui fuit
Cancellarius Caroli II. Regis Siciliæ ex
Iacob. de Bellouiſu, & Robert. Guaguin.
per ipſam additionem citatos, & apparet
infra poſt capit. Regni 89. in iuramento
præſtito per hunc Regem, vbi Epiſcopus
Gerundienſis erat Cancellarius iſtius Re-
gis, & quicquid ſit, iam videmus de hoc
officio Cancellarij eſſe factam mentionē
in pandectis huius Regni Siciliæ tit. iura
Regij Cancellarij, & eius magni ſigilli, fol.
31. & de quo ſigillo penes regium Can-
cellarium ſit mentio in pragmaticis, vbi
ſcripſi tit. 68. de compoſit. in 2. not. tom. 1.
4 imo omnia † ſigilla olim erant conſerua-
ta penes ipſum Cancellarium, & in Regia
cancellaria inſr. c. 64. cum ſuo taxatore ſi-
gilli, cap. 63. & in d. pragmaticis loco citat.
nu. 10. & in eadem pragmaticis, tit. 22. de
offic. prothonotar. num. 8. & 9. eodem
tom. 1. iuxta formam pandectarum, vt ibi-
dem publicandarum vt præſupponitur
per ipſum Regem Ioannem, nam ad prin-
cipem ſpectat condere pandectas, vt vidi-
mus in capit. 205. Regis Alphonſi, tom.
5. num. 2. In ſumma eſt vnum de
5 principalioribus † officijs huius Regni;
vt h. c, de quo meminit Luc. de Penna, in
l. neminem, C. de Decurion. lib. x. vbi ideo
ſic Cancellarius dicitur à cancellando
6 † eo quòd reſcripta ſigillo Regio muniē-
da, corrigat, & cancellet ideoque in hoc
capit, erat conceſſa poteſtas, vt poſſit te-
nere, & teneri facere ſigillum, iam in
Curia Maieſtatis ſuæ, quàm in hoc Regno
Siciliæ, & in Francia eſt ſecunda perſona
7 † vt poſt multos ſcripſi in pragmaticis, tit.
22. de Offic. Prothonot. ſub num. 4. tom. 1.
pragmaticarum & propriè dicitur quæ-
ſtor, ſiue Præfectus Prætorio, vt ex Chaſ-
ſan ſuper Conſuet. Burgūdiæ, tit. de retra-
ctis, rubr. x. num. 6. fol. meo, 1305. vbi loquē-
do de hoc cuſtode ſigillorum Regiorum,
eum vocat Cancellarium, & ex quo eſt æ-
quiparatus Præfecto Prætorio, vt in pun-
cto recordor ſcripſiſſe ad cap. Regni 18.
Regis Alphonſi, ſupra tom. 4 ſub num. 3. &
8 ibi Addidi in littera B, ſiue Vicario † im-
mediato, & Vicegerenti Regis, vt in ead.
conſuet. dixi, habebat etiā facultatē conce-
9 dēdi reſtitutionē † in integrū, vt ibi per
eum, num. 9. quam concedere ad ſolum
Principem ſpectaret, vt etiam Franciæ
ſeruatur, nam non niſi Rex, vel ſuprema
eius Curia audit minores, vel maiores pe-
tentes reſtitutionem in integrum, vt ex
Rebuff. in proæmio Cōſtit. Galliæ, Gloſſ.
5. num. 48. & in tit. de reſtit. & releuan.
nu. 13. 14. & 15. ait Sfortia Oddus in tract.
de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 32. art. 3.
num. 28. quod intelligit, quando eſt in ſpe-
cie ſūpta, quæ dicitur ſupplicatio, & æqui-
paratur gratiæ, alias in genere ſumpta per
quēlibet ordinariū, & per quēlibet magi-
ſtratū reſtituitur, Gloſſ. in l. finali, C. vbi, &
apud quem, Gloſſ. & Imol. in l. 1. ff. de nou.
oper. nunc. Salycet. in l. placet, C. de peda-
neis Iudicib. Bar. in l. nec quicquā, §. vbi de-
cretū, ff. de off. Proconſ. & legat. col. vltim.
& faciunt quæ dixi in c. regni 456. Reg. Al-
phōſ. §. 26. n. 88. to. 1. vt ipſe ſubdit, per tex.
in l. in cauſę, §. ſi. cū ſeqq. ff. de min. & ponit
nouem caſus in quibus ſolus Princeps hoc
concedit vt ibi per totum dictum 3. arti-
culū. Sic videmus potuiſſe etiam Cancel-
10 larium † conferre honorem Doctoratus
loco Principis, vt per Canoniſtas in Clem.
2. de Magiſtr. & ibi Gloſſ. Bart. in proæm.
Digeſtor. Abb. in cap. propoſuiſti, de pro-
bat. & in cap. cum venerabilis, de except.
Æmil. Mariæ Manoleſſi, ad Bertacchin.
verbo, Cancellarius, part. 1. fol. 234. col. 3.
& latè per Io. Franc. Purpuratum in l.
1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio à
num. 77. cum plurib. ſeqq. vſq. ad num. 95.
vbi poſt Budæum dicit quod Cancellarius
11 † ſummum ſit honorum faſtigium.

Niſi dicamus quòd hæc abolitio officij
Cancellarij prædicti in perſonam præſer-
12 tim dicti Prælati Panhormitani † ideo re-
ceſſit ab aula, eo quia ab hoc officio Can-
cellarij Epiſcopi abſtinere debent, vt ait in
puncto Lucas de Penna, in l. milites, col. 3.
verſic. & nota, C. de re milit. lib. 12. dans
rationem, quòd plerumque ſigillant lite-
ras Principum, ſiue Regum, quarum vigo-
re ſanguis humanus per Seculi poteſtates
effunditur, quod eſt illicitum, vt in propo-
ſito eum refert, & ſequitur Nicol. Boer. in
d. tract. de authorit. magni Conſilij, nu. 46.
per cap. ſententiam ſanguinis, & cap. Cle-
rici, vbi Abb. col. 2. Ne clerici, vel monach.
Ægid. conſ. 14. & conſequenter incurritur
13 irregularitas † cap. ex litteris, de exceſſib.
Prælat. cap. in Archiepiſcopatu, de rapt.
cap. conqueſtus, de for. compet. Speculat.
de iuriſd. omn. iudic. §. fin. verſic. & nota
quòd epiſcopus, & in tit. de diſpenſat. §. 4.
verſic. item litigioſus, & ſeq. Bald. in Mar-
garita, in verbo, ſcriptura in fin. Innoc. in
d. cap. ſententiā, ne cleric. vel monach. vbi
14 quòd qui ſcribit ſententiā mortis † contra

alium

alium eſt irregularis ibique Abb. pulchrè
dicens, quòd iſtæ perſonæ Eccleſiaſticæ
nec dictare, neque proferre ſententiam
ſanguinis debent, nec quicquid aliud exer
cere, per quod ad ſententiam vindictæ sā-
guinis tendatur, & in d. c. ex literis, de ex-
ceſſib. Prælat. vbi etiam latiſſime Innoc. &
in cap. fin. eod. D. Thom. 4. ſentent. quæſt.
2. art. 5. inquiens quòd, tam Iudex, quam
omnes, qui participant in d. cauſa ſangui-
15 nis, ſunt irregulares † ſiue in conſilio dan-
do, & concurrendo cum Iudice laico ſu-
per tali ſententia ſanguinolenta; vt per
Bald. in Auth. habita, C. ne filius pro patre,
Canoniſtas in d. capit. ex litteris, Fælin.
in capit. ſicut dignum, col. 3. in 3. fal-
lent. de homicid. quia ſicuti hæc talia non
debent per ſe exercere, vt ait idem Abb.
in d. cap. ſententiam, num. 2. per capit. in
Archiepiſcopatu, de raptor. & exceſſ. prę-
lat. cum ſimilibus, ita pariformiter non
debent ipſum conſilium, neque auxilium
præſtare, per cap. ſi quis viduam, & d. ca-
16 pit. ſicut dignum, adhuc † per intereſſen-
tiam, & interuentum in ipſo actu ſangui-
nis deciſi, & vbi vindicta exercetur iam
enim dicitur ex hoc incurſu irregularitas
prædicta; & hoc quando intereſſet Eccle-
ſiaſtica perſona tamquam authoritatem,
vel opem, & fauorem præſtans, quia ſola,
ſimplexque intereſſentia non eſt cauſa
irregularitatis, ſed incurritur peccatum,
vt poſt Gloſſ. & Hoſtienſ. ſubdit idem
Abbas vbi ſupra in d. cap. ſententiam, nu.
5. & 6. & per notata in d. cap. ſicut dignū,
& in d. cap. ex litteris, Speculat. de leg. §.
iuxta, verſic. quid ſi Epiſcopus, vbi quod ſi
ad Clericum ſpectabat iuriſdictio, nullo
modo debebat intereſſe, & concurrere
ad vindictam, ne videatur præſtare autho-
ritatem, prout hic in propoſito, nā Can-
cellarius Regis Epiſcopus, ex quo de ſui
natura debet ſigillare, & ponere manum
in ſententia laicali pœnam ſanguinis con-
tinente, porrò ſi ſic faceret, irregularitatē
incurreret, niſi aliter ſibi fuiſſet diſpenſa-
tum per Pontificē, & vidi, & audiui mul-
toties, quòd quando leguntur ſententiæ
criminales pœnam ſanguinis continentes
apud Tribunalia ſecularia, Coneſtabilis, ſi-
ue porterius clamat, foras Clerici, nā n.
debēt ex eorū volūtate ſola intereſſe, nec
17 curioſitate, ſicuti nec alijs † ſpectaculis, ne-
que conuiuijs coniugiorum, c. presbiteri,
33. diſt. c. nō oportet, de cōſecrat. & per ea,
quæ ſcripſi in cap. 39. Regis Iacobi, nu. 45.
to. 1. intereſſentia ſola neceſſaria eſt illa,
quæ excuſat, vt dicam nūc. Ratio eſt, quia
nō decet hoc Miniſtros Dei, Gloſſ. in c. pri-
mo xx. diſt. & in cap. in ſumma, & cap. ſi
quis poſt acceptum, diſt. 51. Bald. in proœm.
18 Gregorian. col. 1. vbi non † poteſt eſſe Vi-
carius, nec Rector ſcholarium qui exer-
cuit in corporales, vel capitales & fuit de-
terminatum, & ſtatutum hoc ab Eccleſia
propter horrorem, nec illi ſcilicet, qui de-
derunt cauſam effuſionis ſanguinis, effice-
rentur miniſtri vnitatis, ac manſuetudinis,
19 † vt poſt Innoc. in cap. ad audientiam,
d. tit. de homicid. Io. Calderin. in cap. per.
eod. ait Abb. in d. cap. ſententiam, ſub nu.
2. Intereſſentia ſola, neceſſaria; ac iuſta
20 † vt tactū eſt, video quòd excuſat ab hac
irregularitate, quę eſt quando condemna-
tos, & iuſtificatos ad mortem aſſociāt ta-
les perſonæ Eccleſiaſticæ, Clerici, & Sacer
dotes, ne incidant illi in deſperationem, &
rememorantur ibi diuinam ſcripturam,
ac conſortantur ad patientiā, vt per eun-
dem Abb. num. 7. & ita videmus quotidie,
per ea, quæ tradidi ad Regias pragmati-
cas tit.
& per ea, quæ ſcripſi in cap. 39. Regis Ia-
cobi, nu. 45. to. 1. Sicuti etiā dixi ad eaſdem
Regias pragmaticas huius Regni, tit. 2. de
Offic. Magiſtr. rational. verſic. abſtinendū,
tom. 2. ipſarum pragmaticarum vbi quod
21 nec cuient eſſe Magiſtri Rationales † nec
Præſidentes ad rationes Officialium vidē-
das qua de cauſa, dixit Marin. Freccia, in
tract. de ſubfeudis, lib. 2. tit. differentiæ
inter feuda regalia, ſub nu. 27. fol. 149. quod
quæ hodie per Secretarium expediuntur
22 † olim ad Magni Cancellarij officium
pertinebant, ideoque Rex Ferdinādus in-
23 ſtituit vt Secretarij ſint † propriè adiuto-
res ipſius Magni Cancellarij ex Petro Co-
thoræo in ſuo ſedutario Magiſtratuum,
& hinc puto quòd largo modo ipſi Secre-
tarij inter alia nomina, quæ ponit ipſe
Freccia ibidem, vocantur etiam Cancel-
larij, vt vidimus in pragmaticis, d. tit. 22.
num. 5. de Offic. Prothonot. & Secretarij
qui olim Regij libellenſes, vocabantur, ſiue
24 Notarij Regij † hodie vero Secretarii Re-
gii denominati ſunt; vt ait idem Marin.
Freccia, in tit. de Offic. Magiſtri Iuſtitia-
rii, num. 34. & 35. lib. 1. ex Nicol. Boerio,
in Conſuetud. Biturig. in Gloſſ. verbo,
notariorum, fol. 18.

De taxatore ſigilli, *Cap.* LXXIII.

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, quòd taxator ſigilli deputetur, & taxare debeat iura priuilegiorum, prouiſionum, & litterarum executorialium, & regiſtrorum Prothonotharii, rationum Secretariorum, & omnium aliorum Officiorum, & teneatur taxare iur. dicē, boni viri arbitrio, non obſtante vſurpatione in contrarium hactenus facta, donec, & quouſque Pandectæ publicatæ fuerint, & publicatis pandectis, ſecundum formam ipſarum Pandectarum, nouiter editarum, & publicandarum, quas Pandectas ſupplicat Regnum eidem Regiæ Maieſtati, vt dignetur publicari facere, non obſtantibus quibuſcumque prouiſionibus in contrarium emanatis ſub pœna perditionis ſalarii, de qua quidem taxatio-

taxatione taxator retinere debeat librum, hoc enim fit, vt nemo conqueratur, & ſoluat pluſquam taxatum exiſtat ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd Aloyſius de Alferi confirmetur in dicto ſuo officio taxationis, iuxta formam, & continentiam priuilegiorum ſuorum, non obſtantibus quibuſcumque prouiſionibus factis quibuſcumque perſonis, de dicto Officio, & taxet etiam executorias priuilegiorum Regiorum, & litterarum emanatarum tam à Regia Maieſtate, quàm à Vicerege, ſeu Vicario ipſius Regni emanandarum, nedum pro iure ſigilli, ſed etiam pro iure Secretariorum, aut aliorum Officialium.

Dixi in cap. præcedenti vbi eſt ſua materia prope principium cũ concordantibus ibi citatis.

Quòd ſigilla veniant in poſſe Cancellarij, Cap. LXXIIII.

ITem ſupplicat Regni Vniuerſitas, vt placeat eidem Maieſtati mandare, quòd ſigilla, & omnia regiſtra Cancellariæ Regni prædicti, quæ facta fuerunt in Regno Neapolis, illa, quæ ſunt in poſſe Matthæi Ioannis, & quæ ſunt in poſſe aliorum Secretariorum, venire debeant in poſſe dicti Cancellarij, vt conſeruentur omnia in dicti Regni Cancellaria.

Habes etiam ſupra hic in dicto cap. 72. vbi omnia vide, quoad materiam ſigillorum.

De prouiſione magni Comeſtabilis, Cap. LXXV.

ITem Illuſtris dominus magnus Comeſtabilis dicti Regni impetrauit, & obtinuit à quondam felici, & immortali memoria dicti Regis Alphonſi vncias ſexaginta ex gratia ſuper portu Drepanenſi, quæ conuerti debent in redemptionem multorum Drepanenſium captiuorum in Barbaria, quam gratiam dicta felix memoria Regis Alphonſi ſua ſingulari benignitate conceſſit, &, ſua ſubita ſupraueniente infirmitate, non potuit de dicta gratia expedire priuilegium: ſupplicat idcirco Regnum eidem Regiæ Maieſtati, vt dignetur ex ſpeciali, & ſingulariſſima gratia concedere, & de nouo donare quolibet anno dictas vncias ſexaginta, conuertendas in redemptionem captiuorum prædictorum, propter hoc enim, vltra gloriam acquirendam, Deus eidem Sacræ Regiæ Maieſtati concedet omnes eiuſdem Maieſtatis iuſtas voluntates feliciter ad optimum finem trahi, quæ vnciæ ſexaginta debeant recuperari, & recolligi per luratos dictæ terræ Drepani, & poni in bancho, pro redemptione captiuorum prædictorum, eſſe maximè, quòd continuò bellum gerit contra Barbaros vicinos, à quibus etiam plura incommoda conſequuntur ¶ Regia Maieſtas mandat Viceregi, aut Præſidenti, quòd ſe informet de his, & ſcribat domino Regi, & prouidebitur.

Redemptionis captiuorum de materia, recordor latè ſcripſiſſe in capit. 25. Regis Martini, per tot. tom. 3.

SVMMARIVM.

Conestabilis officium viliſsimum, num. 1.

Conteſtabilis officium digniſsimum, num. 2. cum plurib. ſeqq.

Conſtabularij officium verſatur circa res bellicas, & eſt ſecundus poſt Regem ibidem, & alio nomine dicitur Perficialis, ibid.

Perficialis officium, & Cõteſtabilis idem eſt, ibid.

Conſtabularius an ſedeat poſt Cancellarium, vel ante, num. 3. & ſeq.

Comeſtabilis magnus ſedet primus poſt Regem, num. 4. & præcedit omnes officiales, num. 12. & eſt caput omnium togatorum, num. 13.

Comeſtabilis ſiue conteſtabilis æquiparatur Præfecto Prætorio, num. 5. vel magiſtro militum, & Dictatori, num. 6. & Principi militiæ, nu. 14. & alio nomine vocatur Mareſcallus, nu. 15. & in multis reſidet hoc officium penes Proreges, num. 17. Conteſtabilis gerit certum gladium diſtrictum, ibid.

Comeſtabilis alio nomine vocatur comeſtabuli, vel Cuneſtabilis, aut mareſcallus, num. 7. & ſeq.

Comeſtabuli eſt præfectus ſtatutus ſtratoribus in equis ferrandis, ſellis, & penis, ſecundum alios, num. 8. & vulgo denominatur Coneſtabilis, num. 9. & eſt vox gallica, num. 10. & dicitur quaſi Cuneus ſtabulis quaſi fortis, & conſtans, num. 13.

S. Michael Archangelus dicitur Præpoſitus, & Princeps exercitus Angelorum, & ei conuenit officium Comeſtabilis, num. 11.

Holofernes dicebatur Princeps Militiæ, & Comeſtabilis, num. 14.

Ma-

Mareſcalli officium eſt prouidere de exercitu, cuſtodia, excubijs, tentorijs, banderijs Regijs, & magnatum, inſtruere acies equitum & peditũ, dicitur dux belli, Capitaneus guerræ, Magiſter campi, tribunus militum, &c. num. 15. & eſt adiutor pro magno Comeſtabile, num. 16.

Magiſter Campi alio nomine poteſt dici Mareſcallus, aut aliter, ibid.

Comeſtabilis tenet curam rerũ magnarum continuarum, repreſentat perſonam Regis, & eſt magnæ authoritatis, num. 17. cum ſeqq.

Vicerex ſi abeſſet à Regno, an Comeſtabis gerat eius officium, num. 18.

Conteſtatis officium, & Magnis Admirati reſidet in perſona Ducis Terrenouæ, olim erat Antoninus de Luna, ſunt magnæ authoritatis habent ſalaria, & certa iura, etiam pro redemptione Captiuorum, num. 19.

HOC capitulũ cũ ſubſequenti cõtinet
eãdẽ materiam, & puto, quoad me
quòd vellet dicere Conteſtabilis, quia a-
1 liud eſt officiũ Comeſtabilis † ſiue Cone-
ſtabilis, & viliſſimũ quaſi porterius, vel ſer-
uiens M. R. C. & Iuſtitiarijs, vt vidi-
mus ſupra in cap. 318. vſque ad capit. 321.
Regis Alphonſi, tom. 5. de quo officio Con
2 teſtabilis † ſiue alio nomine Conſtabularij
tractauit breuiter Nicol. Boer. in ſuo trac.
de authorit. Magni Conſilij, num. 107. qui
dicit, ſecundum Guaguinum in chronica
Ludouic. Imperatoris eſſe magiſtratum
ad res bellicas, & ſecundus poſt Regẽ, qui
de iure vocatur perficialis ex Luc. de Pẽ-
na, in rubr. C. de perfectiſſim. dignit. lib.
12. & per Budæum in l. vnica, col. 7. ff. de
off. Præfect. Prætor. qui ſubdit quòd Con-
3 ſtabularius † ſedet poſt Cancellarium,
quamuis hoc neget Marin. Freccia in
tract. de ſubſeudis, tit. de offic. Magni Co-
meſtabuli, & in tit. de offic. magni Can-
cellar. vbi quòd Magnus Comeſtabilis
4 † ſedet primus poſt Regem, & filios Regis
a dextera, ſubdens quòd eſt vox gallica
ſecundum Pyrr. in tit. de magiſtr. rom. col.
2. qui & alio nomine dicit ipſe appellatur
Mareſcallus, ad cuius officium ſpectat
prouidere de exercitu, de cuſtodia, de ex-
cubijs, de loco, vbi caſtra ponet exercitus,
& de tentorijs, ſeu banderijs regijs, & ma-
gnatum, de quo feci mentionem ſupra in
cap. 71. num. 67. ex Afflicto etiam ibidem
citato, Simon Schardius inferius citatus,
& præcedit omnes officiales videbimus
infra, num. 12. & 13. & apparet realiter
ex ordine horum Capitularium, quia iam
vidimus in præcedentibus capitularibus,
72. 73. & 74. de officio ipſius Cancellarij, &
ita ait Franc Purpur in l. 1. nu. 76. 77. & 86.
ff. eod. tit. de offic. eius, idem Pyrrhus, de
Magiſtratibus Rom. lib. 1. de Togatis, col.
1. ſic etiam de hoc Conteſtabile breuiter
ſentijt Guid Papæ, quæſt. 436. num. 82. per
l. ſi quando, C. de appellat. quę reuera non
tractat de ipſo Conteſtabile, ſed de Quæ-
ſtore, & ita in effectu plura ſcripſit ipſe
Purpurat. à nu. 77. vſque ad d. num. 86. vbi
num. 78. poſt Budæum & Phyrrum locis
citatis æquiparat ipſum Conteſtabilem
5 † ſiue Conſtabulariũ Præfecto Prætorio,
cuius Conteſtabilis inſignia ſunt, ille gla-
dius, quem diſtrictum geſtat, vt conuenit
verbis Plinij in Panegyrico reſcrẽtis, Tra-
ianum, cum Præfectum Prætorii cingulo
donaret, dixiſſe (*Accipito hunc enſem, vt, ſi rectè imperauero, pro me, ſin ſecus, in me vtaris*) & de quo per Frecciam de ſubſeud. tit.
de offic. magni Comeſtabuli, & ſecundum
6 aliquos æquiparatur † Magiſtro Militum,
vel Dictatori ex Celio, cap. 17. lib. 7. anti-
quar. Lection. Guid Pap. & Purpurat. vbi
ſupra, & per Marcum Anton. Surgent. in
tract. de Neapoli Illuſtrata, cap. 26. ſub n.
13. quem ſequitur Dom. Maſtrill. in tract.
de Magiſtrat. lib. 5. cap. 13. ſol. 216. part. 2.
poſt Frecc. Affl. Luc. de Penn. Capic. Petr.
de Gregor. Tholoſan. & alios & miror,
quod vocent Comeſtabilem, dum ipſe Sur-
gent. non aliter ſic denominet, ſed vt dixi,
Comes ſtabuli, Conſtabularius, Conteſta-
bilis, quicquid ſit tamen ipſe Maſtrill. iam
etiam citat eundẽ Frecc. eod. de ſubſeudis
7 eod. tit. de off. Magni Comeſtabuli, vbi † vel
Comeſtabulii, Comeſtabilẽ, Coneſtabilem,
vel Mareſcallum, vt dixi denominant, &
alijs nominibus, & plura ib ponuntur lib.
1. ſatis eſt quòd in titulo ipſo ponatur, de
officio Magni Comeſtabuli, non dixit Co-
meſtabilis, quamuis ego faciam magnam
differentiam de vno ad aliud, quia Comes
8 ſtabuli, eſt pręfectus † ſtratoribus hoc eſt
equis ferrandis, & ſellis, & frenis, vide ipsũ
Freccam fol. 72. col. 2. num. 10. & de iure
dicitur Comes ſacri ſtabuli, qui equorũ
præſtationi præerat, l. 29. C. de Ann. & tri-
but. l. 3 de equo coll. C. Theod. Iacob. Cu-
iacc. in commentar. ad l. vnicam, C de Co-
mitib ſcholarib. lib. 12. Simon Schard. in
ſuo lexicon iuris expurgato, verbo Comes
ſacri ſtabuli fol. 200. erant enim multi Co-
mites in hoc, nempe, Comes ſacri palatij,
comes ſacrorum largitionum, comes ſa-
cræ veſtis, comitatus ſacer, & ſic de ſimili-
bus, ibi per eum in d. fol. exemplificatis, &
per Briſſonium, lib. 3. de verbor. ſignific. ex
Ammonio Monach. lib. 3. cap. 70. qui lo-
quendo de hoc officio Comitis ſtabuli,
9 † ait eſſe Præpoſitum equorum, quem
vulgo Comeſtabilem vocant, idem voluit
Rhegin. Monach. lib. 2. Annalium, quo tẽ-
pore fuit deſtinatus in Corſicam cum
claſſe Buchardus comes ſtabuli, quæ digni
tas eſt in pretio, vt ſcripſit Ammianus
Marcellinus, qui loquens de Valentiano
dicit, quod valentẽ fratrẽ ſtabulo cũ tribu-
natus dignitate præfecit, ſubdens etiã ipſe
10 Frecc. n. 12. quòd eſt † vox gallica ex Pyrr.
in prędict. tit. de magiſtr. col. 2. cuius officiũ
Iacob. Cuiacc. in d. commentar, l. vnicæ,
C. de Comitib. Scholar. lib. 12. Simõ Schar-
dius, in d. lexicon, iuris expurgato loc. cit.
ijdemq. Doctores ferunt fuiſſe inſtitutũ à
Deo in ſtatu innocentiæ poſtquam fuit in

cæ-

11 cælo factū prælium,& Michaeli,† Archā-
gelo,vt tetigi ſupra c.xj. nu.136.ſuit data
poteſtas cū Angelis eius, quibus fuit Præ-
poſitus tamquam Princeps exercitus,qua
ratione Chaſſan.in Cathalog.gloriæ mun-
di parte 7. conſider. 8. & in conſuet. Bur-
gund. rubr. des pro iſtæ ait quod in Re-
gno Franciæ Comeſtabilis omnes officia-
12 les † precedere debet,& ex Volaterr.lib.
29. hiſtor.tit. de magiſtr. græcor. dicitur
13 quod Comeſtabilis eſt caput† togatorum
Franchorum , & per Frecciam vbi ſupra,
qui ſubdit quod magis deberet appel-
lari Cuneſtabilis , quàm Comeſtabi-
lis , quaſi Cuneus ſtabilis , ex Gloſſ.
Pariſienſ. in conſuet.Pariſ.§.20.col. 3. ac ſi
caput Cunei ſtabilis,conſtantis,& fortis ex
expoſitione S. Thomæ de Aquino de re-
gimin.Princip.cap.vlt.lib.4 Luc.de Penn.
in l.tam collatores,col.pen.de re milit. ac
14 quaſi magiſter† militum,Princeps militię,
vt per eundē Freccia, in tract. de auth.&
poteſt Baronis,tit.45.Quis dicatur comes,
num.11.lib.2.vbi quod in regno vocatur
il Gran Conteſtabile, & ita fuiſſe Holofer-
nem ſub Rege Nabucchodonoſor , & alij
de quib per Gugl. de clandeſt. in cap. ra-
utius , verbo , & vxorem nomine adela-
ſiam,num.500. Inſuper ipſemet Freccia
dicit quod alio nomine Comeſtabilis vo-
15 catur Mareſcallus † ſecundum aliquos,ad
cuius officium ſpectat prouidere de exer-
citu,de cuſtodia, de excubijs,de loco, in
quo caſtra ponet exercitus , de tentorijs,
banderijs Regijs,& Magnatum,inſtruere
acies equitū,& peditum,& omnia alia fa-
cere,quæ ad inſtructionem exercitus ſpe-
ctant,& quaſi dux belli , capitaneus guer-
ræ,magiſter campi, tribunus militum al-
legat Chaſſ.Pyrrum,Luc.de Pen. Cagnol.
Zaſ.Clau. de re mil & alios, ſic Mareſcal.
dict.à marcha,quod equū ſignificat, quaſi
equoru præfectus , ſeu ſtabuli magiſter ex
Zaſ Iacob.Spieg Io.de Platea,& eſſe quaſi
verbū galliæ, & vocē barbaram,& potius
dicit ipſe Freccia vbi ſupra, Mareſcallus
16 † eſt deputatus pro exercitio,& adiuuan-
do Magno Comeſtabulo,veluti dare hoſpi
tia euntib. ad exercitum,curare explana-
ri vias,pontes inſtrui,coercere rixas , deli-
cta,furta , & damna , exhibere ſolutiones
ſoldatis cuſtudiā ſellarum,frenorū,& alio-
rum plurium,de quib. ibi per eum,& di-
cit hanc vocem eſſe vſurpatam à Iuſtinia-
no.ex Spieg.Baronio,Pyrro,Boer.& Luc.
de Penna, in ſumma hoc officium magni
17 comeſtabuli† ex forma legationis Regiæ,
ſtante magna authoritate in multis reſidet
penes illuſtriſſimos Proreges,qui ob id ſo-
lent denominari locumtenentes genera-
les,vt dixi ſupra in cap. 3. num.8. quia te-
neat curam continuorum,& gerit in om-
nibus, perſonam Regis eiuſque mandato
bellica tractantur , Duces , & Principes
parent exercitus gubernatur,& ob id etiā
adiungo ego quod Vicereges vltra illa
nomina,de quib poſui ſupra in eod. capit.
3.d. num. 8.& in eod. capit. xj.num.8.vbi
quod vocantur legati de latere , vocna-
tur Capitanei generales in ſumma ſentię
18 ipſe Freccia in fine quod ſi Vicerex † ab-
eſſet à Regno, alio interim nō deputato à
Rege,poſſet iſte Comeſtabilis vti ſua iuriſ-
dictione ſi belli calamitas eueniret, quod
hodie ſtante pragmat in hoc Regno aliud
eſt vt dixi in tit. de Offic. Proregis , num.
77.tom. 1. earundem pragmaticarum,
& ponit ipſe Maſtrill. quod hæc offi-
cia duo Conteſtabilis , & Magni Admi-
19 ratus †ex Regia iuriſdictione reſident in
perſona Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Du-
cis Terrænouæ,olim erat Ant un us de Lu-
na , Comes Calatabillottæ, vt habes poſt
cap. 89. infra in fidehomagio præſtito , &
de quo Offic. Magni Admiratus pono inf.
in c 92. cū §§.ibidē ſequacibus. In ſumma
hæc duo officia ſunt in Regno magnæ di-
gnitatis,habent eorum ſalaria,& præemi-
nentias de quib. in ſeq. capitulo, & quan-
tum ad certa iura , quæ percipiebat pro
redemptione captiuorum , de quibus hic
eſt facta mentio, ſcripſi de hoc in cap. 25.
Regis Martini,to.3.vbi in principio de iſto
Regni capitulo memini ,& ſic laus Deo.

De ſalario magni Comeſtabilis , & Admirati , *Cap.* L X X V I.

ITem, cum officia Magni Comeſtabilis,& Admirati in dicto Regno ſint magnæ digni-tatis,& præeminentiæ,quæ non poſſunt exerceri ſine ſumptibus,& expenſis maximis, ſupplicat totum Regnum,per Regiam Maieſtatem prouideri de condecenti ſalario, prout decet,& conuenit eiſdem officijs , & perſonis tenentibus , & aſſignare reditus, ſuper quibus ipſis fal ſiet de ſalario,qui Magnus Comeſtabilis ſuam conſequatur prouiſio-nem, & ſalarium , vt priuilegia dictant Diui quondam Regis Alphonſi ¶ Fiat , prout conſuetum eſt .

Eſt conſequutiuum cum præcedenti, ibi dictum eſt de hoc de iſto officio comeſtabilis .

De

De ſaluis guardijs conceſsis reuocandis, *Cap.* LXXVII.

ITem ſupplicat eiuſdem Regni vniuerſitas, cum ex conceſſionibus ſaluorũ conductuũ, ſeu ſaluarum guardiarum, & familiaritatum quodammodo illa impetrantes inuitentur ad delinquendum, placeat ſtatuere, vt deinceps dicti ſalui cõductus, ſeu ſaluæ guardiæ, Baronum vaſſallis, nec in terris demanialibus cuicumque concedantur, & ſi quæ fortè concederentur, cenſeantur per obreptionem impetratæ, etiam ſi ex certa Principis ſcientia concederentur, atque placeat etiam eidem Maieſtati reuocare omnes, & ſingulas ſaluas guardias, ſeu familiaritates, quibus vaſſalli dictorum Baronum, ſeu alij de terris demanialibus, ſe tuerentur, aut tueri poſſent, quo minus ciuiliter, nec criminaliter coram dictis Baronibus, & coram Officialibus terrarum demanialium, in ius reſpondere cogerentur ¶ Oſtendant ſupplicantes ſaluas guardias conceſſas, & prouidebitur.

SVMMARIVM.

Salua guardia eſt de regalijs, ſpectans ad ſolum Principem num. 1. cum ſeqq.

Salua guardia nũ per Principẽ cõcedi poſsit, & de ea diſputare eſt crimẽ quaſi ſacrilegij, n. 2.

Salua guardia ſolet etiam concedi ſyndicis litigantibus contra Barones in fauorem vniuerſitatum, num. 3. & alijs vaſſallis, & perſonis timentibus offendi ab eorum Baronibus, & ſuperioribus, tam in bonis, quam in perſonis, num 4. cum ſeqq.

Salua guardia eſt tutela, & cuſtodia conceſſa per ſuperiorem, aduerſus inferiorem, num. 5.

Salua guardia poteſt concedi nedum à Principe laicis perſonis, ſed etiam Eccleſiaſticis, num 6 & ſeq.

Rex eſt protector Eccleſiarum perſonarum, nu. 7. & ſeq.

Reges vocantur filij à ſummo Pontifice, num. 8.

Salua guardia quando conceditur per Proreges & M.R.C. ſolet expediri litteræ ne quis ſe impediat tã in ciuilibus, quã in criminalibus talis perſonæ, vxore, filijs, familia, ſeruitoribus, & parentibus vſque ad quartum gradũ de iure ciuili computandum, tã in cauſis actiuis, & paſsiuis, motis, & mouendis, etiam pro apportatione armorum non prohibitorum, nu. 10. cum ſeqq. & num. 13. & 14.

Armorum vſus, & prohibitio ac conceſsio an ſit ſolum de regalijs ad Principem ſpectans, num. 11.

Saluam guardiam habentes capti infragranti crimine à relegatione ſupra poſſunt per inferiores carcerari ad nomen excellentiæ ſuæ, & M.R.C. & micli certio ratio, num. 12.

Saluam guardiam habens eſt interim exemptus à iuriſdictione ſui Iudicis ordinarij, num. 14.

Salua guardia poteſt concedi vaſſallis non obſtante citatione Baronis, & quando, num. 15. cum ſeqq. & num. 21. 22.

Saluæ guardiæ litteræ nemini, vt plurimum nocent, neque plus iuris conferunt perſonis, quibus conceditur, quàm ipſi habent, num. 16.

Salua guardia à nemine debet infringi nec violari, & ſimbolizat cum ſaluo conductu, & ſecuritate, nec multum differunt, num. 17. & incurritur crimen læſæ Maieſtatis, & pænam deportationis, vel arbitrariam, nu. 18. & quandoque ad pænam pecuniariam, num. 19. 20.

Salua guardia conceſſa à Principe ſeculari, ſi eſt violata per Clericum, & perſonam eccleſiaſticam, non poteſt puniri ab ipſo Principe, num. 20.

Litteræ de ſalua guardia quando conceduntur in ſpecie, ſolet in eis apponi clauſula, quòd ſi ſenſerit aliquis ſe grauatum compareat, & fiet iuſtitiæ complementum, num. 22.

Salua guardia non poteſt authoritate propria, & proprijs manibus infringi, & violari, eſto iuſtis de cauſis infringi poſſet, ſed adeatur Princeps, qui eam conceſsit, ibid.

DE hac materia ſaluarum guardiarum, quæ in paucis differunt, & non
multum à ſecuritate, vt dicam inferius in
verſ vtcumque, ſcripſi aliqua in conſuet.
Panhor. cap. 79. num. 16. poſt Chaſſan. In-
trigl. Menoch. Io: Fabr. & Rhodoan. & in
deciſ. M R.C. 29. num. 9. & in cap. 456. Re-
gis Alph. §. 41. num. 103. tom. 5, in quibus
1 locis poſui eſſe de Regalijs † & ſpectare
hanc conceſſionem ad ſolum Principem,
& Proregem in Regno, vt de ſimili ſtatu-
to in Decreto Pedamõt. tit. de ſaluis guar-
dijs, &c. lib. 3. Io. de Platea in l. cum ſæpè,
C. de erogat. milit. ann. lib 12. Iaſon, Neui-
zan. & Cagnol. ait Menoch. de arbitr. iu-
dic. lib. 2. cent. 4. caſu 338. vbi latiſſimè
in materia harum ſaluarum guardiarum
Octau. Cacheran deciſ. Pedamont. 88. nu.
15. 16. 17. cum ſeqq. Dec. conſ. 64. num. 3. cũ
ſimilib. ad ipſo Cacheran. citatis dicente
2 quòd † diſputare de viribus huius ſecuri-
tatis, & ſaluę guardię nullo modo citra ſa-
crilegij crimẽ liceret, vt pulchrè poſt Gugl.
de Cun. Henric. Boh. Ioſeph Seſſe, Lanar.
Natt. Olaſc. Mar. Ant. Surg. Capibl. Cãcer.
Neuizan. Bobadill. Aponte, & alios ſcrip-
ſit Maſtrill. in tract. de Magiſtratib. lib. 5. c.
6. num. 210. vſquè ad nu. 215. part. 2. vbi tã
quãdo hæ litteræ ſaluæ guardiæ cõceduntur Syndico pro vniuerſitate litigante cõ-
3 tra Baronem † vt in propoſito poſui ſupr.
in capit. 64. ampl. 2. & de quo particulari
ſcripſi in d. conſuet. Panhor. d. num. 16. ex

DD. ſuperius citatis, & per ipſum Bouadill.in ſua politica, cap. 16. num.126. tom. 2.Auendann de exequut. mand. lib.1. capit.11.num.3. Aponte de diuerſ.prouiſion. rubr.de inſign.num.13.Maccabrun.Grat. Aualle, Natt. Bertazol. Soccin, Crauett. Afſl.Boer.& mille cumulat Nicol.Intrigl. de feud.cent.2.art.81.num.34.quàm etiam
4 alijs Vaſſallis † & perſonis timentibus offendi ab eorũ Baronibus, & ſuperioribus, tam in bonis,quàm in perſonis,vtrumque eſt enim tutelam, ac cuſtodia conceſſa à
5 potentiori † aduerſus minus potentem, vt per Io. de Platea,in l.fin.C.de erogat. militar.annon.lib.12.& per Menoch.d. caſu, 338. non obſtante quod ipſe dicat quòd eſt conceſſa minus potẽti, vult dicere aduerſus minus potentem,ex quo ſalua guardia eſt medium quid inter duos iuriſdictionẽ habentes ſuper vno vaſſallo ¶ Intantum videmus eſſe de ipſis regalijs,vt ſoleãt cõcedi hæ ſaluæ guardiæ per Principem, &
6 Proregem in Regno,nedum laicis † perſonis,verum etiam Eccleſiaſticis pro bonis eorum, & ita ait ipſe Menocch.vidiſſe obſeruari in d.caſu 338. num.6. in perſona Abbatum,& Monachorum,ratione quia iam ipſe Rex,Princeps,& Prorex eſt pro-
7 tector Eccleſiarum † & perſonarum eccleſiaſticarum,ex Gigant. Cagnol. & ſimilib. & ego latius ſcripſi in proœm. capitulorũ Regni Regis Iacobi,nu.124.cum ſeqq.tom. 1.& in capit.1.Regis Federici,in verſ. tertia promiſſio,num. 5. tom. 2. & ſupra hoc tom in cap.12.ampliatione 19.num.85. &
8 ſeq.iſta etenim † de cauſa vocantur Regas ipſi filij à Papa in Clem.1.§.1.vbi Cardinal.de iureiur.capit.quam graui,de crimin.falſi,Redin. de Maieſtat.Princip.verbo,Imperatoriam, num.3. Valenzuela, conſ.99.num.26. & 28.intelligendo quando Princeps ſecularis haberet poteſtatẽ, ac iuriſdictionem concedendi hanc ſaluã guardiã dictis perſonis eccleſiaſticis, quia aliter non impediuntur Epiſcopi ex eorũ iuriſdictione ius dicere, nec eorum poteſtas impeditur, vt ex eodem Neuizan. conſ.83.nu.9.Guid.Pap.quæſt.56.Caſtrenſ. conſ.204. *Viſo quodam*,lib.1. col.1. Iaſon, conſ.57.col.3.lib.3.Natt.conſ.121. num.8. lib.1.& conſil.237.num. 3.lib.2.Menocch. d.caſu 338.lib.2.Ideoq. ſolent per Magnã Regiam Curiam expediri tales litteræ de
10 dicta ſalua guardia † ne quis ſe impediat tã in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, vt hic ſẽtitur, vxore,filijs,familias,ſeruitoribus,& parentibus vſq. ad quartũ gradũ de iure ciuili incluſiuè tam in cauſis actiuis,quam in paſſiuis motis,& mouendis,etiam pro apportatione armorum nõ prohibitorum per Regias pragmaticas quia
11 armorum † vſus iam ad Principẽ ſpectat, & eſt de regalijs,vt dixi ad eaſdẽ pragmaticas Regias, tit. 41.de armis prohibitis, num.69. 70. 71. 72. & 73. vbi de veritate videatur, & voluit Menoch d.caſu 338. num.3. per l.vnicam,C.vt armor.vſus, &

ita eſt Decretum Subaudiæ, tit. de guardijs,& earum prohibit. lib. 3.& in caſibus
12 à relegatione † ſupra inſtagranti capti, poſſunt carcerari ad nomen Excellentæ ſuæ,& certioretur,& prout in ſtilo ipſarũ litterarum de ſalua guardia continetur,
13 quæ ſunt regulatæ † iuxta diſpoſitionem iuris communis,quod intelligit de familia & vxore illius, cui eſt conceſſa ipſa ſalua guardia,ſicuti poſt Angel. Petrin. Bellin, ait etiam referendo Menocch. Farinatius in quæſt. 29.tit.de carcerib. & carceratis, nu.51.& ſeq.tom.2. Dec.in l. in omnibus, nu.8.ff.de regul.iur.C. pra deciſ.12. Boer, deciſ 213.num.6. & ſeq. Bald. relatus per Nouell.regul 48.l.1. C.ne vxor milit. Bertazol.conſ.359.num.9.lib.2. qui loquuntur de vxore,& per ea,quę ſcripſit Æmil.Maria Manoleſſi,ad Bertacchin in verbo,littera,part.3.fol.meo 270.col.4.ſic poſt Iaſõ Cartoc.Maſuil Mexiam, Tuſch. & alios, Giurba,in Conſuet.Meſſanę,cap.1. Gloſſ.
14 1.part.1.num 58. & conſequenter † ſtantibus interim dictis litteris ſaluæ guardię, tenerẽ indubitanter,quod ille talis,cui sũt conceſſæ,eſt exemptus pro illo tunc à Iuriſdictione ſui Iudicis ordinarij, quicquid dixerit,& parcat Guid.Papæ,d.quæſt.56. ¶ Non obſtante quod ipſa ſalua guardia
15 conceſſa fuiſſet non citato † Barone eius, cui cõceditur, etenim ſolẽt cõcedi hæ litteræ nulla citatione,nec ſubmonitione requiſita,maximè quãdo litteræ in genere eſſent conceſſæ,& non contra certã perſonam ex Neuizan. d.conſ.83 nu.12. Abb. Dec.Natta,Petr.Rebuff.& cæteris ab ipſo Menoch.nu.8.& 9.citatis, vbi aſſignat rationem quaſi quòd hæ litteræ ſaluæ guar-
16 diæ † nemini noceant, neque plus iuris conferant illis, quibus conceduntur, quã prius habebant, & vix poſſet audiri, qui contra eis ſe opponit. Eſt verum quòd quoties contra dictam certam perſonam concederetur, tunc requiritur cauſæ cognitio,& de facili non ita conceditur, vt dicam infra in verſic. Aduertendum primo,num.21.

Vtcumque ergo ſit,dum apparet con-
17 ceſſa † non debet aliter infringi,nec offendi ille talis,cui tributa eſt,argumento ſalui conductus,& ſecuritatis, quia ſimbolizant,vt hic in principio, ibi (*ſaluorum conductuum,ſeu ſaluarum guardiarum*) & ita ait Menocch.d.caſu 338. quòd non multũ differt à ſecuritate, & ſaluo conducto,ex Io: Fabr.in l.denunciamus,C.de iis,qui ad eccleſ.confug.& per deciſ. Tholoſan. 489. Io:de Platea,Chaſſan. Neuizan. Iaſon Cagnol.& alios vt aduertit Farinat. d.tit. de Carcerib.& Carcerat.ead.quæſt.29. à nu. 12. vſque ad nu.20. tom. 2. vbi poſt Guid. Pap.Malegott.Cagnol.eundem Menocch. Neuizan.Luc. de Penna, Bertazzol. Nic. Moron. Decian. Burſatt. Gigant. Iacob. Nouell.Herculan. Petrin.Bellin. Martin. Laudenſ.Angel.Bart Falin.Afſl Budæ. & mille ſubdit ipſe Farinat. poſſe extendi

vel

Digitized by Google

18 † vel ad crimen læſæ Maieſtatis, & ſic
vſque ad mortem, aut ad pœnam deporta-
tionis, & pœnã corporalem, vel ad aliá iu-
dicis arbitrariam, vt de violantibus hanc
ſaluam guardiam dixerunt Guid. Papæ
quæſt. 418. Cagnol. vbi ſupra num. ſuo 57.
Neuizan. d. conſ. 83. in princ. Boër. deciſ.
179. nu 4. Gugliel. de Cuneo, in ſuo tract.
de ſecuritate num. 22. & quandoq. ad pœ-
19 nam pecuniariam † ſecundum caſuum
contingẽtias, & per Boſſ. in tit. de crimin.
læſæ Maieſt. num. 10. Petr. à Placha in
ep tom delictor. cap. 22. num. 22. Rolland.
à Valle, conſ. 1. num. 32. cum ſeqq. vol. 3.
& conſ. 15. num. 11. & ſeqq. vol. 4. cum
concordantibus infinitis ab ipſo Farinat.
citatis, & per Matthæum Antonianum,
qui hoc pulchrè poſuit in Addition. ad
Guid. Pap. d. quæſt. 418. vbi latè etiam
per eum de hac materia ¶ Beneuerum
quòd non placet pro modo illa opinio ad-
ducta pro ipſum Menocch. d. caſu 338.
20 num. 14 volentẽ, vt † Princeps ſecularis
poſſit punire Clericum violantem ſaluam
guardiam conceſſã alicui per ipſum Prin-
cipem, quia hoc eſt periculoſum in iure
dicere, non obſtante quod fuerit opinio
Aufrer. in tract. de poteſt. ſeculari ſuper
Eccleſijs, & eccleſiaſticis perſonis, nu. 20.
non enim ſumus in Gallia, & Francia,
cuius conſuetudo non valet, vt videbimus
in ſua materia infra in cap. 37. Regis Ca-
tholici Ferdinandi extenſione 19. tom. 7.

Aduertẽdũ primo eſt, vt nõ ita faciliter
cõcedatur ipſa ſalua gũardia, quãdo cõtra
21 certã perſoná, in ſpecie † & non in genere
concederetur, vt tactum eſt ſupra, num. 15.
& ſeq. quia tunc requiritur citatio, cau-
ſæque cognitio, aliterque conceſſa, poſſet
reuocari, vt poſt Neuizan. d. conſ. 83. num.
5. in fine, Gugliel. de Cun. in d. tract. de ſe-
curitat. nu. 30 Cagnol. in proœm. digeſto-
rum, num. 57. ait Menocch. d. caſu 338. nu.
9. vbi more ſuo admonet, vt in fine harum
litterarũ, iſto modo ſpecificè cõceſſarũ ap-
ponatur clauſula iuſtificata, vt ſi quis ſen-
22 ſerit ſe grauatum † compareat, & fiet iu-
ſtitiæ complementum, vt latius dixi in
conſuet. Panhormi, cap. 29. num. 48. & in
deciſ. M. R. C. 35. num. 18. & deciſ. 92. num.
1. vbi quod reſoluitur in vim ſimplicis ci-
tationis, ex Bald. in l. 2. C. de epiſc. audient.
& in l. actionem, col. 2. de tranſ. Ioan. Ber-
tacch. in repertor. verbo, Clauſula iudicio-
rum, fol. 333. col. 3. part. 1. quaſi ac non
debeat authoritate propria eam infrin-
gere, ſed comparere coram eo Prin-
cipe, qui eam conceſſit, eſto habuerit
cauſam dictam ſaluam guardiam iuſtis de
cauſis infringẽdi, ex eod. Neuizan. d. con-
ſil. 83. num. 8. Maſſuer. Io: Fabr. & alijs ab
ipſo Menocch. num. 17.

De reſtitutione iuris Grani Baronibus, & alijs, *Cap.* *LXXVIII.*

ITem ſupplicat totius Regni Vniuerſitas, vt dignetur eadem Regia Maieſtas reſtitue-re, & reſtitui mandare Comitibus, Baronibus, & alijs priuatis ius Grani, quod ſoluitur pro qualibet frumenti ſalma, quæ extra Regnum trahitur, quo iure eædem perſonæ à certo tempore citra priuatæ indebitè extitere; & ſi quæ fortè pecuniæ iuris prædicti grani eſſent penes quaſcumque perſonas, etiam priuilegiatas, placeat eidem Maieſtati mandare, illas eiſdem perſonis ſolui debere, quibus ſolutæ fuiſſent, ſi indebitè prædicto iure priuatæ non extitiſſent, & illud ius habeant, & conſequantur ſuper portubus, & carricatorijs totius Regni iuxta forma priuilegiorum, & contractuum eorundem. ¶ Viſis conceſſionibus prouidebitur.

Materia eſt Regiarum pragmat. ibi dixi, tit. xj. de officio Magiſtri Portulani, verſic. veniamus modo, tom. 2. vbi reportaui aliqua loca loquentia de his granis Baronum.

De ſolutione decimæ non facienda in venditionibus rerum demanialium.
Cap. *LXXIX.*

ITem ſupplicat eadem Regni Vniuerſitas, cum nouiſſime per Capitulum, Volentes, ſit introductum, de venditionibus feudorum ſolui debere Regio fiſco decimam partẽ pretij, cuius iuris ſolutio in compenſatione licentiæ, conceſſæ Comitibus, & Baronibus vendendi feuda extitit introducta, & per ſiniſtram interpetrationem fuerit dicti iuris ſolutio prorogata, & extenſa ad rerum demanialium venditiones, in quarum venditionibus nulla erat aliquo iure neceſſaria Principis licentia, ſupplicat propterea idem Regnũ, vt dignetur eadem Maieſtas declarare, & ita ſtatuere, vt deinceps de venditionibus rerum demanialium non ſoluatur decima pars pretij, cum in illarum venditionibus nulla erat Principis neceſſaria licentia, & per conſequens nulla debet pro illis fieri ſolutio, cum ceſſet ea ratio, per quam decima Regio fiſco veniat exſoluenda, & hoc non obſtantibus quibuſuis prouiſionibus, & literis in contrarium factis ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd de alienationibus bonorum demanialium, non feudalium, non ſoluatur decima.

 Scripſi

Scripſi in ſua materia ſupra in cap.110. Regis Federici, ſub verſic. quæ decima, num.52. & 53. tom.2. cum ibi citatis ad cap.9. Regis Iacobi, num.65. tom.1. & eſt hoc cap. continuat. tum cũ ſubſequenti, vbi do rationẽ, quare de bonis demanialibus vẽditis non ſoluatur decima.

Quòd non ſoluatur ius decimæ in venditionibus, etiam feudorum, quando adeſt pactum de retrouendendo infra nouem annos, Cap. LXXX.

ITem ſupplicat eadem Vniuerſitas, cum iuris cenſura ſtatutum ſit de reuenditionibus factis virtute pacti adiecti in contractu venditionis, non ſolui decimam partem pretij venditionis, plerique fuerunt, qui dicta iura cenſeri obſeruarunt in reuenditionibus dumtaxat virtute pacti in eodem contractu adiecti, contrarium ſeruantes in venditionibus factis virtute pacti in diuerſo contractu adiecti, eo quæſito colore, quòd varium, atque diuerſum ſit, decimam ſolui, prætextu pacti reuenditionis in eodem contractu adiecti, & prætextu pacti in alio contractu appoſiti: propterea ſupplicat idem Regnum, vt placeat ſuæ Serenitati, ſtatuere, quòd pro neutro pacto reuenditionis, ſiue in eodem contractu adiecto, ſiue in diuerſo, ſoluatur decima pars pretij, & hæc dictæ Serenitatis declaratio, atque inſtitutio extendatur ad reuenditiones tam præteritas, quàm futuras, & quòd de venditionibus feudorum, & aliarum Baroniarum cum pacto de retrouendendo infra nouem annos non ſoluatur decima pars pretij ipſius venditionis, quemadmodum non ſoluitur ius tareni ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd ſtetur ſuper hoc diſpoſitioni iuris.

SVMMARIVM.

Decima non debetur de feudis ex venditionibus rerum demanialium, num.1. cum ſeqq.

Decima debet ſolui ſuper feudo ab emptore, vel ex pacto ad emptorem, vel ad vtrumque ibid.

Gabella non debetur quando fiſcus vendit alicui bona, num.2.

Decima non debetur quando feudum deuenit ad Regem, & mox ipſe vendidit, num.3.

Decima non debetur de venditione, & reuenditione feudi cum pacto de retrouendendo, nu.4. & ſeq. fallit, quando terminus eſt prorogatus, num.7. vel quando elapſum eſt nouennium, num.8. vel quando in alio contractu ſeparato ex interuallo fuit appoſitum, ibid.

Gabella non debetur de venditione cum pacto retrouendendi, ibid.

Releuium non debetur de venditione ſtante pacto de retrouendendo, ibid.

Tareni ius non debetur de bonis burgenſaticis venditis cum pacto de retrouendendo, nu.5.

Decima debetur de venditione feudi venditi abſque pacto de retrouendendo, num.6.

Pactum de retrouendendo, feudum limitatum infra tantum tempus, ſi eſſet prorogatum, an debeatur decima maximè ſi prorogatio ſit facta per Principem, num.7. & quid lapſo nouennio, num. ſeq.

Decima debetur de feudo vendito cum pacto de retrouendendo ſi eſt lapſum nouennium, num.8.

Ius luendi ſi eſt venditum, vel ceſſum ad feudũ an competat decima, num.10. cum ſeqq.

Decima an debeatur de iure luendi vendito vel ceſſo ad feudum, ibid.

Ius luendi feudum an ſit feudale, ibid.

Ius luendi poteſt cedi, num.11. cum ſeqq.

Pactum de retrouendendo eſt ceſſibile, ibid. etiã ſuper feudalibus, & ſubiugationibus, num. 12.13.

Actionem habens ad rem, ipſam rem habere dicitur, num.14.

Decima an, & quando ſoluatur ſi quis emit feudum pro ſe, & mox declarat pro alio emiſſe, num.15. & quid quando vendens non erat dominus, vel contractus nullus, vel reſcindendus, num.16.

Decima de venditione feudi quando debetur ſolet fieri relaxatio tertiæ partis, ex gratia, non ex debito, num.17.

Gabellæ ſolet fieri relaxatio tertiæ partis, ibidem.

DIXI in præcedenti capitulo eſſe hoc continuatiuum cum illo, ibi enim tetigimus remiſſiuè quòd non ſoluitur ius
1 decimæ † quando venduntur bona demanialia, & ratio eſt, quia, ex quo regulariter decimæ ſolutio ſpectat ad emptorem, vel ex pacto ad venditorem, vel ad vtrumque pro medietate, vt vidimus latè in capit. 110. Regis Federici à num.76. vſque ad n.84 tom.2. & in pragmaticis, tit.24. de Officio Notarior. num.35. tom. primo ipſarum pragmaticarum, & ſuper Bulla poſt cap. Regni 355. Regis Alphonſi, num.243. tom.5. cum locis ibidem citatis, vtiq. Rex non ita de facili venderet res ſuas demaniales volendo decimam de re ſua per ſe ipſum poſſeſſa, ſtante quòd tunc ei competit decima, dum venditur res poſſeſſa per alios, ſicuti dicimus iuxta terminos l. Benè à Zenone vbi adnotaui, C. de quadr. præſcr. pt. quòd quando Fiſcus † vendit quid
2 alicui, non eſt locus gabellæ, eadem ratione, de qua modo dixi, quia ſi quęreretur quòd res mea deberet ſeruiturẽ rei meæ, quod eſſe non poteſt, & actio, & paſſio concurreret in eodem ſubiecto, vt potui in deciſ.

deciſ.M.R.C.52. num. 22. & in deciſ. 84.
num.173.cum ibi citatis : ſicuti eodem mo-
do quando feudum deuenit ad Regem, &
3 ipſe vendit, non debetur decima † vt fuit
euentum in Baronia Petræ, in qua Rex
fuit prælatus,& poſtea vendidit eam Don
Nicolao,vt per Boniorn.hic ex Alex.con-
ſil. 5. col. 3. vol. 5. & latè per Boer. deciſ.
182.num.39.& 40. ¶ In hoc vero capi-
tulari diſponitur, vt non ſoluatur decima,
4 † releuium, laudimium, neque gabella,
tam de venditionibus, & reuenditionibus
factis cum pacto de retrouendendo, ſic
ſcripſi in cap.214.Regis, Caroli, ampl. 7.
tom.8.& in d.cap.110. Regis Federici,nu.
8.& 9 d.tom.2. & num. 102. vbi etiam di-
xi quod eſt caſus,prout hic,quòd ſtatutũ,
& lex poteſt trahi ad præterita,vt hic ibi
(*tam præteritas*) & per Bonior.ex Alber. &
alijs in l. ab emptione, col. fin. C.de pact.
Firmian. de gabell.part.6.5.part princip.
& in d.cap.110.d.num.8.& 9.vbi citaui c.
438.Regis Alphonſi tom.5. per quod peti-
tur à Rege,vt de bonis burgenſaticis ven-
5 ditis † cum pacto de retrouendendo, non
ſoluatur ius tareni,& Rex ipſe reſpondi-
dit, (*placet Regiæ Maieſtati, ſi ita commu-
niter in Regno obſeruatur*) petitio enim
fuit facta, vt eodem modo, quo habitato-
res locorũ demanialium non ſoluunt, ſic
nec Ciues Panhormi, & Rex decretauit
conditionaliter,quibus addo Dom.Steph.
Gratian.diſceptat.forenſ.cap. 80.nu.12.&
13.ex citatis ibi per eũ,quaſi quòd quãdo
non extat dictũ pactũ de retrouendendo,
6 ſed ſine eo feudum † eſſet venditum,mul-
to magis debetur ipſa decima,vt poſt
Gloſſ.Pariſienſ. ait hic Boniorn. & latius
dixi in d.cap.110.Regis Feder.to.2. ¶ Ni-
ſi de conſenſu partium poſtea dictus ter-
7 minus fuiſſet prorogatus † quia dicitur a-
lienatio volũtaria,vt ſcripſi in conſuet.Pa
nhor.cap.26. num. 127. poſt Tiraquel. &
Vinc.de Franchis, & ita poſt Gloſſ. Pari-
ſienſ §.23.num.47.ſentit hic Boniorn.quod
debet ſolui per contrahentes addo eun-
dem Dom.Gratian. vbi ſupra, nu.25.qua-
ſi quod tunc non ſit res integra, per ea,q̃
dixi in eod.cap.214.Regis,& Imperat.Ca-
roli V.in 4 limit.4 to.8 vbi quod nec Prin-
ceps hoc facit, niſi, re integra non autem
lapſo termino,vt poſt Hieron. Cagnol. in
l.2.quęſt.34.C de pact.int.empt.& vendit.
ait Dom.Cardinal.Tuſch.in pract. concl.
iuris,verbo integra,concluſ.265.nu.6.tom.
4.& ita multoties vidi prorogatum per Il-
luſtriſſimos Proreges,quamuis aliqui Pro-
reges renuerint prorogare. ¶ Aut quan-
8 do eſſet elapſum nouenniũ † vt in d. Bul-
la ſcripſi d.num.243.& in eodem cap 110.
Regis Federici, eod. num. 94.& colligitur
expreſſe per hoc capit.ibi (*infra nouem an-
nos*) facit pulchrè Conſuetudo Aquita-
nia,de qua per Boer.d.deciſ.182.num. 40.
qui loquitur de quinquẽnio elapſo. Idem-
que puto,quando dictum pactũ de retro-
uendẽdo fuiſſet appoſitum ſeparatè ex in-
teruallo in alio contractu non coarctato
tempore venditionis feudi per ea,quæ in
ſua materia pacti prædicti de retrouendẽ-
do ſcripſi in eod.cap.214.Regis,& Imper.
Car.V.eod.lim.4.d.to.8.ex multis,quos ibi
citaui, ¶ Aut quando v. g. fuiſſet venditũ
ius luendi ad feudum, quia, etſi ſecundum
aliquos non debeat ſolui decima de ipſo
10 iure † luendi vendito,vt ſentit idem Bon-
iorn. hic allegando Gloſſ. Pariſienſ.in cõ-
ſuet.Pariſienſ.in d.§.23.quæſt.8.n.33 fol.ſuo
248. ea ratione, quia ius lued: feudũ nõ eſt
ius feudale, ſed mera perſonalis actio, ex
Zaſ. cõſ.12.quẽ refert idem Boniorn hic,
tamen ait ipſe Boniorn. paulo ante quod
in hoc Regno per Regiam inſtructionem
eſt declaratum,vt ceſſionarius,vel emptor
ipſius iuris luendi teneatur ad tale ius de-
11 cimę,iã enim poteſt cedi † ipſum ius luen-
di,ſiue pactum de retrouendendo, licet ali-
qui tenuerint quòd non,vt fuerunt Angel.
in l.ad officium,C.comm.diu d. & alij,ſed
contrariũ eſt verius,vt poſt Paul.de Caſtr.
conſ.45.alias conſ.1.lib.2.in nouis, Barbat.
d cõſ.51.lib.2.Iaſon in l.1 §.vſuſfructuarius,
ff.de oper.nou.nunc.Grat.conſ.157.in fin.
lib.2. Tiraq.in tract. cõuent.& Lignag.§.
26. Gloſſ. 3.nu.26.Modern.Pariſienſ.§.13.
Gloſſ.1.num.20. etiam loquendo in feuda-
12 lib. † vt ait Soccin.Iun.conſ.48.Rectè qui-
dem,vol.3. etiam loquendo quo ad Bullã,
13 & ſubiugatorios † contractus, vt per eundẽ
Boniorn.ſuper ea ad capit.Regis Alphon-
ſi,& ibi tetigi poſt cap.375.ampl.15. num.
312.cum ſeqq.to 5.late Franc. Zoannetti,
in tract.de empt.& vendit.ſub pact de re-
trouendo,qui eſt coniunctus cum tractat.
Fabiani de Mõt.latiſſime Chaſſ.ſuper con-
ſuet.Burgund.in tit. des rentes rubr. 5 §.1.
Gloſſ.rẽtes,n. 39.& ſeq.Moderni in ead.l.
2.C.de pact.inter empt.& vendit.quęſt.6.
Decius conſ.614.col.3.num.12. cum ſeqq.
& tam pro pretio eiuſdem iuris luendi,
quàm pro pretio principalis reluitionis,
per eum factę,& tamen ſi redimeret ven-
ditor non teneretur, etiã,pro ſubiugatio-
nibus,& oneribus,per eũ redemptis, quia
creſcit pretium principale, & omnia ſũt
pars pretij,pro quo debetur decima præ-
dicta,vt in capit.28.Regis Federici, quod
eſt cap. volentes vbi ſcripſi ampl. decima-
quinta, num 195.to.2.& voluit ipſe Mo-
dern.Pariſienſ d.§.23.quæſt.16.num.51 &
quęſt. 17. num. 18. Boniorn. hic per l.
fundi partem,ff.de contrah.empt.& ita
poſt Ramund. de Ramundett. Tiraquell.
& Neuizan.poſui in conſuet.Panhor cap.
31.num.4.videre textum de iure luendi in
l.1.& ibi Gloſſ. ff. deliberat. legat. & in
rubr.C.de luitione pignor. & per ea, quæ
in ſua materia pacti huius de retrouendẽ-
do recordor ſcripſiſſe infra in d.cap.214.
Regis,& Imp.Car.V. limit.3. ead.tom.8.
quemadmodum enim qui habet actionem
14 ad rem † ipſam rem habere videtur,per l.
qui actionem,ff.de regul.iuris,ſic qui alie-
nat actionem,actionem,quam habet ad ip-
ſum

Digitized by Google

ſum feudum alienare videtur, ex Andr. de Yſern. in conſtit. Honorem diadematis noſtræ, vbi ait quòd conſtitutio illa loquens de feudatario, habet etiam locum in habẽtibus actionem ad ipſum feudum, vt eum refert, & ſequitur Io: Ant. Cannet. in prædicto capit. volentes, fol. 112. num. 12. & ſeq. vbi etiam num. 14. allegat Barbat. conſil. 51. lib. 1. qui ait, quòd qui habet actionẽ ex pacto de retrouendendo, dicitur tenere ipſam rem, & numquam exiuiſſe à ſuo Patrimonio, latè Boer. d. deciſ. 182. nu. 39. vbi quòd venditionis reſolutio redhibitio eſt, & perinde habetur, ac ſi non ad actum deuentum eſſet, per l. pomponius, §. præterea, vbi gloſſ. ff. de acquir. poſſeſſ. tuncq. cẽſetur res perfectè alienata, quãdo ipſum ius luendi alienatur, & infert ad plura, de quibus per Cannet. loco citato, & fuerunt verba Boniorni, hic, Rogerius Mota in I. traditionibus, C. de pact. ¶ Vel niſi loquamur, quãdo realiter quis emit ſeu dũ pro ſe, deinde tradiderit alicui tertio, & ceſſerit, declarãs volũtatie eius nomine emiſſe & eius mandato, quia puto ſolui deecimam

15 † vt ex ead. Gloſſ. Pariſienſ. quæſt. 59. num. 21. ſoutit ipſe Boniorn. & per ea, quæ dixi ſuper Bulla, & regia pragmatica poſt capit. 355. Regis Alphonſi, ampl. 40. num. 244. d. tom. 5. & quæ ſcripſi in c. 54. Regis Martini, nu. 85. poſt Ant. Scala, & alios, tom. 3. & plures quæſtiones ponuntur ibi per eandem Gloſſ. Pariſienſ. q. 22. 23. 24. cum ſeqq. vbi quid quando

16 † vendens non eſt dominus, vel quando contractus eſt nullus, vel reſcinditur, per ea, quæ in materia gabella, & decimæ ſic poſui in d. c. 110. Regis Feder. nu. 72. 73. & 74. d. tom. 2. Meſſia ad l. Toleti, de los terminos, fundament. 5. n. 20. Matthienz. in l. 7. tit. 21. lib. 5. recopilat. gloſſ. 3. n. 10. Grammat. deciſ. 74 n. 29. Laſſarte, in tract. de gabell. cap. 14. n. 15. & 55. Parlador. lib. 1. rer. quotidianar. cap. 3. §. 5. n. 13. Aurel. Dauid, in tract. de verbor. ſignif. cap. 9. n. 120. Frãc. March. quæſt. Delph. 395. nu. 4. tom. 1. Remigius, de Goanij in tract. de charit. ſubſid. quæſt. 6. n. 135. Azeued. in l. tit. 17. lib. 9. n. 70. Bart. Ripa, Paul. de Caſtr. Bald. Alex. Franc. & ſic Aret. Marſil. Dec. Fælin. & alij, de quibus per Io. Bapt. Valenzuel. cõſil. 32. 42. 43. & 44.

17 Et quicquid ſit † in omnibus illis caſib. in quibus debetetur ipſa decima, ſolet fieri relaxatio tertiæ partis ex gratia, non autem ex debito, vt ex d. Regia inſtructione refert hic idem Boniorn. & hinc videmus, etiam iſta ratione fieri relaxatum per Gabellotos de gabellis in allodialibus.

Vt ſit reddenda ratio adminiſtrationis Regiarum pecuniarum.
Cap. L X X X I.

ITem ſupplicat eadem Regni Vniuerſitas, quòd adminiſtrantes Regias pecunias non compellantur rationes ſuarum adminiſtrationum reddere, niſi in Prouincia, ſeu Regno, in quo dictas Regias pecunias adminiſtrant, cum difficile videatur, & durum pro rationibus reddendis, alibi, quàm in loco adminiſtratæ pecuniæ, cauſam dicere, vbi paratæ, & promptæ probationes exiſtunt, quibus, quàm iuſtè, quàm debitè pecuniarum adminiſtratores illas expoſuerint, docere, & probare poſſunt: & ſi contra fieret, non ſine longa temporum mora, & magnarum expenſarum erogatione, id contingere, & fieri poſſet ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quod teneantur primò computa reddere, & diſpungere coram Magiſtris Rationalibus Regni in eodem Regno, verum ſi Regiæ Maieſtati viſum fuerit, extra Regnum reuideri facere computa, poſſit (remanentibus originalibus in Regno)

Videas ſupra in cap. 33. in verſic. reſtringi etiam videtur, & in pragmaticis, tit. 7. de Officialibus pecuniarijs, ampl. 1. tom. 2. ipſarum pragmaticarũ, poſt Munnoz de Eſcobar, & alios.

De conceſſionibus factis de pratis, ſeu nemoribus, *Cap.* L X X X I I.

ITem ſupplicat eiuſdem Regni Vniuerſitas, cum pateat, à mente Principis iuſtiſſimi, nihil alienius, quàm oppreſſos non erigere, eorumque iuſtitiam, quandiu latuit, ad ius non euocare, quòd eadem Regia Maieſtas reſtitui mandet, ijs, qui nemora loca, ſeu territoria, quæ proprio nomine patriæ ſolatia nuncupari conſueuerunt, eadem territoria, nemora, ſiue ſolatia, qui longiſſimo tempore illa tenuerunt, & poſſederunt, à quibus exciterunt per improborum virorum impetrationem expoliati, ex eo quòd de illis conceſſiones, & Principum priuilegia exhibere non potuerunt propter guerras, & bellorum diſcrimina, quæ diutius retroactis temporibus in Regno viguerunt, hocque dictum Regnum in ſingulare munus imputabit, attento quòd antiqui acquiſitores erant Nobiles, quorum ſanguine dicta ſolatia parta fuerunt, nouiſſimi vero poſſeſſores ſunt infimo, & obſcuro loco nati, quorum ſeruitia vix dignè ad vnciam promoueri poſſent ¶ Regia Maieſtas mandabit Viceregi, quod partibus auditis iuſtitiam faciat, tam pro indemnitate Regiæ Curiæ, quàm partiũ priuatarũ.

SVM-

SVMMARIVM.

Poſſeſsionis ſuæ titulum nemo tenetur oſtendere, num. 1. fallit in regalibus, num. 2. & in terris pro ſolatio principis deſtinatis, num. 4.

L. cogi, C. de petit. hæredit. limitatur multis modis, ibid.

Regalia nullus priuatus poſsidere poteſt, num. 2.

Nemora, prata, venationes, & alia dicuntur in ſolatium Regis, num. 3.

Solatia Regis quæ ſint, ibid.

Spolium non dicitur, ſi quis ſpoliatur feudo non ſolito concedi in feudum a domino, num. 5. & ſeq.

Spoliatus licet debeat reſtitui ad rem ſpoliatam, tamen fallit quando fuit ſpoliatus feudo à domino directo, non ſolito concedi in feudum, ibid.

Poſſeſſorium obtineri non poteſt, quoties poſſeſsio rei haberi non poteſt, niſi à ſuo ſuperiore, num. 6.

TAngere videtur hoc Capit. limitatio-
nē ad l. cogi, C. de petit. hæredit. per
quam, licet diſponatur, vt nemo teneatur
1 † oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, &
prout multa recordor ſcripſiſſe in capit.
387. Regis Alphonſi, nu. 4. cū ſeqq. tom. 5.
cum ibi citatis, tamen quando ſumus in
2 regalibus, ſecus eſt † vt ibi dixi, ex Feudiſtis
in tit. quæ ſunt regalia, quæ nullus priua-
tus poteſt poſſidere conſtit. Regni, ea, quæ
ad decus, conſtit. 1. de iure regal. Affl. tit.
de controuerſ. feudi, in 7. not. in 6. fallen-
tia, prout eſſe poſſent nemora, prata, &
alia, quæ ſunt in ſolatium, & delicias, vt
hic ſentitur, & in cap. 1. Regis Martin. ſub
num. 39. tom. 3. ex Affl. Petr de Gregorio,
& Caſtill. ibi citatis, vbi feci mentionem
de quadam terra, & magno territorio tē-
pore Regis Ferdinandi, nemoroſo † quod
vocabatur gaudium, eratque deputatum
pro ſolatio venationis, & de quibus me-
minit Marin. Freccia in tract. de ſubfeud.
lib. 1. tit. de offic. Magni Comeſtabuli, num.
10. ibi (*iocari, in ſolatiis verſari*) de his igi-
tur terris, & territorijs hic tangitur, de
quibus erant aſtricti poſſeſſores demon-
4 ſtrare, & exhibere † conceſſiones, & prin-
cipum priuilegia, quibus nō exhibitis, me-
rito potuerunt tamquam de Regalijs fieri
in alios conceſſiones, & impetrationes,
nec erit ſpolium, vt ait Affl. & Yſern. in l.
imperialem, §. illud, de prohib. feud. alien.
5 per Federic. vbi quòd ſi ſpoliatur † quis
feudo, quod non fuit ſolitum concedi in
feudum à domino directo, non fit ſibi reſti-
tutio, niſi probet titulum a ſuo ſuperiore,
& domino directo, per text. in l. 1. § quædā,
ff. de interdict. & in l. 1. §. permittitur, ff.
de aqua quotid. & æſtiu. vbi in caſibus, in
6 quibus poſſeſſio rei haberi non poteſt † ni-
ſi a ſuperiore, non poteſt obtinere in poſ-
ſeſſorio, niſi doceat de proprietate, & per
ipſum Affl. in conſtit. Regni, Ab Officialib.
tit. 91. vt nullus Officialis, lib. 1. & illud eſt,
quod hic erat petitum per Regnū, quòd,
ex quo aliqui erant expoliati ad aliorum
impetrationem de his delicijs, quod ſibi
reſtituerentur, & Rex decretauit, vt ſupēr
hoc fieret Iuſtitia auditis, partibus, quaſi
quòd docere deberent de proprietate, &
prout eſt videre infra in capit. 54. Regis
Ferdinandi, vbi ſcripſi in 1. limitatione, to.
7. vt in hoc capitulo legitur, facit cap. de-
cimas, de reſtit. ſpoliat. cap. conſtitutus, de
filijs Presbiter. cap. contra morem, diſt. 1.
gloſſ. in cap. ex inſinuatione, de procurato-
rib. Bald. & alij, de quib. per ipſum Affl. in
ead. conſtit. ab Officialibus.

De reuocatione exemptionum, & immunitatum conceſſarum vaſſaliis Baronum.
Cap. LXXXIII.

ITem ſupplicat eiuſdem Regni Vniuerſitas, vt eadem Maieſtas dignetur reuocare omnes exemptiones, immunitates, & priuilegia conceſſa, & indulta vaſſallis Baronum, per quæ, ſeu quas dicti Vaſſalli conſecuti ſunt exemptionem à ſolutionibus gabellarum, & aliorum iurium Baronibus debitorum, atque deinceps ſtatuere, quòd dicta priuilegia, & immunitates non concedantur, & ſi fortè concederentur, poſſint dicti Barones, impune illis non parere, quantumcumque dicta priuilegia pænali mandato eſſent vallata. ¶ Placet domino Regi, quòd Vicerex, vocatis ijs, quibus dictæ exemptiones dicuntur conceſſæ, iuſtitiam adminiſtret prætendentibus Inualiditatem talium exemptionum.

Vide in ſua materia in cap. Regni 10. Regis Martini a n. 17. 18. 19. cum plurib. ſeqq. tom. 3. vbi an, & quando Rex, ſiue Princeps poſſit ſe ingerere circa vaſſallos Baronum, ſemel ac eis conceſſit priuilegia, quia hic apparet, quòd non poſſit Rex concedere exemptiones, & immunitates Vaſſallis Baronum circa ſolutiones gabellarum, & aliorum iurium ipſis Baronibus competentibus.

Quòd

Quòd Ciuitas Syracuſarum, cum aliis Terris Camaræ, reducantur ad demanium.
Cap. L X X X I I I I.

ITem ſupplicat eadem Regni Vniuerſitas, cum nihil præſtabilius, nihilque ſanctius ſit, quàm fidem, iuſtaque promiſſa anteceſſorum ſeruare, appareatque, diuæ memoriæ Regem Alphonſum, fideliſſimæ Syracuſarum Ciuitati, publico inſtrumento, ſeu priuilegio pollicitum fuiſſe, eam Ciuitatem, poſt obitum Sereniſſimæ Reginæ Mariæ, eius cariſſimæ vxoris, cui illam in Cameram conceſſerat, ad Regium redire demanium, eamque reductam, promiſit extra demanium non alienare, propterea ſupplicat idem Regnum, quòd eadem Regia Maieſtas dignetur ad Regium demanium Syracuſas, Ciuitatem attrahere, & attractam, & reductam a demanio, non alienare, & eidem in ſingulari priuilegium concedere, vt ſi quando per ſe, vel ſucceſſores, contra fieret, poſſit eadem Ciuitas impunè reſiſtere; & propterea ſupplicat dictum Regnum eidem Maieſtati, quod cæteræ aliæ Terræ, quæ vnà cum dicta Ciuitate Syracuſarum erant de Camera, & modo poſt obitum Illuſtriſſimi Regis ſunt reductæ ad Regium demanium, quòd remaneant, & in dicto Regio demanio perſeuerẽt ¶ Non placet Regiæ Maieſtati, attento quod dominus Rex iam tranſtulit dictam Ciuitatem cum aliis Terris, in Illuſtriſſimam Reginam eius conſortem pro eius Camera. Et placet eidem Maieſtati, quòd in futurum poſt obitum dictæ Reginæ, ipſa Ciuitas Syracuſarum cum aliis Terris, Regio demanio incorporentur, cum prohibitione vlterius non alienandi.

S V M M A R I V M.

Rex Alphonſus donauit pro Camera Reginæ Mariæ vxori ſuæ demanialia, num. 1. cum num. 5. cum ſeqq.

Syracuſana Ciuitas, quæ olim fuit donata per Regem Reginæ Mariæ, reaucta eſt cum ſua Camera ad Regium demanium, num. 2. & nu. 36. cum ſeqq. & habet ſeparatam iuriſdictionem, & prouiſionem reſpectu demanii Regii, & quomodo, num. 7.

Feuda poſſunt per Regem immutari, & fieri burgenſatica, num. 3.

Baronia poteſt reduci per Regem in demanium, num. 4.

Demanialia poſſunt fieri quæ erant ſub Baronus, ibid.

Rex ſiue Princeps, & quilibet dominus poteſt terram, vel caſtrum a ſua iuriſdictione eximere, num. 6.

Camera Reginalis habet ſeparatam iuriſdictionem, & prouiſionem reſpectu demanii Regii, num. 7.

Epiſcopus poteſt eximere vnam Eccleſiam ab alia, num. 8.

Vxori ſi eſt factum legatum per maritum de Camera ſua, intelligitur donaſſe, & legaſſe rem exiſtentem in camera, num. 9.

Continens aliquãdo capitur pro contento, ibid.

Cameræ res ſolent legari per maritos etiam magnates eorum vxoribus, ibid.

Camera dicitur quando Ciuitas non recognoſcit ſuperiorem, nec Principem, num. 10.

Camera Epiſcopalis eſt, in quam intrant ſpretæ pœnæ, num. 11.

Conſtantinus Imperator donationem fecit Papæ Syluestro, & valuit, & referuauit, & retinuit ſibi Neapolim pro Camera, ibid.

Neapolis Vrbs fuit retenta pro Camera per Imperatorem Conſtantinum, quando donationem fecit Papæ Syluestro, ibid.

Donatio facta inter maritum, & vxorem, an per mortẽ alterius ſoleat reuocari, & extingui, & habeat tacitam conditionem ſi ſuperuiuat, nu. 12. 13. 14.

Donatio facta per patrem filio, an extinguatur præmortuo filio, num. 13.

Donatio facta per maritum eius vxori erat de iure prohibita, num. 15. idem ſi erat facta ſponſæ, num. 16. & an poſsit ad dotem agere, num. 17. & quid ſi fuit facta per vxorẽ marito cum clauſula quòd tranſiret ad filios, num. 18. & ſi donatio eſſet facta per maritum in teſtamento, num. 19. fallit in multis caſibus, num. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

Sponſæ ſi erat facta donatio per ſponſum, an altero præmortuo extincta ſit? num. 16. vide nu. 29.

Rex ſiue Princeps ſi donat etiam magna, vxori ſuæ valet donatio, num. 20. cum ſeqq.

Alexander Magnus donauit cuidam pauperi Ciuitatem, qui renuebat acceptare, num. 21. & ipſi Alexandro videbantur minima, nu. ſeq.

Donatio facta per Regem de magnis rebus valet, ibid.

Comitiſſa Matilda donauit tenimenta terrarum triginta milliariorum, num. 21.

Donatio inter virum, & vxorem ex cauſa remunerationis, tenet, num. 22.

Donatio inter virum, & vxorem quando eſt reciproca valet, eſto eſſet inæqualis, num. 23.

Donatio inter maritũ, & vxorem ex cauſa mortis valet, num. 24.

Donatio facta per maritum eius vxori cum clauſula ſi contingat deportari, valet, num. 25.

Donatio facta per vxorem eius viro de iure patronatus, tenet, num. 26.

Donatio facta per maritum plebæum vxori ſuæ nobili, valet, num. 27.

Donatio inter virum, & vxorem propter nuptias tenet, num. 28.

Donatio facta per ſponſum ſponſæ in domo ipſius

ſponſæ

Google

ſponſæ valet.ſecus ſi eſt in domo ſponſi, nu.29.
Donatio dicitur facta, & valet quando vxor dixiſſet ſuo marito, dono tibi me, & mea, & quomodo, num. 30.
Donatio facta inter maritum, & vxorem, accedente iuramento, valet, num. 31, maxime ſi donaſſent in fauorem relligionis, num. 32. dummodo iuramentum non ſit aſſertorium, num. 33. & quid in contractibus, niſi donatio eſſet ſimulata, num. 35.
Maritus, & vxor ſi inter ſe contraherent cum iuramento valent eorum actus, ibid.
Camera Reginalis fuit poſt obitum Reginæ Mariæ continuata in Reginam Donnam Germanam vxorem Caroli Imper. num. 37.
Syracuſarum Ciuitas eſt de nobilibus, & illuſtribus Regni Siciliæ Ciuitatibus, num. 38. dicebatur caput Siciliæ, num. 39. & habet locum quartum, num. ſeq.
Siciliæ Regnũ ob eius fortitudinem ſicuti regitur per tria bracchia, ſic habet tria capita, nu. 40.

IN textu ibi (*poſt obitum Illuſtriſsimæ Reginæ*) legas, poſt obitum Illuſtriſſimi
Regis, alias decretata non conſonaret, &
realiter, ipſa Regina Maria vxor Regis Al
1 phonſi † in quam erat facta donatio de
iſta Camera, vt meminit Fazell. Decad. 1.
lib. 4. fol. 125. viuebat, Rex enim ipſe Alphonſus, vt vidimus in Genealogia deceſſit Neapoli Ann. 1458. & miror quomodo
hæc Regni capitula Regis huius Ioannis
fuerint facta eodem Anno, vt patet poſt c.
89. tam citius. Cum hoc capitulo eſt concordans aliud infra in ſimili cap. 84. & cũ
cap. 106. Regis, & Imperatoris Caroli V.
tom. 8. in quibus eſt inſertus præſens textus
à prima linea vſque ad vltimã ad vnguẽ,
& in vtroque petitur, vt Syracuſarum ip-
2 ſa Ciuitas † reducatur cum ſua Camera
ad Regium Demanium, nam præſupponitur quòd antea fuiſſet de demanio, vt ſupr.
in cap. 1. 2. 3. & 4. Regis Martin. tom. 3. vbi
enumero aliquas terras, ſiue Ciuitates de
demanio, & ſupra hoc tom. in c. xj. vbi tracto de Parlamento, & de Vniuerſitatibus,
quas ibidem recenſui aſſiſtẽtibus in eo, ſicuti enim poteſt Rex res, & bona feudalia
immutare etiam contra leges feudales, &
3 de feudo facere burgenſaticum † vt poſt
Alex. conſ. 1. col. 6 vol. 5. Albert. Brun. conſil. 6. Iaſon conſ. 10. Yſern in cap. 1. de eo,
qui ſibi, & hæredib. ſuis, & in cap. 1. §. ſi vero, de pac. iur. firmat. Io: Blancus in ſumma, tit. quæ res poſſint in feudum dari, colum. penult. poteſt Baroniam in Demaniũ
4 reducere † vt non ſit feudũ Luc. de Penn.
in l. poſſeſſores, C. de fund. patrimonial.
lib. xj. & in l. fin. C. de loca prædior. ciuil.
& in l. contra publicam, de re milit. lib. xij.
Marin. Freccia, de ſubfeud. tit. de origin.
Baron. num. 32 & 33. lib. 1. vbi recenſet aliqua, quæ poſſit Rex, quæ non ſunt præſentis contextus. Et licet hic Dom. Rex
noſter Inclytus Ioannes non conceſſerit,
prout apparet in hac decretata, ibi (*non placet Regiæ Maieſtati*) iſtud fuit, quia petitio
facta per Regnũ erat, vt ſtante quòd mor-
5 tuus erat dictus Rex Alphonſus † qui conceſſerat conſorti ſuæ Reginæ Mariæ hãc
Ciuitatem Syracuſarum cum alijs loco
Cameræ, vt hic in petitione Regni, ibi (*Sereniſsimæ Reginæ Mariæ, &c.*) & ſcripſit
Pern. in ſuo tractatello de Principe, col. 7.
verſic. Princeps, qui dicit poſſe Regem
6 † vel Principem, ſiue quemuis dominum,
Terram, vel Caſtrum generaliter à ſua iuriſdictione eximere, vt latè poſui ad Regias Pragmaticas, tit. 22. de Offic. Prothonotarij, & Secretar. ſub num 9. tom. 1. earundem pragmaticarum, Imo, vt dixerat
idem Gugliel. de Perno, vbi ſupra ſunt ſeparatæ iuriſdictiones, & prouiſiones reſ-
7 pectu demanij Regii † & Cameræ prædictæ Reginalis, nam vna non ſe extendit
ad aliam, vt etiam dixi in dictis pragmaticis loco citato, beneuerum, quòd, quoad
ius reuerentiale, non intelligo eſſe exemptum, ſicut dicimus de Epiſcopo eximen-
8 te vnam Eccleſiam † vt eſt videre ex dictis tacite adductis ab eodem Perno loco
præcitato, ex Oldrad. per eum citato, &
per text. in l. fin. §. libertus. & ibi Gloſſ. C.
de bon. quæ liberis, & ita de hoc verbo
Cameræ pulchrè declaratur per Bald. in
rubr. C. de verbor. ſignific. vbi ponit, quid
contineat legatum factum per aliquem
9 vxori ſuæ de Camera ſua † dicens quòd
ponitur continens pro contentis, per l.
fin. ff. de pet. legat. & allegat etiam Bartolum ibidem, Angel. in l. teſtamento, quem
refert Æmil. Maria Manoleſſi, ad Bertacchin. verbo Camera, part. 1. fol. 232. col. 2.
quem ſimpliciter refert, & ſequitur Additio ad Bart. in l. penum meam, ff. de penu
legat. & ibi etiam Bar. qui dicit, quòd intelligitur donaſſe, & legaſſe rem exiſtentem
in Camera, & in l. pater, §. menſæ, ff. de leg.
2. l. cum tabernam, ff. de pignor. Bald. in l.
certo generi, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.
Andr. Barbat ad Bald. in l. dicta rubr. C. de
verb. & rer. ſignific. & ita puto quòd aliqui magnates in Regno exemplo Regis
Alphonſi, donauerunt eorum vxoribus aliqua, pro Camera, vt ſplendide, & laute
viuant, prout fecit Don Antonius Vitus,
de Moncata Comes Adernionis, & Calataxibettæ, qui aſſignauit Dominæ Ioannæ Aleonoræ vxori ſuæ vncias ducentas,
quinquaginta duas reditus in anno 1534.
vt ſcripſi in deciſ. M. R. C. 199. verſic. quinto cum verſ. ſeqq. quamuis de hoc verbo,
10 Camera † habeas etiam text. in l. apud hoſtes, ff. de capt. & poſt l. reuerſ. de qua per
Bartol. in l. 3. §. à municipibus, ff. de bonor.
poſſeſſ. vbi ait, quòd quando Ciuitas non
recognoſcit ſuperiorem, nec Principem,
tunc ipſa eſt Camera ſui ipſius, & quæ di-
11 xi de Camera † Epiſcopali alibi, in cap. 6.
Regis Alphonſi, num. 8. num. 7. tom. 4. poſt
Marc. Anton. Sola, Carauit. & alios, addo
Paul. de Caſtro, conſil. 96. Circa ea, lib. 1.
Dec. conſ. 404. in princ. de quibus latè mẽtionem facit Illuſtriſſ. Cardin. Tuſchus, in

ſuis practic. concluſ. iuris,verbo,Camera
vbi etiam loquitur de Camera Apoſtoli-
ca,Bald.in rubr.C.de priuileg. fiſci, Iaſon
in §.ſuerat col.13.inſtit.de actionib.& latè
poſt Andr.Aluarott.Zaſ. Luc.de Penn. Bu-
dæum, Chaſſanæum, Rebuff. & cæteros
ponit Marin.Freccia,in d.tract.de ſubfeu-
dis,tit.de Offic.Magni Camerarij, nu.17.
18.19.& 20.lib.1. vbi ſubdit, quòd quando
Conſtantinus Imperator fecit illam dona-
tionem Papæ Syluestro, de qua ſcripſi in
cap.9. & 38. Regis Iacobi, tom. 1. & in
proœm. Capitulorum Regni Regis Fede-
rici,num.32. tom. 2. cum locis ibi citatis,
quæ vera fuit,vt poſt Fælin. Alber. Augu-
ſtin.Steucum, Præpoſit.Alex. Claud. Sey-
ſell. Neuizan. Petr.de Gregor.& alios ait
Scipio Theodor.alleg.x.num.58. reproba-
to Laurentio Valla,non obſtantib quod in
decretalib.inſcribatur Palea,reſeruauit ſi-
bi Ciuitatem Neapolitanam pro Camera
ipſius imperij,quam ſemper retinuit & di-
citur camera Regis, & ex not. per gloſſ.
in rubr.C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12. Re-
buff.Chaſſan.Ioann. Andr. & cæteros,qui
faciunt mentionem de hoc verbo, Came-
ra, Io: Lecirier.Budæus, Luc. de Penn.&
ceteri,prætendebat fortè Vniuerſitas hæc
Regni, vt reaſſumam, quæ dixi ſuperius,
quòd ipſa donatio facta per ipsũ Regẽ Al-
phõsũ ſuæ Cõſorti,quòd eſſet extincta, ex
quo præmortuus fuit,quia donatio facta
inter maritũ,& vxorẽ,eſto dubiũ valdè ſit
inter DD.vtrũ teneat,tñ. aliqui voluerint,
12 quòd per mortem alterius reuocetur † &
ſic dum præmortuus fuerit ipſe Rex, ex-
tincta videbatur huiuſcemodi donatio, ſi-
cuti ac ſi v.g. obijſſet, & præmortua eſſet
ipſa Regina Regi,vt voluit Dec.conſ.240.
col.2.quod ex natura donationis factę in-
ter maritum,& vxorem, eſt vt habeat ta-
citam conditionem, ſi vxor ſuperuiuat
poſt mortem mariti donantis,ideoque, ſi
vxor donataria præmoriatur eius marito
viuente,& ſuperſtite,talis donatio reſolui-
tur,per l.à marito,C.de donat. inter virũ,
& vxorem,ff.de reb.dub. l. ſi inter virum,
Paul.de Caſtr. conſ.345.Bald.conſ.29. libr.
3.aliàs lib.1.idem Dec. conſil. 536. num. 8.
quem de Noſtratibus ſequutus fuit Dom.
Ferdinand. Boniorn. Doctor celebris qui
13 loquitur in donatione facta fillo † in Cau-
ſa Buccherij,lib.1. feudal.etiam ſi eſſet cõ-
firmata iuramẽto,Prouinzalis,in d.l.a ma-
rito,C.de donat.int.vir.& vxor.quæ tamẽ
Decij opinio,& ſequacium non eſt vera
14 † & contra eum tenuit Sacrum Conciliũ
Neapolitanum ſic pluries decidendo, vt
ait Io: Franc.de Ponte,conſ. 19.nu.11. vol.
1.eamque reprobauit Portius,concluſ. 1.
lib.2.verſic.limita ſecundo, & verſic. ter-
* tio,vbi refert com. * cum verſic.ſubſequẽ-
tibus,Aymon,conſil.15. Barbat. conſil. 59.
col pen,& fin.vol.1. Soccin. conſ. 61. col.
3.Bald.Nouell.in tract.dot part.x. col.4.in
fine,idẽ Paul.de Caſtr.d.cõſ.345. col.3.vol.
3. ¶ Vel niſi dicamus quòd prætendebat
dicere in hac petitione facta per Regnũ,
quòd dicta donatio facta de ipſa Ciuitate
Syracuſarum,& de alijs terris in Camerã,
ex quo erat inita inter maritum, & vxo-
rem,& ſic inter ipſum Regem Alphonsũ,
& Reginam Mariam, conſequenter non
15 tenebat talis donatio † tamquam de iure
prohibita regulariter, ex adductis per
Marſil.ſingul.50.& 333.Dec.conſ.202.Vi-
uius in concluſ.iuris verbo, donatio,num.
5.l.donationes,C.de donat.int.vir.& vxor.
& tetigi in cap.Regni 5.Regis Iacobi, ſub
num.4.tom.1.& in deciſ.M.R.C.71. num.
14.quod intantum eſt verum,vt procedat
16 adhuc quando donatio eſſet facta † ſpon-
ſæ per verba de præſenti,quia nec valere
ait Andr. de Yſern. & Additio ad eum in
conſtit.Regni,ſtatuimus,de Offic.Magiſtri
Iuſtitiar.fol.63.col.2. ¶ Quinimmo nec
17 poſſit maritus dotes augere † ad tradita
per Surd.conſ.164.num.58.& ſeq.lib.2. qui
dicit,quòd adhuc eſſet donare, ex Natt.
conſ.147.num.3.Item intantum procedere
18 de iure communi,vt ſi donatio fieret † per
vxorem marito,ita vt poſt eius mortem
tranſeat ad filios,nam talis donatio erit in
totum nulla, per l. ſulpitius, ff. de donat.
int.vir.& vxor.Surd.conſ.250. num. 35. d.
vol.2.ex Paul.de Caſtr. conſil. 150. vol. 2.
19 Rurſus eſto donatio † eſſet facta per ma-
ritum vxori in teſtamento,qui de morte
cogitat,quia nec valet, vt per Menocch.
* de com.* teſtantem conſ.39.num.53.lib.1.
& quicquid ſit non eſt ita, quia talis con-
cluſio ſic regulariter propoſita patitur
20 mille limitationes † & inter alias eſt, non
procedere,quando Princeps, ſiue Rex ip-
ſe donat vxori ſuæ,vt in caſu noſtro ſic di-
xi poſt Iaſonem in d.cap. Regni, 5. Regis
Iacobi,loco citato,nec mirum,quia ſi legi-
21 mus quòd Magnus ille Alexander † dona-
uit cuidam pauperi Ciuitatem renuenti
accipere ob ſuam tenuiſſimam fortunam
reſpondens, non quæro quid te accipere
ſed quid me dare oportet,& de Comitiſſa
Matilda donante tenimenta terrarum tri-
ginta milliariorum, ipſa tamen dicente
aliquantulum terræ concedo, & ſic quaſi
de minimis,argumento eorum, quæ dixi
ſupra in cap.52.verſic.Ratio,& in puncto
ſic poſuit Simon de Pretis in tract. de in-
terpetr. vltim.volunt.lib.4.dubitat. xj. nu.
54.& 55. quanto magis quãdo Rex donat
Reginæ conſorti ſuæ, ¶ Sicuti nec pro-
cedit,quando eſſet facta ex cauſa remune-
22 rationis † nam valet,vt per Boniſac. de
Rogger.conſ.15.nu.27.lib. 1.idem Viuius
in eius concluſionib.d.verbo,donatio,in 2.
fallentia Carroc.de locat. & conduct. tit.
de merced.remuneratoria,nu.24.& ſcrip-
ſi in d. deciſ. 71. num.14. ¶ Sicuti etiam
23 quando eſſet reciproca † nam tenet,idem
Marſil.d.ſingul.50.& 333.Dec.d.conſ.202.
in fine,num.4.& Additio ad eum,etiam
ſi ſit inæqualis,& conſ.232.col. penul.poſt
Cyn. Bald. Salycet. & Abbatem ¶ Vel
24 quando talis donatio eſſet facta † ex cau-
ſa

ſa mortis,quia valida eſt,l.ſi cum,§.ex quib.
cauſis,ff.de donat. int. vir. & vxorem re-
fert,& ſequitur Dec.conſ.196. col. penult.
Paul.de Caſtr.conſ.99.in fine,videatur. Al-
ciat.lib.2.de verbor.ſignif.Bald.Alexãder,
Angel.&alij de quibus per ipſum Decium
¶ Vel quando talis donatio eſſet fa-
25 cta cum hoc † vt ſi contingat maritum
deportari,nã tenet,tex.eſt in l.ſed ſi mors,
§.1. ff.de donat. int. vir. & vxor. Iaſon, in
Auth.ſi qua mulier,C.de Sacroſ.Eccleſ.nu.
31.& 32.Dom. Præſes de Ameſcua , in
tract.de poteſtat.in ſe ipſum,cap.23.num.
26 18.& ſeq.lib.1. ¶ Aut quando vxor † do-
naret marito ius patronatus , quia tunc
valet donatio , Viuius in eiſdem ſuis con-
cluſionibus,d.verbo, donatio inter vir. &
vxor.limit.4.num.6. ¶ Vel quando ma-
27 ritus fuiſſet plebæius † & donaret vxori
nobili,idem Viuius, num.7. de quo recor-
dor poſuiſſe in eadem deciſ 71. num. 15.
¶ Aut ſi talis donatio eſſet propter nup-
28 tias † prout refert, & ſequitur Suarez , in
l.1.de las arras,num.29.l.ſi conſtante,C.de
donat.ante nuptias,ibique dicit poſſe fieri
etiam poſt contractum matrimonium
¶ Sicuti valere etiam dicunt DD quando
donatio eſſet facta per ſponſum ſponſæ,
29 † & fuiſſet facta in domo ipſius ſponſæ,
ſecus ſi ſponſa erat penes ſponſum , & ſic
eius domi, vt per ipſum Dec.d. conſ. 232.
col pen.prope principium,Speculat.tit.de
donat.int. vir.& vxor. verſ. & ſcias,& vi-
detur hoc audiuiſſe Surdus,d.conſ.164.nu.
59. vbi quòd nõ prohibetur ſponſus dona-
re ſponſæ,l.inter eos,& l.cum hic ſtatus,§.
ſi quis ſpõſam,ff.de donat.int.vir.& vxor.
Bald.in l.cum in te,C.de donat.ante nupt.
Io: Lup.in rubr.de donat.int.vir. & vxor.
§.3.num.4.Lancellott. Gallia , in Conſue-
tud. Alexandrin.in verb. Maritus.quæſt.1.
num.17.cum ſeq. ¶ Prout etiam valere
30 dicunt DD.quando † mulier dixiſſet ma-
rito ſuo,do tibi me,& mea,& non dixerit
ex cauſa dotis, quia intelligitur , vt per
Andr.Barbat.ad Bartol. in l.1.§. conditio-
num,littera D, ff. de condit. & demonſtr.
& per tradita à Couarr.pract.quæſt. cap.
28.col.2.fol.441. ¶ Maximè accedente
31 iuramento † quia quicquid ſit de diſputa-
tione,vtrum ne valet inter maritum,& v-
xorem donatio,tamen accedente ipſo iu-
ramento,validam concluditur eſſe, vt tã-
go infra in cap.61. Regis Ferdinãdi , ampl.
6.tom.7.poſt Bart & alios in l.diuortio, ff.
ſolut.matrim.Roman.Aret.Alex.Soccin.
Fælin.Gozadin.Rub Ruyn.Bertrãd.Rol-
land.Menoech.Ioſeph Ludouic. Maſcard.
** teſtatur de magis ** comm.opin.Surd. cõ-
ſil.489.in princ.vol.4. Guglielſ. de Cuneo,
in l.ſed etſi poſſeſſori,§.item ſi iurauero,ff.
de iureiur.Bart.in l.ſeius,& augerius,ff.ad
32 l.falcid.præſertim † ſi donaſſent in fauorẽ
religionis,Bald.conſ. 30.lib.3. Abb. conſil.
48.& conſ.95.lib.2.Paul.de Caſtro , conſil.
** 98. Dec. d. conſ.202.vbi de magis ** com.
& d.conſ.232.quicquid ibi dixerint Addi-
tiones,& conſ.240.Marſil.Pract. crimin.§.
conſtante,num.7.Soccin.inter conſil. Ma-
rian.Soccini,Senior.95.col.5.Barbat. con-
ſil.57.col. 3.Alciat.conſ.47. Boer. quæſt. 5.
Aponte d. conſ.19. col. 3. ſic etiam tenet
Ripa,reſponſ.122.& reſp.124 in tit.de don.
* int.vir. & vxor. qui ait eſſe com. * opin. &
reperiri canonizatã,& reſp.125. vbi refert
DD.pro,& contra,& dicit eſſe crebriorẽ,
quòd confirmetur iuramento , Roderic.
Suarez in d.l.1. de las arras , ſub num. 23.
** vbi de magis ** com.opin.Alex. conſil.54.
num.8. qui plura cumulat lib.1.Viuius,v-
bi ſupra in verbo,donatio in eius conclu-
ſionibus . Beneuerum quòd iuramentum
33 † non debet eſſe aſſertorium, ideſt , ſi quis
dicat,iuro per has ſacras manus Sacerdo-
tis,quòd dono bona mea vxori meæ , quia
hoc caſu nõ valet talis donatio,& iſto mo
do poteſt procedere opinio cõtraria,& la
tiſſime idẽ Rip.reſp 127.vbi referẽdo DD.
* pro,& contra,affirmat de com. * opin. vt
ſupra . Et dato quòd non valeret , prout
34 valet,tamen † omnes contractus alij præ
ter ipſam donationem, valent inter eos,
Prouinzal.in rubr.C.de donat. int. vir. &
35 vxor.niſi ipſa donatio eſſet ſimulata † quia
tunc non obſtante d. iuramento, non va-
let, Viuius vbi ſupra, & propterea ſtante
quòd illa concluſio quòd donatio inter
virum,& vxorem non valet , fallit tot mo-
dis,merito Rex noſter negatiuè hic,decre-
tauit (*non placet*)

Quo vero ad aliam decretatam,affirma-
tiuè reſpondendo,dixit,ibi,(*& placet eidem
Maieſtati , vt in futurum poſt obitum dictæ Re-*
36 *ginæ,Ciuitas Syracuſarum † cum alijs terris,Re-
gio demanio incorporetur*)& quamuis realiter
illo tẽpore,non obſtante d. obitu Reginæ
Mariæ non fuerit ipſi Regio demanio in-
corporata,eo quia legimus in d.cap.84 &
106. Regis, & Imperatoris Caroli , quod
37 Camera Reginalis † prædicta fuerit con-
tinuata in Reginam Donnam Germanã
vxorem dicti Caroli,attamen iam ibidem
decretauit,quòd placet tractare cum ipſa
Regina,& dare ei recompenſam , nec ab
re fuit in tot vicibus ſic ſupplicatum Regi-
bus,adhoc,vt reduceretur ad Regium De-
manium , quia Ciuitas ipſa Syracuſarum
38 † eſt de Nobilibus, & Illuſtribus Regni Ci-
uitatibus,& ſecundum Tiraquell.in tract.
de iure primogenior,in præfatione , tom.
1.ſub num.7. fol. 299. col.1. ex Diodor. Si-
39 cul.lib xj. eſſe eam caput Siciliæ † quæ fa-
ciunt pro ijs,quæ eruditiſſimè ſcripſit Dõ
Vincentius Mirabella , & Alagona eques
Siracuſanus in declaratione antiquarum
Syracuſarum part. 2. fol. 36. qui etiam ex
Valer.Maxim cap.3.ſecundi libri (*della
raggion trionfante*) dicit , Siciliæ caput Sy-
racuſæ,Polib. Iſidor. Liuius Florus , & alij
ſic etiam affirmarunt, non diſcedendo ta-
men ab ijs , quæ ſcripſi ſupra in capit. xj.
ampliation.1.cum ibi citatis abſque præ-
iudicio veritatis Vrbis Panhormi, iam
enim Vrbs Meſſanæ prætendit eſſe caput

vt vidimus ſupr.in eod.cap.xj.nu.16.niſi di-
40 camus hoc eſſe ob fortitudinem † Regni, quia quemadmodum habet tria bracchia, vt in eod.cap. xj. legimus, num. 4. ſic tria capita fortitudinem Cerberi demonſtrans, de quo per Poetas, a quibus fingitur, quòd eſt canis triceps, ſic per Græcos χίρσερος denominamus, & ſic vt concludam, ita realiter fuit reducta ipſa Ciuitas Syracuſarum ad ipſum Regium Demanium, apparet ex ſeſſionis ordine, quē vidimus in d.cap.xj.vbi loquuti ſuimus de Parlamentis, quia eſt quarta poſt Panhormū, Meſſanā, & Cataniam.

De obſeruatione Capitulorum, & pœna contraucnientium. *Cap.* L X X X V.

ITem, cum perſæpè gratiæ conceſſæ per Principem, ab aliquibus Officialibus, & alijs non obſeruantur, contra mentem, & Principis largitatem, atque munificentiam, permaximè ſupplicat Regnum Regiæ Maieſtati, vt dignetur concedere, quòd nullus officialis maior, ſiue minor, nec perſona aliqua, cuiuſcumque dignitatis ſit, & poteſtatis exiſtat, valeat contrauenire dictis Capitulis, ſed ea obſeruare ad vnguem teneantur, aliàs ſi ſecus fuerint, contrauenientes ipſo iure incidant in pœnam florenorum mille, & toties quoties contrauenerint, quam pœnam Fiſcus, hoc caſu exigere poſſit, & ex officio procedere aduerſus contrauenientes ¶ Placet Regiæ Maieſtati, de Capitulis conceſſis.

In pluribus locis poſui, vt hæc omnia capitularia Regni obſeruentur, per omnes ſub pœna, & ſtent in viridi obſeruantia, de quibus mentionem feci ſupra in cap.445. Regis Alphonſi, vbi cito loco concordantia.

Quòd Capitula interpetrentur in fauorem Regni, *Cap.* L X X X V I.

ITem, cum perſæpè accidat, fieri dubitationes in reſcriptis Regijs, & alijs prouiſionibus per Officiales, ad quos mittuntur, & poſſet contingere, quòd orirentur dubia circa intellectum aliquorum ex Capitulis antedictis, & reſponſionibus Regijs, ſupplicat totum Regnum Sacræ Regiæ Maieſtati, quòd in huiuſmodi incidentibus dubitationibus ſemper fiat interpetratio, & fieri debeat circa dicta Capitula, & reſponſiones, in fauorem Regni, & non aliàs ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

Sic ſcripſi in cap.406. & 456 Regis Alphonſi, nu.25.tom.5.cum ibi citatis, & ita pertranſit hic Bonforn.dicens quod capitula, & priuilegia interpetrantur largiſſimè contra concedentem, ex Bart.in l.ſi quando C de bon. vac. lib.x. Iaſ.in l.fin.ff.de conſtit.Princ.num.19. & in l.1.C de Sacroſ.Eccleſ.num.5. maxime quando de proprio motu, & non ad partis petitionem ſunt conceſſa.

Quòd per quattuor annos non exigantur collectæ ordinariæ.
Cap. L X X X V I I.

ITem, cum propter præteriti temporis indiſpoſitionem, Regnum ſit ad extremam calamitatem reductum, ſupplicat ob id Sacræ Maieſtati, facere ipſum exemptum à iure collectarum ordinariarum per annos quinque, ſi infra id tempus caſus acciderit, quòd collectæ aliquo caſu legitimo exſolui deberent ¶ Placet Regiæ Maieſtati, ad quatuor annos, incipiendos in menſe Septembris proximè futuro, anni nonæ indicionis, niſi ſua ſponte dictum Regnum ſoluere vellet.

Habes de hac materia collectarum ſcriptum ſupra in cap.54. Regis Martini à num.86. vſque ad num.100.tom.3. & in cap.537. Regis Alphonſi, tom.5.

Quòd pro expeditione præſentium Capitulorum non ſoluatur ius ſigilli.
Cap. L X X X V I I I.

ITem, cum prædictum Regnum exiguum ſit, & tenue facultatibus, ſupplicat Sacræ Regiæ Maieſtati, vt placeat concedere, quòd pro impetratione dictorum Capitulorum, & expeditione, nihil teneatur ſoluere, nec ad id compellatur pro iure ſigilli, ſed à dicto iure exemptum fieri placeat, & gratis prout hactenus eſt obſeruatum. ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

Con-

Conſimilia capitularia cumulaui ſupra in hoc propoſito in cap.378. Regis Alphonſi, verſic. ſin autem,num.11.tom.5.

Quòd non derogetur priuilegijs Ciuitatum, & Terrarum, Prælatorum, & Baronum.
Cap. L X X X I X.

ITem ſupplicat Vniuerſitas totius Regni,vt per præſentia Capitula,& eorũ decretationes,non intelligatur aliquo pacto derogatum priuilegijs Prælatorum, Baronum, & Ciuitatum,Terrarum,& locorum dicti Regni, niſi catenus, quatenus præfati Barones,Ciuitates,Terræ,& loca vellent conſentire ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

Videas ſupra in cap.62.hoc tom.vbi adduco concordantia loca ad iſtud propoſitum.

APVD Terram Calathagironi, præſentia Capitula fuerunt acta die, decimonono Nouembris, vij. Indicionis, 1458. Quod eſt actum, & datum in noſtro Regali Palatio, ſiue Alchafariæ, Ciuitatis Cæſareæ Auguſtæ, die xxv. Menſis Februarij,viij. Indicionis, Anno à Natiuitate Domini 1460. Regnique noſtri Nauarræ, Anno xxxv. aliorum vero Regnorum, Anno tertio.

Fidehomagium præſtitum per Oratores Siciliæ DOMINO REGI IOANNI.
Cap. X C.

IN CHRISTI nomine amen. Pateat vniuerſis, quòd nobis Ioanne, Dei gratia, Rege Aragonum,Siciliæ,Nauarræ,Valentiæ,Maioricarum,Sardiniæ, & Corſicæ, Comite Barchinonæ,Duce Athenarum,& Neopatriæ, ac etiam Comite Roſſilionis, & Ceritaniæ. Apud Ciuitatem Barchinonæ,in quadãaula maiori, ſuperiorique Domus Epiſcopalis dictæ Ciuitatis, in qua in præſentiarũ noſtrã facimus reſidentiã prò Tribunali, Regioque in noſtro ſolio more ſolito,publicè conſedente,vbi Prælatorum,Comitum, Baronum,Nobilium,Militum,& aliarum gentium adeſt multitudo, audiuiſtis Maieſtatis noſtræ præſentiam, Vos Reuerendus in Chriſto Pater, & Spectabiles, Magnifici, Nobiles dilecti, & fideles noſtri Oratores, & Legati, vt infraſcripti ad Celſitudinem noſtram pro Regno noſtro Siciliæ prædicto,pro omnibus Prælatis,& perſonis Eccleſiaſticis, Marchiones Comitibus,Baronibus,Ciuitatibus,Collegijs,Terris,Caſtris,locis,villis,oppidis,illorumque Ciuibus Incolis,& habitatoribus totius Regni noſtri prędicti Siciliæ,& etiam pro vobis ipſis,qui præſtitiſtis nobis, & in poſſe noſtro Sacramentũ,& homagium legitimæ fidelitatis ore, & manibus commendatum,ſub forma contenta in quadam papyri cedula, per vos oblata, & de noſtro mandato lecta per noſtrum fidelem Secretarium, & Notarium ſubſcriptũ, cuius tenor talis eſt (Nos Oratores,& Legati ad Maieſtatem tuam pro tuo Siciliæ Regno, omni qua decet,poteſtate pleni,ad infraſcripta ſpeciali mandato deputati, videlicet, Simon miſeratione diuina Panhormitanus Archiepiſcopus,pro omnibus Prælatis,& perſonis Eccleſiaſticis Regni,& pro me,iuro,fidelitatiſque iuramentum præſto tibi Sereniſſimo Principi,& Domino Don Ioanni,Dei gratia Regi Aragonum,Siciliæ,Nauarræ,Valentiæ,Maioricarum Sardiniæ,Corſicæ,Comiti Barchinonæ, Duci Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comiti Roſſilionis,& Ceritaniæ,Domino noſtro,& ſucceſſoribus tuis,per Deum, & Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius Sancta quatuor Euangelia,per me corporaliter tacta,in animas meorum principalium,& meam,prout de iure,& conſuetudine,aut aliàs tenemur. & Guilermus Raymundus de monte Cathino, Magiſter Iuſtitiarius Regni prędicti Siciliæ,Comes Adernionis, Antoninus de Luna Comes Calatabilloctæ,magnus Conneſtabilis eiuſdem Regni, Vaſſallus de Speciali, Miles, & Hieronymus de Anſalone legum Doctor, vnà cum alijs Collegatis noſtris,pro omnibus Marchione,Comitibus,Baronibus, Ciuitatibus, Collegijs,Terris,locis,Villis,oppidis,illarum Ciuibus,incolis,& habitatoribus totius Regni prædicti,& etiam pro nobis iuramus in animas noſtrorum principalium,& noſtras, per Crucem Domini Noſtri Ieſu Chriſti,& eius ſancta quatuor Euangelia,corporaliter per nos tacta, fideli-

delitatem,ligium,homagiumque præſtamus,quòd ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ noſtræ erimus fideles Vaſſalli tibi Sereniſſimo Domino noſtro, & ſucceſſoribus tuis,& nunquam ſcienter erimus in conſilio,vel auxilio,vel in facto,quòd tu amictas vitam, vel membrum aliquod,vel tu recipias in perſonam aliquam læſionem, iniuriam, vel contumeliam,vel quòd tu amictas aliquem honorem,quem nunc habes, vel in antea habebis, vel rem aliquam,quam modo poſſides,vel poſſidebis,&,ſi ſciuerimus,vel audiuerimus de aliquo, qui velit aliquod iſtorum contra te facere,pro poſſe noſtro,vt non fiat,impedimentum præſtabimus,& ſi illud præſtare nequiuerimus,quàm citius poterimus, tibi nunciare curabimus; & contra eum,vt poterimus,vel debemus,tibi noſtrum auxilium præſtabimus. Et ſi aliquid in Secreto nobis dixeris,illud ſine tui licentia,nemini pandemus, Et ſi conſilium à nobis poſtulaueris,illud tibi dabimus,quòd nobis magnæ tuæ Serenitati, expedire videbitur, & numquam aliquid ſcienter faciemus, quod ſit ad tuæ Maieſtatis iniuriam, vel contumeliam.) Quibus ſic peractis incontinenti Nos dictus Rex Vobis dictis Oratoribus,& Legatis præſtiteimus iuramentum,prout continetur in ſubſcripta papyri Cedula,quæ talis eſt (NOS Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ,Nauarræ, Valentiæ,Maioricarum,Sardiniæ,& Corſicæ,Comes Barchinonæ,Dux Athenarum,& Neopatriæ,ac etiam Comes Roſſilionis,& Ceritaniæ, promictimus in bona fide Regali, & iuramus ſuper Crucem Domini Noſtri Ieſu Chriſti,& eius Sancta quatuor Euangelia coram nobis poſita,& per Nos manualiter tacta, vobis Oratoribus,& Legatis ad noſtram Maieſtatē, deſtinatis pro Regno noſtro Siciliæ prædicto,ſeruare Capitula,priuilegia,immunitates,& libertates conceſſas per Nos, & prædeceſſores noſtros,Prælatis,Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis, Marchioni, Comitibus, Baronibus,Ciuitatibus,Collegijs,Terris,Caſtris,locis,Villis,oppidis,illarumque Ciuibus,Incolis, & habitatoribus; vſus etiam,& conſuetudines,& bonos mores, prout melius hactenus vſi fuerunt,illaque cuſtodiemus,& obſeruabimus,cuſtodiri, & obſeruari mandabimus per omnes, & quoſcumque Officiales noſtros: in quorum omnium teſtimonium volumus,& mādamus, ad veſtrique etiam dictorum Oratorum ſupplicationem, & requiſitionem,quòd de prædictis omnibus fiant,& tradantur tot inſtrumenta originalia,per Secretarium noſtrum, & Notarium infra ſcriptum,quot nos voluerimus, & vos, & quilibet veſtrum prædictorum ſuperius expreſſatorum,quorum intereſt,& intererit,inde petieritis, & petierit ſibi tradi. Quæ fuerunt data,& acta in dicta Ciuitate Barchinonæ,& in aula ſuperius,dicta die xxix. Menſis Ianuarij Anno,à Natiuitate Domini MCCCCLX. Regnique noſtri Nauarræ, anno tricesimo quinto,aliorum vero Regnorum noſtrorum, anno tertio. IOANNES Dei gratia Rex Aragonum,Siciliæ. Nauarræ,Valentiæ,Maioricarum,Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ,Dux Athenarum,& Nenpatriæ,ac etiam Comes Roſſilionis,& Ceritaniæ,qui dictum iuramentum,prout ſuperius cōtinetur,facimus,& præſtamus,& huic publico inſtrumento ſigillum noſtrum commune negotiorum dicti Regni Siciliæ in pendenti iuſſimus apponendum. REX IOANNES ¶ Teſtes,quo ad prædicta omnia præſentes fuerunt, Inclytus Ioannes de Aragona,Reuerendus Rogerius Patriarcha Alexandrinus, Epiſcopus Vrgelli Petrus Durrea Archiepiſcopus Terragonenſis, Venerabilis Iacobus Cardona, Epiſcopus Gerundienſis,Cancellarius,& frater Ludouicus Dempnis,miles,magiſter militiæ ordinis Beatæ Mariæ Mitiſiæ Sancti Georgij,Spectabilis,Magnificus Ioannes, Comes Morterarum de Pratis,Nobilis Lupus Ximen Durrrea Vicerex Regni Siciliæ prædicti,& Ioannes Pages Legum Doctor, Vicecancellarius,omnes Conſiliarij domini Regis pro dicti ¶ Signū mei Dominici Dego, Sereniſſimi domini Regis prædicti Secretarij, Regiaque anthoritate, Notarij publici,per totam ipſius terram,& dominationem,qui prædictis omnibus,& ſingulis,dum ſic,vt præmictuur,agerentur,& fierent,vnà cum prænominatis teſtibus interfui, eaque; ad mandatum domini Regis,& rogatum, & requiſitionem præfatorum Reuerendorū, Spectabilium,Magnificorum,& Nobilium Oratorum,& Legatorum Regni Siciliæ ſcribi feci, & clauſi,corrigitur tamen,vbi dicitur in lineis xv. nobis, xx. ſupplicationem, & requiſitionē ¶ Dominus Rex mandauit mihi Dominico Dego,& viderunt ea Ioannes Vicecancellarius, & Iacobus Paulus Fiſcalis domini Regis pro Conſeruatore Siciliæ, extracta eſt præſens copia ab original priuilegio,& Iuramento facto in Cathalonia, depoſitato penes me Franciſcum de Leto Cancellarium.

De ſimilibus iuramentis ſolitis præſtari per Reges poſui ſupra in cap, 407. & 449. Regis Alphonſi,cum ibi citatis,tom. 5. & colligo hinc quòd tempore huius Regis incliti Ioannis, vnus Marchio ſolus in Regno erat ibi (Marchione) & ibi (Marchioni)

Capitula,& Ordinationes factæ pro Officio Admirati in Regno Siciliæ

Initium Priuilegij. *Cap.* XCI.

NOS IOANNES, Sereniſſimi Domini noſtri Regis Aragonum, & Siciliæ Secundogenitus,& Dux Pugnafiel,& in dicto Regno Siciliæ, pro eodem domino noſtro Rege Vicerex. Nobilibus,Magiſtro Iuſtitiario,Comitibus,Baronibus,militibus,Iudicibus Magnæ Curiæ,Straticoto,Patritio,Senatori,Capitaneis,Iudicibus, Iura-

Iuratis,& cæteris alijs Officialibus dicti Regni,præſentibus,& futuris,ad quos præſentes peruenerint. Conſiliarijs, familiaribus, & fidelibus noſtris ſalutem. Nobilis, & dilectus Conſiliarius noſter Sanchius Roys Delicori Vicecomes Gagliani, & dicti Regni Siciliæ Admiratus noſtræ Excellentiæ nonnulla Capitula, extracta ab originali regiſtro Cancellariæ præſentauit, quibus Illuſtriſſimus Dominus Rex Martinus, olim Rex Siciliæ,& Aragonum primogenitus, memoriæ recolendæ, cum matura ſui Conſilij deliberatione, tam Nobilem Admiratum, quàm cæteros eius Officiales vti voluit in officio, ac exercitio officij Admiratiæ Regni Siciliæ antedicti, tenor quorum per omnia talis eſt.

CAPITVLA edita per noſtram Curiam ſuper exercitio Admiratiæ Regni noſtri Siciliæ per eundem Admiratum, ac Vice admiratos Ciuitatum, Terrarum, & locorum dicti Regni, nunc præſentes,& qui pro tempore fuerint, exercenda,& obſeruanda, reformata, & in vnum corpus redacta ex diuerſis capitulis, pro eodem officio ordinatis, de expreſſa voluntate, conſcientia,& mandato noſtro.

In primis, quòd de Nauibus, Galeis, vel lignis de remis, tam Curiæ, quàm quarumcumque aliarum perſonarum, cuiuſcumque gradus, ſeu dignitatis exiſtant, quæ ad piraticam exercendam,& quæ armantur de pecunijs Curiæ, quàm quarumcumque aliarum perſonarum, & ſolida ad menſem ſoluantur marinarijs,& alijs perſonis ipſarum armationi deputatis, Admiratus, vel eius Locumtenens, pro parte Admirati prædicti habere debeat à quolibet marinariorum perſonarum ipſarum quolibet menſe granos quinque, ſuis vtilitatibus applicãdos.

Item quod quælibet Galea, ſeu lignum, piraticam exercentia, præfato Admirato, ſeu eius Locumtenenti, pro eo ſoluere teneantur tarenum vnum pro quolibet ſcalmo.

Item armatores dictarum Nauium, Galearum,& lignorum quorumcumque, armandorum de licentia Curiæ ad piraticam exercendam, debent ſoluere pro iure Cancellariæ, ratione fideiuſſoriæ cautionis recipiendæ, ab eiſdem armatoribus, de non offendendo fideles amicos,& treguatos Regios, atque noſtros, in perſonis, rebus, vaſſellis, & mercibus eorum, & etiam pro litteris patentibus, pro qualibet naui, vncias auri duas, de lignis vero remigum, ſi lignum fuerit de remis duodecim vſque ad triginta duos, tarenos quindecim, ſi fuerit de remis triginta duobus vſque ad remos octuaginta, vnciam auri vnam, ſi fuerit de remis octuaginta vſque ad centum viginti, vncias auri duas, pro quolibet viagio per eoſdem faciendo. Si vero fuerit aliud vas, præter vaſa nominata Admirati, vel eius Locumtenentis arbitrio, pro quolibet viagio relinquatur.

Item de Galeis, nauibus, ſeu lignis fidelium domini Regis, quæ armantur ad partes ad piraticam exercendam de licentia dicti Admirati, deducta tertia parte tantum, pro ſebo, cõpanagio,& pane, de ſeruis, pecunia,& rebus,& ſpolijs lucratis per armatores dictarum Nauium, Galearum,& lignorum quorumcumque, cuiuſcumque generis, vel nominis, exiſtant, de quocumque reſtanti, quintam dicto Admirato, vel eius Locumtenenenti ſoluere teneatur.

Item de Galeis, Nauibus, ſeu lignis fidelium domini Regis, quæ armantur ad ſolidum, ad piraticam exercendam de licentia dicti Admirati, deducta prius tertia parte tantum pro ſebo, panatica, companagio, mutuo,& ſolido, quod intelligatur pro ſolido vnius menſis tantum, de omni reſiduo vero dictus Admiratus, vel eius locumtenens quintam partem habere debeat.

Item de eiſdem Galeis, Nauibus,& lignis, ſeu alijs, vt ſupra, de ſeruis lucratis, ſeu captis per eoſdem à numero decem vltra a quolibet, vel qualibet ipſarum, vel ipſorum, ratione honorantiæ ſeruum vnum, vel ſeruam vnam, ad electionem præfati Admirati, vel ſui locumtenentis Admiratus ipſe, vel ſuus locumtenens habere debeat.

Item de Galeis,& lignis exterorum, exercentibus piraticam, armatis ad piraticam exercendam, de ſeruis, rebus,& ſpolijs venditis per eoſdem piratas, Terris, & locis Regni noſtri de licentia Admirati, vel eius locumtenentis, de pecunia percepta ex venditione dictorum ſeruorum, rerum,& ſpoliorum, dictus Admiratus, vel eius locumtenens quintam partem debet habere: ſi vero res,& ſpolia ipſa vendantur per piratas prædictos ſine licentia Admirati, ſeu eius locumtenentis, dictus Admiratus, ſeu eius locumtenens, totam quantitatem pecuniæ perceptæ ex venditione dictorum ſeruorum, rerum,& ſpoliorum, ratione pænæ ei acquiſitæ debet habere.

Item ſi aliquæ Galeæ, Naues, vel ligna exterorum venirent in aliquo portu Regni præfati,& venderent robbam, ſeruos, res,& merces lucratas per eoſdem ſine licentia Admirati, ſeu eius locumtenentis, ſimili modo emptores amictant robbas, ſeruos, res, & merces per eos emptas, vel precium dictarum rerum, niſi prius à dicto Admirato, vel eius locumtenente, dictarum rerum emendi licentiam habuiſſent,& fuiſſent cum dicto Admirato, vel eius locumtenente concordes de eo, quod ſibi tenentur, ratione quintæ, ſiue honorantiæ prædictorum iurium ſuorum omnium.

Item ſi aliquæ Galeæ, Naues, vel ligna, aut nauicula mercatorum diuerſorum locorum, ſeu Regnorum diſcederent à regionibus more mercatorum,& vna tamquam inimica caperet alteram,& in Regno Siciliæ applicarent, ſeu in aliquo portu Regni præfati diuertierent, & dictas res per eos captas, inimicis prædictis venderent, dicto Admirato, ſeu eius locumtenenti quintam ſoluere debeant.

Item de ſingulis rebus captis per quaſcumque perſonas in mari, dictus Admiratus, ſeu eius locumtenens quintam partem debet habere.

Item

Item ſi caſualiter aliqua Galea, Nauis, ſeu lignum inimicorum in aliquo portu ſeu maritima Regni huius applicaret, ſeu diſcederet ab eiſdem, dictus Admiratus, ſeu eius locum tenẽs pro eo quintam habere debet.

Item ſi amicorum galeæ, naues, vel ligna ad partes huius Regni venientes ligna, & vaſſella inimicorum depredarent, ſeu diſrobarent, quæ Curia capere vellet de dictis vaſſelllis, & rebus per Curiam captis ab eiſdem, Admiratus, ſeu eius pro eo locumtenens quintam partem debet habere.

Item de Nauibus, ſeu vaſſellis exterorum, quę in maritimis, ſeu portubus Regni huius naufragium patiuntur, triduo elapſo, omnia, quæ de dicto naufragio in mari, ſeu maritimis dicti Regni inueniuntur, Admiratus, ſeu eius locumtenens pro eo, ſuis vtilitatibus applicanda habere debet.

Item quòd omne genus lignorum, vinum deferentium ex quacumque parte in maritimis, ſeu portubus Siciliæ applicantium, ſi vaſa prædicta ſalmas vini, centum portarent, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti, vinum in menſuram ſalmæ dimidiæ ſoluere teneatur, ſi veró vaſa prædicta portarent maiorem quantitatem ſalmarum centum, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti, vini ſalmam vnam ſoluere teneantur.

Item omne genus lignorum oleum deferentium in quantitate centum Caſiſorum, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti ſoluere teneatur Caſiſum vnum, & ſi ligna, ſeu vaſſella prædicta maiorem quantitatem portarent, teneantur ſoluere caſiſos duos.

Item quod quodlibet genus lignorum fructus deferentium, ex quocumque genere fructus exiſtant, a decẽ ſalmis fructuũ infra, ſoluere teneatur tumminum vnũ, & ſi maioris quantitatis ſalmarum decem eſſet, ſoluere teneatur dicto Admirato, vel eius locumtenenti tumminos duos, & ſimili modo pro quolibet genere fructus ſoluere teneatur.

Item omne genus lignorum, oleum, vinum, & fructus deferentium inſimul, tam vini, quàm olei, quàm fructuum, ius ſuum, vt dictum eſt, ſoluere teneatur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo.

Item de capis, & allijs, dictus Admiratus, vel eius locumtenens pro eo debet habere pro quolibet centenario, cauſa honoris, duo.

Item quòd omne vas deferens paſſas, & ficus de decem ſportis infra, vnam ſolbere teneatur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo, & ſi plures, vel maiorem quantitatem portaret, ſoluere teneatur ſportas duas.

Item quòd omne vas deferens ab extra Regnum ſal, de decem ſalmis infra, eidem Admirato, vel eius locumtenenti teneatur ſoluere tumminum vnum, &, ſi maiorem quantitatem portaret, tumminos duos teneatur ſoluere.

Item de omni genere fructuum per mare delatorum de vno loco ad alium Regni præfati, ius ſuum, vt dictum eſt, dictus Admiratus, vel eius locumtenens debet habere.

Item quòd omne vas deferens fructus ab extra Regnum in Siciliam, & applicans in vno loco, ſi ibidem ſoluat ius prædictum, poſtea vero in alijs locis dicti Regni cum dictis fructibus applicuerit, ius aliquod ſoluere non teneatur, dum tamen per albaranũ probetur ius prædictum Viceadmirato in loco, in quo primo applicuit, exſolutum fuiſſe.

Item lignum, ſeu nauicula deferens vaſa terrea fictilia, cauſa honoris, duo pro quolibet centenario ſoluere teneatur dicto Admiralo, ſeu eius locumtenenti.

Item, ſi aliquod lignum egrederetur Regnum, & in terram Saracenorum pergere, mancipia, & ſeruos extrahere volens ab eodem, ſeu apportare extra Regnum, ſoluere teneatur cauſa honoris dicto Admirato, vel eius locumtenenti florenos duos pro quolibet ſeruo, vel ſerua.

Item, ſi abſque licentia dicti Admirati, vel eius locumtenentis, aliquod lignum ſeruos, & mancipia extrahere a Regno contigerit, & in dicto ligno reperti fuerint ſerui prædicti, ſeu liberti, ipſi ſerui, ſeu mancipia, tamquam res Curiæ capi poſſint per dictum Admiratum, vel eius locumtenentem, & dicti Admirati commodo debeant applicari.

Item ſi dictus Admiratus, vel eius locumtenens, tam ratione fideiuſſionis de redeundo infra annum per Curiam præfigendæ cum marinarijs, & cum eiſdem nauigantibus, quàm ratione cedulæ ſibi propterea faciendæ ſub ſigillo Admirati, vel eius locumtenentis pro quolibet viagio, ſi nauigauerint infra Regnum pro qualibet barca ſine coperta granos decem. & pro quolibet vaſſello, ſeu ligno, iuxta capacitatem eorum: & ſi nauigauerint extra Regnũ, ſecundum capacitatem vaſſellorum prædictorum, pro quolibet vaſſello ad arbitrium Admirati prædicti, ſeu eius locumtenentis, idem Admiratus, vel eius locumtenens habere debeat.

Item nonnulli ſub ſpecie mercantiæ, & alio colore, diuerſorum armorum genera, & alias res prohibitas ad Barbaros, & Infideles deferunt, & diſtrahunt, perniciosumque ſit, & perditioni proximum, Barbaros, quos indigere armis, & telis conuenit, validiores reddere, & inſtruere, ideo dictus Admiratus, & eius locumtenens Naues, & alia vaſa, ad dictos Barbaros, ratione mercantiæ, aut alio colore, volentes ſe transferre, diligenter videant, & perquirant, ſi in eiſdem ſunt arma, aut aliæ res, ad Barbaros, & Infideles transferri prohibita, adhoc, vt ſi aliqui in prædictis culpabiles reperti fuerint, non ſolum dicta arma, & res prohibitæ, quæ detulerunt, dicto Admirato acquirantur, immo per ipſum Admiratum, ſeu eius locumtenentem, legitimis pænis puniantur.

Item ab vnaquaque tonnararum tam ciuium, quàm aliorum quorumcumque, dictus Admiratus,

miratus, vel eius locumtenens, pro qualibet morte, ſeu piſcatura dictarum tonnariarum, debet habere piſcem vnum maiorem totius mortis de piſcibus captis in dicta tonnaria, quem portare tenentur marinatij, & Rayſij in marſaragio, ſub pæna vnciæ vnius, dicto Admirato applicanda qualibet vice, qua contrarium fuerit attentatum; omnibus vero teſtibus piſcium ſpatuum dicto Admirato reſeruatis, ſeu eius locumtenenti, reſeruato etiam Viceadmirato, quòd habeat, & conſequatur piſces duos anno quolibet iure ſuo ſibi ſoluendos, videlicet in menſe Maij vnum & in menſe Iunij, alium vnum, per dictos Ruyſios, & marinarios Viceadmirato tradendos.

Item à quolibet palemedorum pro quolibet anno dictus Admiratus, vel eius locumtenens debet habere vnum quintale tonninæ ſuis vtilitatibus applicandum.

Item dictus Admiratus, ſeu eius locumtenens debet habere pro qualibet barca, ſeu xabica, cum quibus piſcatur, qualibet hebdommada, cauſa honoris, rotulum vnum piſcium, à dominis, ſeu patronis dictarum barcarum, ſeu xabicarum.

Item quòd omnes marinarij, ſeu nautæ, & alij nauigantes reperti in Terris, & locis in quibus Conſulem non habent pro quæſtionibus ciuilibus, & criminalibus coram dicto Admirato, ſeu eius locumtentenente conueniantur, & reſpondere teneantur: ſi vero Conſulem habuerint in ciuilibus, coram eorum Conſule, in criminalibus coram dicto Admirato, vel eius locumtentente reſpondere teneantur, ſi vero marinarij fuerint de terra, in qua non eſt Conſul, tunc tam ciuiliter, quàm criminaliter coram Admirato, vel eius locumtenente reſpondere teneantur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes ſtracquaturas inuentas in maritimis prædictis Inſularum, ſuis vtilitatibus applicandas, de quibus ſtracquaturis quinta pars, Viceadmirato pro ſuo labore penitus acquiratur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras dimiſſas per inimicos inuentas, tam cum ſignali, quàm abſque ſignali, ſuis vtilitatibus applicandas.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras inuentas in Inſulis præfatis ſine ſignali, ſuis vtilitatibus applicandas.

Item totum ius ſcalinorum, & litteratum patentium faciendarum armantibus ad piraticam exercendam, vt in capitulis officij continetur, ſit, & eſſe debeat Viceadmirati pro ſuis commodis, & vtilitatibus faciendis.

Item debet habere Viceadmiratus quintam partem, quintarum, & iurium prouenientium de omnibus, & ſingulis fuſtibus, & vaſſellis, de quibus dictus Admiratus acquirit, vt in capitulis officij continetur.

Item ius olei, vini, fructuum, ſalis vaſſellorum, terraneorum, & lignorum prouentum dicto Admirato ex forma capitulorum, vbi de prædictis mentio fit, ſit, & eſſe debeat Viceadmirati prædicti ſuis vtilitatibus applicandum.

Item debet Viceadmiratus Curiam regere, & iuſtitiam adminiſtrare ſimul cum Iudice, & notario per dictum Admiratum confirmatis, ſingulis piratis, & alijs marinarijs, comitis, nacherjs, & alijs, tam pro eis, quàm contra eos in curia prædicta conquerentibus, & totum ius Curiæ tam pænarum, quàm triceſimarum, quam aliorum iurium ſuis vtilitatibus applicetur.

Item quòd omnes, & ſinguli familiares dicti Admirati, & etiam Viceadmirati, tam Comiti, quàm cæteri ab eo priuilegiati, in alio foro, niſi in præſentia, ſeu Curia dicti Admirati, vel ſuorum Officialium, conueniri, & compelli non poſſint, nec teneantur, nec debeant.

Item quòd omne genus lignorum, tam Galea, ligna, barcæ, naues, nauiculæ, quam quæcumque alia vaſa, vexilla, & pennones debent apportare, in quibus ſint, & eſſe debeant arma Admirati prædicti, & debeant ea apportare, ſub pæna vnciarum auri quatuor, ſoluendarum Admirato prædicto, vel ſuo locumtenenti.

Item, quòd omnes, & ſinguli marinarij maritimarum Regni huius, nauigantes extra, vel infra Regnum, in eorum receſſu viagij, & eis aliqua ſecreta ab extra noua primo debent dicere, ſeu reuelare Admirato prædicto, vel ſuo locumtenenti, quòd ſi defecerint, per dies quindecim in carceribus, ad ſui pænam, debent permanere ¶ Data Cathaniæ, Anno Domini 1399. die 13. Februarij VIII. Indictionis.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

ET ſupplicauit illa per Nos vt iacent, acceptari, & Regia, qua fungimur poteſtate, confirmari. Nos vero, attendentes fidem puram, & deuotionem ſinceram, quam idem Sanchius geſſit temporibus retrofluxis, tam erga Regales celebris memoriæ olim Aragonum, & Siciliæ Reges, quàm erga Sereniſſimum Principem dominum genitorem noſtrum Regem Aragonum, & Siciliæ glorioſum, nec minus accepta, & valdè grata ſeruitia, quæ eidem Principi præſtitit, perſonæ, ac bonorum ſuorum periculis, & diſpendijs nullatenus euitatis, quæ præſtat ad præſens, & præſtare Deo annuente, confidimus gratiora, eidem Sanchio, ſuiſque quibuſcumque Officialibus, & ſubſtitutis, eadem Capitula

per nos,& noſtrum Conſilium,matura, & diligenti indagine prouiſa, & conſiderata, vt extant,de verbo ad verbum,confirmamus,& poteſtate plenaria,qua fungimur,acceptamus,roboramus,mandantes vobis,cæteriſque Officialibus dicti Regni, & præſertim locorũ, & terrarum maritimarum,quatenus ea,& eurum ſingula,vt in eis lectum praeſt,obſeruẽt, teneãt, faciantquè à quibuſlibet obſeruari,& executioni tradi,& mandari,nihil omnino immutantes,aut quomodolibet ſecus facturi; in quorum fidem, & teſtimonium præſentes patentes literas exinde fieri iuſſimus,& noſtri ſigilli munimine in dorſo iuſſimus roborari ¶ Data Cathaniæ,die xviij. Auguſti,VIII. Indictionis Anno Incarnationis Domini M.CCCCXV. Nos el infante Almiral de Sicilia. Regiſtrata in Cancellaria. Regiſtrata penes Prothonotarium.

SVMMARIVM.

Rex Ioannes fuit vicerex eius Patris in hoc Regno,& geſſit officium magni Admirati, nu. 1.& 2. vel Admiralli præfecti totius Claſſis, num. 9.

Admirati officium geſſit etiam Rex Ioannes in hoc regno antequam eſſet Rex, ibid.

Admiratus venit appellatione Officialium, & habet iuriſdictionem,num.3.& dicitur Conſiliarius, num.5.

Admiratus nauis,vel galeæ dicitur Capitaneus & gubernator, num.4.

Admiratus magnus dicitur Præfectus, & capitaneus maris,& eſt conſtitutus à Rege, & eſt de regalijs, num.6.

Regalijs eſt Admiratus maris, ibid.

Genua tenet Cipri ſuum Admiratum,ibid.

Admiratus non eſt barbara vox, ſed quaſi ad mare catus, num.7.

Præfectus generalis triremium in hoc Regno poteſt dici Admirallus, num.9. cum ſeqq.

Admirallus eſt Præfectus claſſis maritimæ, & habet plus authoritatis quam admiratus, nu. 8. & ſunt plures Admiralli, num.10.

Præfectus generaliſſimus maris poteſt dici etiã Admirallus habens congregationem omnium vaſſellorum, num 11. & dicitur præfectus claſſis maritimæ, & dux exercitus maris, num. 12.

Naues longæ tempore Romanorum,æquiparatæ triremibus noſtris,ibid.

Admiratus magnus huius Regni non ſe impedit de nauigijs Regijs, nec de eorum refectione,nec de armatura Claſſis,nec de cuſtodiendis littoribus, & quando, num. 13. & habet certas præminentias,iura,& iuriſdictionem num.14.

Littora maris cuſtodire an ſpectet ad admiratum,vel ad Portulanum, ibid.

Admiratus & eius Locumtenens habet certas præeminentias, & iura, quæ percipit de nauibus,galeis,& lignis de remo,& de quibus, num.15. & ab illis qui exercent piraticam, num. 17.

Marinarij ſunt illi, qui viuunt ex arte maris, num.16.

Piraticam licitam exercentes nauigationem aduerſus infideles, debent præſtare fideiuſſionem de non offendendo amicos, & habet quædam iura Admiratus, num. 17. cum ſeqq.

Nauigia armari non licet contra inimicos niſi præſtita fideiuſſione, num.18.

Piratæ poſſunt armata manu diſarmari,& occidi tamquam hoſtes publici, & bona cuius erunt, num. 19 & maximè quando faciunt terrazzanos, num.20 & ſeq.

Piratæ ſi capti fuerint, acquiruntur vaſſella, & galeæ capientibus illis cum eorum bonis, & Admiratus habet quintam partem, num. 21. & quid ſi in eorũ vaſſellis ad ſunt bona capta in his maribus noſtris, & nõ peruẽta in eorũ præſidia, num.22. & ſeqq.

Admiratus conſequitur quintam partem de bonis captis à piratis, ibid.

Mauri, & Corſales facientes furta in maribus noſtris a Chriſtianis cum eorum vaſſellis qui poſtea eſſent capti a noſtris, cuius erunt dicta bona furata, num.22. cum ſeq.

Vſtica Inſula Siciliæ eſt de iuriſdictione Archiepiſcopi panormitani, num.23.

Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ibid.

Banniti latrones ſi faciunt furta & inueniantur, & capiantur cum furtis, armis, & equis, cuius erunt, num.25.

Banniti inter ſe occidentes gaudent priuilegio banni dicti teſtis, ibidem.

Statutum valet, vt vniuerſitates, & loca conuicinia teneantur ad damna per latrones, & piratas facta, & vno ſoluente, cæteri liberantur, & quid ſi fecerunt totum eorum conatum, & non potuerunt illos capere, num 26.

Mauri, Turcæ, & alij ſerui ſi capiuntur in mari ſunt capientium, & quid in terra, & Admiratus habet ſuam partem, num.27. & ſeq.

Serui veniunt appellatione rerum, num.28.

Admiratus habet ſuam honorantiam de ſeruis captis in mari, & à numero decem vltra, cõpetit ſibi vnus, num.28.

Naues & alia vaxella vix vltra decem annos vitam habent, eſto quod ſemper ſtarent in portu, alias durauerunt per 200. annos, & vltra, & ſubmerſæ, fuerunt repertæ incorruptæ, num. 29.

Naufragatio vaſſellorum ſi eſt facta in mari, omnia, quæ in maritimis reperta ſunt, ſunt acquiſita Magno Admirato, & quando, num. 30. cum ſeqq.

Admiratus habet omnia naufragata reperta in maritimis triduo elapſo, ibid.

Triduo tempore quod eſt factum, cenſetur factum incontinenti, & meſſe, num.31. & eſt prorogatum, num.36.

Naues tempeſtate naufragatæ an poſſint occupari,

pari, & acquiri, & quomodo, num. 32. cum ſeqq.

Naufragio facto, cautela eſt, vt domini vaſſellorum, & rerum naufragatarum compareant infra tempus ſtatutum, & faciant eorum manifeſtum, & producant teſtes, num. 33.

Naufragatarum rerum ſi reperitur dominus, fiſcus regius, nec admiratus nullum ius in eis, habet, num. 34.

Naufragatas res inuadentes, ſubripientes, & occupantes ipſo iure ſunt excommunicati, & crudeliter puniebantur etiam pœna vitæ, num. 35.

Nauis, vel aliud vaſſellum, quæ vi tempeſtatis, vel inimicorum timore ad portum applicauerit, non tenetur ſoluere dohanam, num. 37. Dohanam, nec gabellam portus nõ tenetur ſoluere nauis veniens ad portum ob tempeſtatem, vel timorem inimicorum, ibid.

Nauigatio eſt periculoſa maximè à Menſe Octobris vſque ad Aprilem, num. 38.

Admiratus, & eius locumtenens habet multas honorantias competentes, & emolumenta ſuper rebus, quæ per mare veniunt ſuper vaſſellis, vtputa de vino, oleo, fructibus, vuis paſſis, ficis, ſale, cæpis, allijs, ſeruis, & mãcipijs pro expeditione Cedularum, de tunnis, tonnitis, capitibus piſcium ſ[...]tium, & de alijs piſcibus, de ſtracquaturis & anchoris, nu. 39. & de alijs, num. ſeqq. & num. 45. 46.

Allia habent multas virtutes, & ſunt paſtus ruſticorum, & libertaea, & expenſa fuit magna ſumma pro eis, num. 40.

Panis albus non dabatur ruſticis, niſi diuitibus, & alijs, ibid.

Pauperibus delicioſa ſumptuoſa eiba præparare non conuenit, & eſſe peccatum veniale, ibid. Ruſticis ſatis ſit pro cibo caro porcina, ibid.

Admiratus, & eius locumtenens habet ſuam honorantiam circa vaſa fictilia, & terrea duo pro quolibet centenario, num. 41. & quid de vaſis vitreis, num. 44.

Rex Agatocles ortus fuit ex patre figulo, nu. 42.

Argilla eſt illa terra creatos, quæ conficiuntur vaſa terrea, num. 43.

Vitrea vaſa non veniunt appellatione vaſorum de terra, num. 44.

Ligni appellatione an veniant ea, quæ ſunt in opere poſita, & an ſtatutum in eis habeat locum, num. 46.

Mauri, & turcæ volentes hinc recedere, & ire ad eorum patriam, debent petere licentiam à Magno Admirato, aliàs confiſcantur, num. 47.

Mauri, & turcæ hic commorantes non tanquam ſerui ſi decedunt, poſſunt facere teſtamenta, & ab inteſtato ſuccedunt eis eorum heredes, num. 48.

Arma equi, lignamina, victualia, nec alia merſimonia, ferrum, oleum, vinum, frumentum, & ſal, lapides, animalia, & telæ, aurum non obſtante quod deferrentur pro redimendis captiuis, non poſſunt apportari ad infideles, turcbas, mauros &c. abſque licentia ſub grauiſſimis pœnis, & excommunicationis, num. 49. 50. 51. 52. 53. 54.

Mauris, & Turcis nihil per Chriſtianos poteſt deferri ſub grauiſſimis pœnis, & etiam excommunicationis, ibidem.

Guardianus portus inuigilat ne exportentur ad barbaros arma, equi, lignamina, vinum, oleũ, ſal, &c. abſque licentia, num. 51.

Portus ſtat ſub cura guardiani, & de eius officio ibid.

Mauris, turcis, & alijs inimicis noſtris non eſt habendum commercium, nec archana, & ſecreta imperij eis patefacienda ſunt, num. 54.

Marinarij habent eorum Conſulem, coram quo ſolent conueniri, ciuiliter & criminaliter, & coram Magno Admirato, num. 55. cum ſeqq. & poſſunt prorogare iuriſdictionem, num. 57. cum ſeq.

Conſulatus eſt de regalijs, & ſine licentia principis concedi non poteſt, num. 56 & ſi hic Panormi exerceetur iuriſdictio requiritur licentia huius Senatus num 57. & ſeq.

Conſules artis lanæ & ſimilium ſi ſunt conſtituti poſſunt artifices etiam litigare coram alijs Magiſtratibus, num. 58. eſto ipſi habeant eorum Iudicem, num ſeq.

Conſulatus forum non poſſunt allegare illi, qui ſunt facti ciues per ductionem vxoris, vel ex priuilegio, num. 60.

Admiratus habet ſuum forum in ciuilibus, & criminalibus, num. 61. cum ampliſſimis priuilegijs, num. 66. cum clauſula abdicatiua, num. 67. & cum ſeqq. & habet Magnam Curiam, num. 69. non obſtante priuilegio viduali, cum iuriſdictione alta, & baſſa, cum mero, & mixto imperio, non obſtante continentia cauſæ pro quibuſcumque delictis, nu. 76. & habet remiſſionẽ fori, eſto officiales eius eſſent citati quatenus ſua putauerint intereſſe, num. 77.

Forus ſuperueniens non admictitur, num. 62.

Forus non admictitur vbi agitur, ne continentia cauſæ diuideretur, num. 63. & quia vbi actor & reus eſſent diuerſi fori, num 64. vel quando adeſſet clauſula abdicatiua, num 65.

Clauſula abdicatiua operatur ſegregationem iuriſdictionis, num. 65. cum ſeqq & ex quibus verbis colligatur num. 67. vel vbi dicitur, tu ſolus, & nemo alius; num. 68.

Niſi, dictio, vel clauſula eſt vniuerſalis, & negat, & priuat omnia, num. 68.

Admirati Magni Iudex ſedebat Neapoli in eodem ſolio cum alijs Conſiliarijs ad pedes regis, & dicitur tribunal ſupremum, & habet magnam Curiam, & cognoſcit de delictis ſuorum officialium, & creditur eius literis, num. 69. & 79. & cognoſcit ſuper literis instrumentis, ex forma ritus, num. 72.

Admirati à ſententijs ad quẽ appelletur, num. 70. & habet ſuum Viceadmiratum, num. 71. & inſtructiones, num. ſeq. & num. 73.

Inſtructiones & capitula conceſſa alicui in officio non ſunt perſonalia, ſed tranſeunt ad eius ſucceſſorem, num. 72.

Admiratus Magnus habet ſuos Viceadmiratos, qui habent iuriſdictionem, Curiam, Iudicem, & Magiſtrum Notarium, & præeminentias, num. 73.

Rex ſolet vocare aliquos Magnates & conſiliarios, ſuos conſanguineos, parentes, amicos,

Digitized by Google

propter curam, & ſollicitudinem, quam habent in imperium, num. 74.
Admirati Magni, & Magni Conneſtabilis officium ſunt in perſona vnius, & quomodo ſedeant in parlamentis, num. 75.
Admiratus debet habere in ſuos ſubditos matriculam, num. 78.
Matricula officialium debet teneri, ibid.
Admiratus facit litteras patentes, & cedulas, & eis creditur, num. 79.
Vaxella barcæ, & naues, debent apportare in eorum banderijs arma magni Admirati ſub pœna, num. 80. cum ſeqq.
Admirati Magni inſignia, & arma debẽt apportari per vaxella, barcas, & alia in eorum inſignijs, & ſtendardis, ibid.
Banderiæ, ſtendarda, & vexilla de vſu belli, ſubmittuntur inſignium recognitionis quando adeſt ſuperior, num. 81.
Index inferior ſi intrat coram Indice ſuperiore, debet ordinare ſuis porterijs, vt deponant inſignia, ibid.
Epiſcopi, & Archiepiſcopi intrando Romam non portant amplius crucem ante ſe. & idem intrando in aliam diœceſim, num. 82.
Marinarij omnes debẽt in eorum receſſibus, & viagijs ſecreta noua, tam ab extra, quam infra regnum reuelare Magno Admirato, ſub pœna, num. 83. cum ſeq. & quare, num. 85.
Littora non veniunt in conceſſione terrarum, niſi ſpecialiter conceſſa ſint, num. 84.
Anchorragÿs ius an habeat admiratus, num. 85.
Rex poteſt prohibere ne ſecreta Regni pandantur, num. 86.

HÆc Capitula Admirati, & Vice Admirati fuerunt decretata per hunc Regem Ioannem, non tamquam tunc Re-
1 gem Siciliæ † ſed vt Vicerex eius Patris, vt legitur hic in principio, ibi (*Nos Ioannes Sereniſsimi Domini noſtri Regis Aragonum, & Siciliæ ſecundogenitus, & Dux Pugnaſiel, & in dicto Regno Siciliæ pro eodem domino noſtro Rege Vicerex*) & in fine huius capitularis, & omnium capitulorum Admiratus in eo inſertorum habes, ſubſcriptionem per quam apparet quòd idem Ioannes erat
2 Admiratus † huius Regni, ibi (*nos el infanto Admiral de Sicilia*) vt ſubdam in §. 1. num 9. & licet appareat hic in principio, quòd adhuc iſta capitula fuerint conceſſa illi Sãchio Roys Delicori Vicecomiti Galeani, quamuis hodie non ſit Vicecomes, ſed Comes, vt notaui ſupra in cap. xi. in verſic. ſecundum bracchium, vbi in ordine ſeſsionis eſt poſitus inter Comites, per Regem Martinum, puto quòd ſit error, ſed velit dicere per Regem Alphonſum, vt apparet clare, quia vocat eum primogenitum, nam Ferdinandus Rex qui iuſtus appellabatur habuit hos duos filios, Alphonſum primogenitum, & Ioannem hunc ſecundo genitum, vt in genealogia, ſiue chronologia poterit videri, tom. 1. Tractabo igitur hanc materiam per paragraphos, quia multa ſunt capitula ipſius Admirati, quæ inſerta in hoc capitulo leguntur.

§. 1. Et quoniã in rubrica huius Capitularis Regni legitur ibi (*ordinationes facta pro officio Admirati*) fruſtra diſputabo, ſi Admi-
3 ratus † veniat appellatione Officialium, ex quo ex ipſa rubr. colligitur quòd ſit, & ita ait Marin. Freccia in tract. de ſubfeudis, tit. de officio Admiratus, num. 13. lib. 1. vbi quòd habet iuriſdictionem, & latè inferius dicam, & licet Bald. in conſil. 194. vol. 2. arguat pro, & contra, tamen ibi Bald. non loquitur de hoc Admirato,
4 ſed de Armirato nauis † galeæ, & ſimilium qui propriè dicitur Capitaneus, vel gubernator, & rector, & per Crauett. conſ. 354. num. 5. & 6. vol. 3. imo dicitur Conſiliarius
5 † vt habes hic in princ. ibi (*conſiliarius noſter*) & de officialibus magnis, quia hac de cauſa dicitur, magnus Admiratus, nam eſt Præfectus maris ſiue Capitaneus Maris vt ex Baldo inferius citando, & per Ferdi-
6 nand. Boniorn. † conſtitutus per Regem tamquã de regalijs, vt pulchrè ait Bal. tit. quæ ſint Regal. in princ. Reſubb. in l. 1. ff. de Claſsicis, Ferdin. Boniorn. hic ex Bald. q. ſing regal. in cap. 1. §. armandi, ſic Genua tenebat Cipri Admiratum, vt ait Cardin. Tuſch. verbo Genua in ſuis concluſion. iuris, tomo 4. non obſtante quod ipſe Freccia in princ. poſt Eraſm. iſtum maledictũ, & Iacob. Spieg. in eius opere referant neſcire cuius linguæ, & vocis ſit & quod putant eſſe barbaram vocem, mihi videtur eſſe latiniſsimam vocem, & eius ethy-
7 mologia eſt Admiratus † ideſt ad mare eatus, ſicut dicitur de commeatu, & ita de iſto Præfecto, ſiue Magiſtratu, qui mittitur extra mare ait Cothoreus, Chaſſan. Purpurat. Rebuff. & alij citati per ipſum Frecciam, quem, & quandoque vocant Admirallum, qui iudicio meo habet plus authoritatis quam Admiratus, nam Ad-
8 mirallus † videtur Præfectus claſsis maritimæ habens congregationem omniũ nauigiorũ Regni, prout puto fuiſſe hunc Regem Inclitum Ioannem per dicta illa verba ſubſcriptionis in pede huius capituli ibi (*Nos el enfante † Admiral de Sicilia*,) &
9 † de quo meminit Fazellus, cap. 8. in fine decad. 2. Hyſtor. Siciliæ, c. 9. & cap. x. lib. 9. & de quo loquuntur Chaſſan. Petr. Cothereus, & Purpurat. & Freccia, locis citatis, & quoad me æquipararẽ Præfecto Generali triremium huius Regni, & hoc modo
10 ſunt plures Admirales † vt per ipſum Frecciam ſub num. 6. & Chaſſan. in gloria mundi, part. 9. conſider. 16. vbi quòd in Gallia erant tres, & ſuper hos puto conſtitutum fuiſſe Præfectum Generaliſsimũ
11 Maris ſuper omnes generales † de quo loquitur Volateran. lib. 29. Hyſtoriarũ, qui dicit quòd apud Athenienſes Magnus fuit Dux, qui imperatoriæ claſsi præerat, cui magnus parebat Drumgarius, admiratus, & prochocomes, cæterique claſsis curatores Bald. in d. tit. quæ ſint regalia in princ.

qui

qui dicit eſſe ducem exercitus in mari, Iacob. rebuff. in l. 1. de claſſici, Luc. de Penn. in l. 1. C. de Comitib. rei milit. lib. 12. &
12 Præfectum Claſſisque † ex Titito Liuio, lib. x. 3. decad. & lib. 9. Cęſar. de bello ciuili c. 3. Cicero in Verrē act. 7. Spiegel. tradit ipſe Freccia, ſub num. 2. cum ſeqq. vbi hoc officium exercuiſſe Cineum Octauum, C. Lælium, Bibulū Libum, qui erant Præfecti Claſſis nauium longarum tempore Romanorum, quæ ſunt triremes hodie, & hi tales gaudent exceptione hoſtica, vide ſupra in cap. 71. ſub verſic. durante. ibi, Octauo, n. 15. quod officiū reſidebat annis præteritis in perſonā Sereniſſimi Principis Philiberti fælicis memoriæ quem D. O. M. in cælis tenet ob ſantiſſimas eius virtutes, & iſto modo nil in his quoad
13 iſtum Magnum Admiratum † de quo loquimur, quia ipſe non ſe impedit de Nauigijs regijs, nec de eorum refectione, nec de armatura Claſſis, nec de cuſtodiendis littoribus, ſi vult poteſt cuſtodire, vt poſt Chaſſan. ſubdit ipſe Freccia, num. 10. & ſeq. arg. magiſtrorum paſſuum, qui habent curam, ne equi, neue arma extrahantur ad Barbaros, vt ſubdam inferius in §. x. vbi quòd hodie quoad hanc cuſtodiam littorum, & maritimæ ſpectat ad magiſtrum Portulanū, & de hoc ſerio dicā in pragm. Regias, tit. xj. de offic. Portulani in verſic. decimooctauo, tom. 2. pragmaticarum ſed tantum habet quaſdam præ-
14 eminentias, & iura † & iuriſdictionem de quib. inferius, & per hoc bene dicit Freccia, num. 19. quod plura habet dictus Admiratus, tam circa armatam, quàm circa homines ſibi ſubditos, & cuſtodiam maris, loquitur de illo Admirato ad hoc conſtituto, quoad maritimā concedo habere ius, vt videbimus infra in §. 15. in reliquis in multis diminuta eſt authoritas, & poteſtas hodie, vt ſubdit idem Freccia, num. 30. qui ait quod aliter quàm ſe habet inſtitutio, & regula ſui officij ſeruatur hodie ideoque licet hic in aliquib. verſiculis dicatur quod etiam ſuper triremibus, & officialib. Regiæ Curiæ habet ius, non affirmo pro vero.

§. II. Videmus ex his capitulis quòd
15 Admiratus, & eius locumtenens † & Vice Admiratus habet quaſdam præeminētias, & iura, quæ percipit, de Nauibus, Galeis, & lignis de remotam Curiæ, quam aliarum perſonarum à quolibet marinario, etiam piraticam exercente, vt dicam nunc in 3. §. de quibus tetigi ſupra in capit. 33. Regis Federici, tom. 2. & de quibus loquitur idem Marin. Freccia loco citato, in d. tit. de officio Magni Admiratus, num. 14.
16 vbi quærendo qui dicūtur marinarij † dicit eſſe illos, qui viuunt ex arte maris, vel quod trahāt retia, vel quòd piſcātur, ſiue cum alijs maritimis incedāt cum barcis ſecūdum Gloſſ. in rubr. C. de nauicularijs, vel ſi quis emit piſces, & vēdit, gloſſ. in l. ſemper, § ſemper, ff. de iur. immunit. & in ſumma ſunt illi, qui maiorem ſubſtantiam ſuam vertūt in talem emptionem, & frequentius in hoc verſantur, ex Rebuff. Bar. & ſimilibus.

§. III. Sic de armantibus ad piraticā exercendam, vt tetigi nunc, quia habet etiam ipſe Admiratus, vel eius locumtenens
17 † iura ſua, & de qua piratica recordor, ſcripſiſſe in pragmaticis, tit. 76. nu. 2. tom. 1. ipſarum pragmaticarum, & de qua piratica fit adhuc mentio infra in capit. 8. Regis Ferdinandi, tom. 7. vbi ſemper præſupponitur licentia iſta armandi talia nauigia, galeas, & ſimilia, & hic inter capitula huius Admiratus in textu, ibi (*item armatores, ratione fideiuſſoriæ cautionis recipiēdæ ab eiſdem armatoribus de non offendendo fideles amicos, & treguatos Regios; atque noſtros, &c.*) & ita diſponitur per pragmaticā Regiam, & per alterū capitulū Regni, de quibus ſcripſi in cap. 74. Regis Alphonſi, tom. 4. vbi in ſumma tetigi, quòd non
18 licet armari nauigia † contra inimicos, niſi præſtita ſupradicta fideiuſſione, de qua in d. cap. 8. vbi dixi tam extra Regnum, quam in Regno, & multa apportaui ad cap. 67. Regis Martini, § xi. tom. 3. vbi adduxi concordantia capitularia, & concordat ſupra cap. 23. per quod datur modus circa capientes illos piratas, & quibus acquirantur eorū bona, & vaſſella, nēpe quia
19 † impunè eſt licitū, ac permiſsū omnibus Ciuitatibus, & terris, & ſingularibus perſonis Regni armata manu illos diſarmare, eoſque occidere licet, adeo vt ſi caſus prædictæ mortis accideret, non poſſint criminaliter accuſari, neque vlla petitio contra eos audiatur, vt ſcripſi in d. cap. 67. d. §. xi. & in pragmaticis Regijs, tit. 76. de Piratis, &c in 1. notabili, ſub num. 7. tom. 1. earundem. pragmaticarum cum concordantibus ibi adductis, & præſertim c. 396. eiuſdem Regis Alphonſi, ibique Boniornus, Præpoſit. in tit. de conſtit. & ſtatut. 5. nauigia, Franch. & alii in cap. pro humani, de homicid. in 6. vbi diſponitur, quòd eſt lici-
20 tum ſe defendere † & offendere aduerſus hos piratas facientes terrazzabias, prout hoc modo vtitur in d. cap. 396. & propterea ſubditur in eod. cap. 23. quod iſtud eſt etiam conforme iuris communis diſpoſitioni, quā cautum eſt, vt piratæ tamquam hoſtes publici ab omnibus poſſint impunè offendi. ¶ Alterum, quòd in eod. capit. 23. erat diſpoſitum eſt, vt iſti, qui contra
21 tales piratas fuerint † & eos ceperint, conſequantur galeas, & vaſſella ſiue vaſa diſarmata, quam etiam bona in ipſis exiſtentia, & de quibus ſpoliis laceratis iſte Magnus Admiratus habet quintā, vt in his capitulis, ibi (*item de galeis ratibus, ſiue lignis*) etiam ſi eſſent diſrobata à hoſtris amicis in maribus huius Regni, nec teneantur, ſubditur ibi in textu, ipſa aliquo modo reſtituere, ſubiūtur ibidem ratio, quia hoc eſt de iuris diſpoſitione, vt bona eorū efficiantur capientium, propter ſtabilia

lo-

loquor,quæ ſunt Regis,vt dixi in d.cap.67.
Regis Martini. num,37. cum ibi citatis,
quia mobilia videātur eſſe capientium, vt
ibidem ſubdidi quòd ſaltim diſtribuuntur,
vt diuidantur inter capientes ipſos, & ita
in hoc propoſito,quòd nempe bona mobi-
lia ſint ipſorum capientium.ſic poſt Inno-
cent.Alciat.Petrin.Bellin.Vinc.de Frāch.
Maſtrill. Lanar.Aponte, & multa iura ait
Dom.Collega meus del Caſtillo,deciſ.141.
in princ. Eſt verum quòd ipſe dat limita-
tionem,quia ſi in dictis galeis vaſſellis,
fuſtibus,galeottis,brigantinis, ſiue vaſibus
talium piratarum ſadeſſent bona capta
22 † in his maribus Siciliæ à noſtris Chriſtia-
nis, tunc ſunt reſtituenda dominis pſarū
raubarum ſuratarum,ſi tamen ſteterint in
eiſdem noſtris maribus,& nō fuiſſent per-
uenta in præſidia,& loca tuta inimicorū,
& erat ibi caſus,nam à quodam Syracuſa-
no erant capta certa vina à piratis, & ab
ipſis piratis recuperata in Inſula Vſticæ
23 † Siciliæ adiacente, de qua meminit Pli-
nius,lib. 3.cap.8.non autem de illo monte
in Sabinis eiuſdem nominis, cuius memi-
nit Horat.lib.4.Carm.Ode;17. & Fazellus
in lib. 1. Hyſtor.Sicil.cap.1. fol.7. qui me-
minit eſſe de iuriſdictione Archiepiſco-
pi Panormi, ſoluta tamen certa merce-
de ratione periculi,& laboris, vt aliàs gē-
tes animoſiores fierent, & ne a ſimilibus
actionibus ſe retrahant,& ita tenuiſſe Mo
lin.Couarr.& per leges Hyſpaniæ, tit.26.
part.2.cuius tenorem inſerit ibi, num. 10.
ipſe Caſtillo.quæ limitatio realiter eſt mi-
rabilis, & eſt reſtrictiua, & limitatiua ad
d.cap.Regni,23 ipſius Regis Ioannis, dum
dicitur ibi (*qui bona Siculorum depredati fue-
rint,ſiue acceperint,vel perſonas aliquorum quo-
quomodo per vim in ipſis galeis detinuerint,vel
etiam ſubtraxerint, vel diſtrahuerint bona fo-
renſium amicorum circa maria Regni Siciliæ,
Ciuitates,ſiue terræ,quæ ipſos diſarmauerint, vt
ſupra,habeant,& conſequantur tam galeas diſar
matas,quàm bona in ipſis exiſtentia,nec teneantur ipſa aliquo modo reſtituere*) & ita in effe-
ctu ſubſequitur declaratio ibi (*nec aliqua
petitio ciuilis, aut criminalis audiatur.*) quid
dicemus? d.capit.regni 23. non diſtinguit
24 † imo dat capientibus tam galeas diſar-
matas tamen,quam bona in eiſdem exi-
ſtentia,& dum non diſtinguit,nec nos di-
ſtinguere debemus,vt vidimus in Conſue-
tud Panhor.cap.26.num.60.& in cap. Ri-
tus,188.nu,31. tom.4. recurrendum video
ad pragmat.tit.45. tom.2. de qua in d. tit.
76.pragmaticarum tom.1.dixi num.29. vbi
de ſeruis captis, & prout hic, & inferius
loquor in §.4.& per ea, quæ in ſimili in
furtis factis in terra à latronibus bannitis
25 † & diſcurſoribus Campaniæ ſcripſi in
eiſdem pragmaticis tit.41.de armis,num,
45.46.& 47. d,tom.1, vbi loquendo, cuius
erunt arma, veſtitus,raubæ,pecuniæ,equi,
& alia inuenta in poſſe ipſorum bannito-
rum, dixi eſſe capientium,ex bannis ibi ci-
tatis,& authoritatibus Doctorum, vbi ci-
taui inter alia bānū Viceregis Marchionis
Peſcariæ,Panhor.promulgatū ann.1569.4.
Iunij xij. Indicionis,& ibi etiā dicitur de
illis bannitis,qui inter ſe ſe occidunt, &
del banno de li teſti, & circa prædicta vi-
de quæ ſcripſi in deciſ.161. M.R.C. ¶Dicā
in hac materia Piratarum,quod quemad-
modum valet ſtatutum,vt vniuerſitates te
26 neantur † reſarcire damna, & furta fa-
cta in eorum territorijs per bannitos, &
latrones,vt vidimus in cap. Regni 3.Regis
Petri poſt capit.Regis Federici,tom.2. fol.
367.& voluit Bart.in l.ſi in rixa,col.2.ff de
ſicar.Ioann.Bertacchin.in ſuo repertorio,
verbo ſtatutum, fol. 100. col. 3. vbi ponit,
quid ſi ſtaret ſtatutum,vt villa teneatur ad
decem libras pro pœna ſi nō cæperit ma-
leſactorem,quomodo intelligatur, ſi non
cæpit plures, qui vnum maleficium com-
miſerunt,ſubdens, quòd vno ex vniuerſi-
tate ſoluente,cæteri liberantur,idem Bar.
in l. ex maleficijs,§.ex his quoque, ff.de a-
ction.& obligat.idem Bertacch. col.4.vbi
loquitur de vicinis obligatis capere male-
factorem, ibique tangit, quid ſi occurre-
runt,& fecerunt quantum potuerunt,ſed
propter potentiam, aut violentiam, vel
velocitatem maleſactoris, non valuerunt
illum capere,nunquid teneantur pœna in
d.ſtatuto contenta,ex Abb.in cap.cum ſi-
cut,de eo,qui mict.in poſſeſſ.Bart.in l.1.§.
occiſorum, ff.ad ſyllan.idem Bertacchin.
fol.101.col.2.& per Florian. in l. item me-
la,§ ſi plures,in fine,ff.ad l aquil.Bart. in l.
ſi cum exhibuiſſent,§.ſi plures, ff.de publi-
can.& per Cacheran.pulchrè, pro, & cō-
tra diſputantem in deciſ.88. à nu. 14. cum
plurib.ſeqq.poſt Iaſon.Fælin.Guid Papæ,
Marſil.Angel,Dec.Curt.conſ.6.num.6. vſ-
que ad num.17.Cappella Tholoſan.deciſ.
88.Couarr.lib.2.variar.reſolut. cap.8. nu.
7.cum infinitis, ita & non aliter quando
damnum eſt datū ab ipſis Pyratis,vt ſcrip-
ſi in d.pragm.eod.tit.76.num.12.d,tom.1.
pragmaticarum.

§. IIII. Idem dicendum eſt de ſeruis,
27 turcis,& mauris,& ſimilibus. † captis, vt
tetigi in præcedēti,§.etenim iſti ſerui cap-
ti ſimiliter ſunt capientium,ſi in mari cap-
ti ſunt,aliàs ſi in terra,medietas eſt Regiæ
Curiæ,vt dixi in d.pragm.76. d,num.19.&
tetigit hic Boniorn. allegat text. in l. om-
nia,§.fin. ff de legat.ij. vbi Bart. & DD. in
l.1.ff.ſi cert.pet.vbi Dec num.52.& pro V.
I.D.Don Petrum de Oriolis in allegatio-
ne pro magno Admirato,Iaſon.in l. ſerui
electione, §.labeo,num.8.ff.delegat.1. vbi
28 quod appellatione † rerum veniunt ſer-
ui, & ancillæ,ex Bald. Imol. & Paulo de
Caſtro,qui dicunt, quòd publicatis rebus,
veniunt ſerui,& vaſſalli,& facit §.ſequens
hic in textu ibi(*Itē de ſinguiis rebus*) & ſimi-
liter Magnus Admiratus habet ſuam par-
tem ſicuti de alijs bonis, & à numero de-
cem vltra,ratione honorantiæ competit
ſibi vnus ſeruus, vel vna ſerua ad electio-
nem ipſius, vt hic, ibi (*item de eiſdem galeis,
nauibus,&c.*

§.V.

§. V. habes quòd res, raubæ, ſerui, & alia
ſpolia capta à poſſe piratarum, de quibus
ipſe Admiratus habet dictam quintam, vt
dictum eſt, non poſſunt vendi ſine licen-
tia ipſius ſub pœna amiſſionis dictorum
bonorum captorum dicto Admirato con-
fiſcandorum, ſic ibi (*item de galeis, & lignis,
exterorum, &c.*) & emptores amictunt di-
ctas res, per eos emptas, vel pretium di-
ctarum rerum, ibi (*item ſi aliquæ galeæ na-
ues, vel ligna exterorum venirent, &c.*) ar-
gumento eorum, quæ dixi de ementibus
res derobatas, & furatas in cap. Regni 470.
Regis Alphonſi, num. 10. ſupra, tom. 5.

§. VI. (*Item de Nauibus, ſeu vaſſellis exte-
rorum, quæ in maritimis, &c.*) habetis mate-
riam naufragationis vaſſellorum, & alio-
rum lignorum, naufragatorũ, vt puta, vel
in ſaxa data, vel propter vitã ipſarum na-
29 uium iam finitam † de quibus legitur ea-
rum vitam parum plus vltra decẽ annos
durare poſſe, eſto quod ſtaret ſemper in
portu, niſi eſſent compactæ ex. Tylea illa
rubea excíſa in Inſulam rubri maris, ex
quo ligno fertur tempore Alexandri Ma-
gni fuiſſe fabricatas naues, & perduraſſe
annos ducentos, & vltra, & immerſas eſſe
repertas incorruptas poſt mortem dicti
Alexãdri vltra alios annos ducẽtos, vt dixi
in dec. M.R.C. 3. n. 7. de qua naufragatio-
ne dixi supr. in cap. 24. Regis Iacobi, nu. 13.
30 tom. 1. & colligitur hic & ibi quòd † fa-
cta naufragatione, triduo iam elapſo, om-
nia, quæ in maritimis reperiuntur, ſunt
acquiſita dicto Magno Admirato, addo
Io: Anton. Batium, ad Afflict. in conſtit.
Regni in proœmio, fol. 25. col. 3. qui loqui-
tur de hoc triduo, idem Afflict. in conſtit.
eadem, num. 22. rubr. 96. de literis cita-
torijs, vbi illud, quod fit infra hoc triduũ quod, vt
audio, & video, eſt hodie prorogatu, vt di-
31 cã n. 36. † ex quo videtur factũ incontinẽ-
ti vt dixi in Bulla, & regia pragm. poſt ca-
pit. 315. Regis Alph. nu. 160. cum ſeqq. to. 5.
conſequenter cenſetur ineſſe, per l. 3. §. cũ
igitur, ff. de vi, & vi armat. l. fin. C. de er-
ror. Aduoc. l. 1. C. de emendat. ſeruor. l. fin.
C. de iudic. Præpoſit. Mediolanenſ. in cap.
Rhodiæ, diſt. 2. fol. 14. vbi præſertim, num.
2. intendit quod Reges noſtri Hyſpaniæ,
malè faciunt, & reuera ita olim faciebant,
ſecus hodie, vt in d. cap. 24. Regis Iacobi,
32 qui naues fractas tempeſtate † occupant
per text. in l. 1. C. de Naufragat. lib. xj. gloſſ.
in cap. diſpenſationes, 1. quæſt. 7. Auth. na-
uigia, C. de furtis, quæ reprobat illam cõ-
ſuetudinem, ſiue ſtatutum, vigore cuius
gentes appropriant ſibi bona naufragata,
& Principes ab hoc abſtinere debẽt, quia
fiſcus non debet ditteſcere calamitatibus
miſerorum, vnde optimum conſilium eſt,
& cautela, vt circa paſſos huiuſmodi nau-
fragia, ad hoc, vt in poſterum de huiuſmo-
33 di caſu fortuito docere † poſſint, compa-
reant poſt naufragium ipſum infra tem-
pora coram Iudice loci, & coram quibus
ſpectat, vbi naufragium accidit, illudque

patefaciant, & producant teſtes ſuper eo-
dem, vt de cætero de eodem non dubite-
tur, & dicunt DD. & Præpoſit. vbi ſupra
eſſe textum in l. ne quid, §. de his, ff. de in-
cendio, ruin. naufrag. & in l. 2. C. de Nau-
frag. d. lib. xj eſtque optima practica ad ſer-
uandum in alijs caſibus fortuitis, vel rapi-
næ. Bart. vbi ſupra, Affl. in conſtit. Regni,
Dohanæ, Secreti num. 4. tit. 59. de officio Se-
creti, vbi ait, quòd ſi reperitur dominus bo-
34 notũ, qui paſſus eſt dictũ naufragiũ, † vel
ſupereſt eius hæres, fiſcus Regius in bonis
ipſis, nec Admiratus ex tali naufragio in-
uctis nullũ ius habet, vt ſcripſi in dec. 161.
M.R.C. per totũ, immo inuadẽtes res ipſas
naufragatas ipſo iure ſunt excommunica-
35 ti † cap. excommunicationi, extr. de hæ-
ret. Præpoſ. vbi ſupra, in princ. & ẽt con-
tra iſtos ſubripientes bona, reſque naufra-
gatas crudeliter erat pœna, adhuc vitæ, cõ-
tra quos Iuſtitiarij agunt, vt per Affl. in d.
conſtit. dohanæ, num. 15. quibus † de cau-
ſis puto quòd iſtud triduum fuerit proro-
gatum ad vlterius tempus, vt audio, quo
elapſo licite dicta bona naufragata retinẽ-
tur, & ceſſat reprehenſio Domini Præpo-
ſiti facta cõtra noſtros Catholicos Reges,
& ſubdit idem Præpoſit. in d. cap. Rhodię,
d. num. 2. diſt. 2. ex Bart in d. l. 1. C. de Nau-
37 frag. lib. xi. quod ſi nauis † aliqua vi tem-
peſtatis, vel timore inimicorum, vel alia
huiuſmodi neceſſitate ad portum aliquẽ
applicuerit, non teneatur ſoluere gabellã,
aut alia iura portus, & dicit in ſimili face-
re l. Cæſar, ff. de publican. Affl. in conſtitut.
Regni, Magiſtros fundicarios, num. 5. tit.
80. de officio Magiſtri Iuſtitiar. lib. 1. & eſt
vnus de caſibus, in quibus gabella ſolui nõ
debet, vt tetigi ſupr. in cap. 353. Reg. Alph.
to. 5. ſecus ſi ex propoſito illuc attigiſſet, vt
dixi, ibidẽ, n. 7. & 8. fol. 69. Ex quibus vide-
mus quàm periculoſa ſit Nauigatio † ma-
ximè à menſe Octobris vſque ad Aprilẽ,
vt poſui ſupra in d. cap. 24. Regis Iacobi,
num. 2. & 3. in quo tempore de iure erat
interdicta nauigatio. ſecundum ea, quæ
refert Dom. Carolus Tapia, vbi ſupra,
num. 61. per gloſſ. in l. 1. C. de milit. veſt.
lib. 12. l. quoties, C. de Naufrag. lib. x. l. qui
petitorio, ff. de rei vendicat. & propterea
multa mala afferret ipſa nauigatio, vt
poſt Plutarch. & alios ait ipſe Tapia, poſt
Senecam, & ſimiles, referens illud eiuſdẽ
Plutarci, qui de tribus rebus per commu-
nem vitam pœnitentiam agebat, primo
quòd archanum mulieri tradidiſſet, ſecun-
do ſi per aquã traieciſſet, quod poterat per
terram pertranſire, tertio ſi aliquam diẽ
per iniuriam omiſiſſet, & prout per ipſũ
Tap. nu. 64. 65. 66. 67. 68. 69. ex Stracca, nõ
ſic puto noſtris temporibus, quia omni tẽ-
pore etiam prohibito faciunt nauigatio-
nes tamquam aptiſſimas &c.

§. VIII. Competunt huic Magno Ad-
mirato, & eius Locumtenenti, multæ ho-
39 norantiæ competentes † ſuper omnibus
generibus lignorum, deferentium v. g. vi-
num,

Digitized by Google

num,oleum,fructus,vuam paſſam,ficus,ſal,
cæpas,& allia, ac de ſeruis, & mancipijs
cum licentia extractis extra Regnum, &
certa emolumenta pro quolibet viagio
barcę,& pro expeditione cedulę,ſiue fide-
iuſſionis,competunt ei etiã tunni, & tôni-
tiæ,& capita piſcium ſpatæ, & alij piſces
itẽ habet illas ſtracquaturas, & anchoras
dimiſſas per inimicos in mari iam cum
ſignali,quàm ſine, vt habes hic prope finẽ
ipſorum capitulorum, ſiue inſtructionum,
& gratiarum conceſſarum, & per Ferdi-
nand Boniorn.hic, qui dicit ita fuiſſe arti-
culatum,& probatum in cauſa quadam
pendente inter Fiſcum,& Admiratum,de
quibus habes hic in textu à verſic. (*item
quòd omne genus lignorum, &c.cum ſeqq.*) de
quorum alliorum virtute per tranſennã
dicam aliqua,quę ſcripta iam ſunt per Ti-
raquell.in tract.de Nobilitate,cap.20.nu.
40 145.& 146.tom.1. vbi ait eſſe ſolita † dari
ruſticis meſſoribus pro cibis,& alijs id ge-
nus hominibus,ex Virgil.egloga 2.Horat.
in epodo,ode 3.Galen. in 12. Therapeu-
triæ qui dixit allium eſſe ruſticorum the-
riacam,& ob id prohibebant dari panem
album ipſis ruſticis nam Græcis album
panem in delitijs fuiſſe, & non niſi diui-
bus dari ſolitum, vt eſt ſcriptum apud Lu-
cianum in libello ad Timoclem, & per
Plin. lib.19. cap. 20. vbi olim Nobiles alio
pane veſci ſolitos,alio vulgus,& dicitur in
textu,§.criminis 26. vbi venialiter peccat,
qui pauperibus delicioſa,vel ſumptuoſa
cibaria præparat quem §. huc vſque non
inueni,ſed facit text.in cap.non cogantur,
diſt.41.ibi(*dent pauperibus vilia*)& per Iacob.
de Beluiſ.Cyn.& Bal.in auth.ad hęc,C.de
vſur.hac de cauſa ruſtici non ſolent etiam
bibere vinum,ſed aquam,vt per Matth.de
Afflict.in conſtit.Quiſquis,Tiraquell.d.nu.
145. & 146.& 147. qui ex Homæro lib.O-
dyſſ.14.ait quod ſatis ſit bubulcis caro por-
cina,ſicut ſeruis; immo in opere Pyrami-
dalis Cleopis Ægyptiorum Regis eroga-
tã fuiſſe pro apio,cæpis, & allijs mille ta-
lenta,& ſecundum aliquos mille ottingẽ-
ta talenta.& per tradita a Chaſſan.in Ca-
thalogo gloriæ mundi par.1.cõſiderat.22.
Volaterran.lib.2.in hortenſib.idẽ Plin.ca-
pit.5. lib. 19. & Ironicè loquendo Marin.
Freccia in ſuo tract.de ſubfeudis, §. alia
etiam num.36.& 37.lib.1.fol.20. loquens
de præcedentijs ait, quòd primi accubitus
præſtantur in menſa Parracchiano in vil-
lulis,& oppidulis,& melior cibus allij, &
cæparum accommodatur in ore, vt me-
lius bibit,hoc non benè ſapit contra per-
ſonas eccleſiaſticas, & ita pertranſijt hic
Bongiorn. qui ait quòd dum loquitur de
allijs, & cæpis, non extenditur ad alia,
quia tantũ ſpecialiter notando illas dixit,
ſcilicet cæpas,& allia, vt tactum eſt ſupra
ita eſt practica, non enim habent tale ius
de pannis, ſericis, & cæteris, eo quia ex-
preſſit has,Gloſſ.& Io:de Platea,idẽ Tira-
quell.in eod.tract.de nobilit.c.34.nu.59.§

§. VIII. habetis ex verſic. (*item, ſeu
nauicula deferẽs vaſa terrea,fictilia,&c.*)quòd
cauſa honoris competunt dicto Admira-
41 to † ſeu eius Locumtenenti duo pro quo-
libet centenario,& ſufficiebat dixiſſe, ter-
rea,ideoque,dum ſubiungitur,fictilia,quod
vnum, & idem eſt à figulo, qui ex creta
opera facit terrea,Plin.cap.12.lib.32.& lib.
35.Cicero in parad.pocula fictilia,Tibull.
eleg.1.lib.1.fictilia vaſa, Iuuenal. Satyr.3.
& xi. (*fictilibus cænare pudet*) & Eccleſiaſt.
cap.38.& ſic de his vaſis,factis per Statio-
narios,iuxta l.nequis,C.de dignit. vbi Ac-
curſ. Bart. & alij relati per Andr. Tira-
quell.in tract.de Nobilit cap.34.num.59.
tom.1. vbi refert Agathoclem olim Sicilię
42 † Regem patre figulo natum eſſe, referẽs
in cap.4 ſub num.8.illos verſus Auſonij,Iu-
ſtini,& Marcellini lib.14.& lib 22.

„ *Fama eſt fictilibus cænaſſe Agathoclea Regẽ,*
„ *Atque ab acum Samio ſæpe oneraſſe luto.*
„ *Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,*
„ *Et miſceret opes,pauperiemque ſimul.*
„ *Quærenti cauſam reſpondit,Rex ego,qui ſum,*
„ *Sicaniæ,figulo ſum genitore ſatus.*

& ſic in proprio ſignificatu hic ſentitur
(*terrea*) & proprio nomine quæ nullo alio
vocabulo, neque cognomine adiecto ap-
pellat,& propterea ſubditur (*fictilia*)qua-
ſi dicat,de terra cretoſa,quæ alio nomine
43 vocatur ἄργιλος,argilla † quę eſt terra cre-
toſa,& candida, qua ipſi figuli vtuntur ad
vaſa conficienda. Cicer.in Piſis, homulus
ex argilla, & luto factus Epicuneus, Ho-
rat.2.epiſt. Plin.lib,17.cap.7. Varr. libr.4.
de lingua latina,& ſic vult dicere,vaſa ter-
rea fictilia, non de illa terra in communi
capta,altero de illis tribus modis,in quib.
terra accipitur,vt per eundem Varr. lib.
1.de ruſtic.quia tunc etiam lapides. & a-
renæ continerentur, ſed alijs duobus mo-
dis,ideſt proprio nomine,vel mixto, vt v.
g.quando eſſet argilloſa, vel lapidoſa, &
in qua poſſet ſeri, & naſci aliquid. Hinc
44 fit quod non veniunt vaſa † vitrea neque
aurea,nec argentea,quę iam terra impro-
priè poſſunt dici, prout de ipſis vitris pote-
ris videre quę ſcripſi in deciſ.M.R.C.163.
& ita pertranſit hic idem Ferdinand Bon-
iorn. de his enim quæ hic tantummodo
ſcripta ſunt, ius honorificum Admirato
competit,non de alijs; eſt verum quòd of-
ficiales ampliant ſibi quandoque, & vidi
liſtam magiſtri notarij huius officij in cau-
ſa illius de Franzina,& conſortum,in qua
erat adnotatum ius lignorum videlicet,
45 di marruggi † cucchiatij, pali,calamari,&
ſimilium,de quibus hic verbum nullum
quomodo percipiant,conſideretur, quic-
quid ſit,dicas quòd licet ſtatutum loquens
46 † de lignis, vel lignamine non habeat lo-
cum in his,quæ habent nomen ſpeciale,vt
eſt lignum in opere poſitum, vel ædificiũ
ex lignamine, vt poſt text. in l. ligni Offi-
lius, & ibi Rayner.de Forliuio,Bertacch.
in verbo,ſtatutum,fol.104.col.3. tamen in
hoc caſu quatenus dico competeret hoc
cum

Digitized by Google

ius,prout puto quòd non competit.
§. IX. colligimus ex iſto §. per verſ.
ibi (*item ſi aliquod lignũ egrederetur Regnũ*)
cũ verſ.ibidem ſubſequenti ibi (*itẽ ſi abſque
licentia dicti Admirati, &c.*) quod loquun-
tur hi verſiculi de illis ſeruis Mauris, tur-
47 cis,& libertis, & non chriſtianis † qui, ſi
volunt hinc recedere à Regno,& extra
Regnum ad eorum patriam,& ſic ad ter-
ram Saracænorum, vt expreſſe hic habes,
debet obtineri licentia à Magno admira-
to,cui competunt pro quolibet ſeruo, vel
liberto floreni duo,aliàs ſi ſine licentia ex-
traherentur,& reperti fuerint,cõfiſcantur
ipſi Magno Admirato, vel eius Locumte-
nenti, & ſemper intelligo de ipſis ſeruis
liberis,ſiue libertis, vt hic, iſti enim quic-
quid acquirunt,dum hic morantur, ſunt
eorum patrimonia,imo ſi fortè decederẽt,
bona eorum non aliter incorporantur fi-
ſco Proregis tamquam generali Capita-
neo,& ſic fiſco Officij Sp. Generalis Au-
48 ditoris ſed licitũ eſt diſponere † de eis, &
facere teſtamentum,vel ſuccedere poſſunt
hæredes eorum ab inteſtato,ita vidi deci-
ſum per Illuſtriſſ. de Ameſcua,& Carrillo
in officio eiuſdem Auditoris die 4. Iunij,
xij. indicionis 1599. tempore, quo erat
Præſidens in hoc Regno Illuſtriſſimus,&
Excellẽtiſſimus Dom. Marchio Hieracis.
§. X. ibi (*item nonnulli ſub ſpecie mercan-
tiæ*) dixi in d. cap.24.Regis Iacobi, nu.14.
tom.1.& melius,& magis punctualiter in
indiuiduo tetigi remiſſiuè ſupra in capit.
83.Regis Federici,tom.2.vbi citaui capit.
Ritus 170.tom.4. & tranſit Boniorn. & a-
lij Noſtrates in d.cap.83.vbi allegant mul-
ta iura canonica & ciuilia,cap.ita quorũ-
dam,cap.ſignificauit,& cap quod olim.de
Iudæis,extrauag. Clement.vltima, incip.
multa mentis amaritudine, tit.de iudæis,
& idem Boniorn. in Allegation. pro Re-
gio fiſco contra Natalem Nauarello, qui
vendidit certas haſtas,& zagaglias acutas
Mauris extra portam Sancti Georgij,lib.
2.alleg. allodial.fol.69.& faciũt quę ſcrip-
ſi in Regias Pragmaticas Sanctiones, tit.
xxj.de Armis &c.num.2.& num.22. tom.
2.earundem pragmaticarum, quod capit.
83.eſt concordans cum iſto §. & hic me
remiſi latius dicere, & in omnibus locis
modo citatis habemus quòd ſunt prohi-
49 bitæ tales extractiones † ad infideles, tur-
cas,& mauros, ac Saracænos per Sedem
Apoſtolicam,&,vt refert Alberic. de Ro-
ſat.in ſuo dictionario,verbo, Saracænus,
fol 301.col.1.Nicolaus IIII.Põtif.Maxim.
in quadam ſua extrauaganti, quæ incipit
Olim,ſtatuit, & innouauit,quòd nullus,ar-
ma,equos,lignamina,victualia,& alia quę-
cumq; mercimonia in Alexandriã,vel Sa-
racænorũ loca terræ Ægypti deferre, vel
mictere,vel auxiliũ, vel conſiliũ præſtare
pręſumat,aliàs hi tales ſunt excõmunicati
ipſo facto,a qua excõmunicatione abſolui
nõ poſſunt,niſi ſecundũ formã ipſius extra-
uagantis,& addit,quòd vltra pœnas ibi a-
dictas,perpetuo ſint infames, & inteſta-
biles in actiua, & paſſiua ſignificatione,
nec admicti debent ad actus legitimos:
Quæ extrauagans, vt ſubdit Alberic. de
Roſat.vbi ſupra habita fuit pro reuocata,
quia non erat poſita in lib. 6. vt in proœ-
mio eiuſdem libri continetur, quod vidẽs
Bonifacius VIII. Pont.Maxim.author, &
conditor dicti libri ſexti,intra annum in-
nouauit in quadam alia ſua extrauagan-
ti,quæ incipit,contra illos, poſt hoc Cle-
mens V.Papa,innouauit, & poteſtatem
abſoluendi præterquam in mortis articu-
lo,reſeruauit in dicta eius extrauaganti,
tit.de Iudæis,in eod. c.multa mẽtis,&c.&
vide in ſumma Cõfeſſor lib.4.tit.33.quęſt.
37.cum ſimilibus per ipſum Alberic. cita-
tis, & ſic videtis, quòd omni iure prohi-
bentur deferri arma Saracænis, ferrum
loricæ,lanceæ,lignamina,& cætera,prohi-
bendo nedum portantibus,ſed etiam con-
ſentientibus,& etiam de iure ciuili hæ sũt
prohibita,vt ait Boer.d.deciſ.178. num.11.
& in tract.de cuſtodia clauium portarum
ciuitatis,& per l.1.& 2.C. quæ res expor-
tar. non poſſ.& contrafacientes pœna ca-
pitali plectuntur, Boer. vbi ſupra, Stracc.
de Mercatur.part. 2. num.40.& capientiũ
ſerui efficiuntur, Boer. num.17. quia iſtud
eſt, quod hic dicitur ibi (*legitimis pœnis
puniantur*) Alex. conſ. 130. lib. 7. Domin.
Cardin. Tuſch. in pract.concluſ.iuris,ver-
bo,Infidelibus,concluſ.125.tom.4.ſic de vi-
50 no † oleo,ſale,frumento, aut aliquo liqua-
mine,& idem in rebus aridis,etiam ſi cau
ſa negotiationis, & commercij deferren-
tur,& de omni armorum genere, vtputa
de molis, & lapidibus aptis ad acuendum
ferrum (argumento eorum, quæ dico in-
fra in cap.41.Regis Caroli,verſic. prima
igitur petitio,tom.8.vbi idem de equis, &
ſic de animalibus,l.vſurpationem,C.de ve-
ctigal.& commiſſ. & fuit tactum per nos
ſupra in cap.Regni 15. Regis Martini ſub
num.68.tom.3.vnde dixit Luc. de Penna,
in l.ſaluberrima,& in l.1. C.de lictorum,
& itinerum cuſtodia, lib. 12. quòd in hoc
conſtituti ſunt magiſtri paſſuum,ne arma
vel equi extrahantur à Regno, & ad Bar-
baros aſportentur,& ita poſt Yſern.in tit.
quæ ſint regal. in rubr.col.4.ait idem Frec-
cia,in d.tit. de offic.Magni admirat. num.
51 12.& 13.quẽ nos hodie † vocamus Guar-
dianum portus, vt tetigi de equis ſupra
in capit. 57. ſicuti de Magiſtro portulano
ſcripſi in pragmaticis,tit.xj.cuius officium
eſt dare licentiam, ne nauigia diſcedant à
portu abſque licentia, to.2. pragmaticarũ
verſic.decimooctauo,vbi etiam dixi quod
vocatur quodammodo guardianus por-
tus,& littorum. Idemque de auro,& mul-
to magis,etiam pro comparandis manci-
pijs,aut quibuſcumque ſpeciebus,l.2.C.de
Commerc.& Mercator. neque telas pro
52 velis nauium † & galearum, & ſimilium,
Boer.loco citato,num.12.13.& 14.& d.n.
27.vbi idem dicit de vendentibus ipſis Sa-

Digitized by Google

Item ſi caſualiter aliqua Galea, Nauis, ſeu lignum inimicorum in aliquo portu ſeu maritima Regni huius applicaret, ſeu diſcederet ab eiſdem, dictus Admiratus, ſeu eius locum tenēs pro eo quintam habere debet.

Item ſi amicorum galeæ, naues, vel ligna ad partes huius Regni venientes ligna, & vaſſella inimicorum depredarent, ſeu diſrobarent, quæ Curia capere vellet de dictis vaſſelllis, & rebus per Curiam captis ab eiſdem, Admiratus, ſeu eius pro eo locumtenens quintam partem debet habere.

Item de Nauibus, ſeu vaſſellis exterorum, quę in maritimis, ſeu portubus Regni huius naufragium patiuntur, triduo elapſo, omnia, quæ de dicto naufragio in mari, ſeu maritimis dicti Regni inueniuntur, Admiratus, ſeu eius locumtenens pro eo, ſuis vtilitatibus applicanda habere debet.

Item quòd omne genus lignorum, vinum deferentium ex quacumque parte in maritimis, ſeu portubus Siciliæ applicantium, ſi vaſa prædicta ſalmas vini, centum portarent, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti, vinum in menſuram ſalmæ dimidiæ ſoluere teneatur, ſi verò vaſa prædicta portarent maiorem quantitatem ſalmarum centum, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti, vini ſalmam vnam ſoluere teneantur.

Item omne genus lignorum oleum deferentium in quantitate centum Caſiſorum, eidem Admirato, ſeu eius locumtenenti ſoluere teneatur Caſiſum vnum, & ſi ligna, ſeu vaſſella prædicta maiorem quantitatem portarent, teneantur ſoluere caſiſos duos.

Item quod quodlibet genus lignorum fructus deferentium, ex quocumque genere fructus exiſtant, a decē ſalmis fructuū infra, ſoluere teneatur tumminum vnū, & ſi maioris quantitatis ſalmarum decem eſſet, ſoluere teneatur dicto Admirato, vel eius locumtenenti tumminos duos, & ſimili modo pro quolibet genere fructus ſoluere teneatur.

Item omne genus lignorum, oleum, vinum, & fructus deferentium inſimul, tam vini, quàm olei, quàm fructuum, ius ſuum, vt dictum eſt, ſoluere tenetur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo.

Item de cæpis, & allijs, dictus Admiratus, vel eius locumtenens pro eo debet habere pro quolibet centenario, cauſa honoris, duo.

Item quòd omne vas deferens paſſas, & ficus de decem ſportis infra, vnam ſobere teneatur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo, & ſi plures, vel maiorem quantitatem portaret, ſoluere teneatur ſportas duas.

Item quòd omne vas deferens ab extra Regnum ſal, de decem ſalmis infra, eidem Admirato, vel eius locumtenenti teneatur ſoluere tumminum vnum, &, ſi maiorem quantitatem portaret, tumminos duos teneatur ſoluere.

Item de omni genere fructuum per mare delatorum de vno loco ad alium Regni præfati, ius ſuum, vt dictum eſt, dictus Admiratus, vel eius locumtenens debet habere.

Item quòd omne vas deferens fructus ab extra Regnum in Siciliam, & applicans in vno loco, ſi ibidem ſoluat ius prædictum, poſtea vero in alijs locis dicti Regni eum dictis fructibus applicuerit, ius aliquod ſoluere non teneatur, dum tamen per albaranū probetur ius prædictum Viceadmirato in loco, in quo primo applicuit, exſolutum fuiſſe.

Item lignum, ſeu nauicula deferens vaſa terrea fictilia, cauſa honoris, duo pro quolibet centenario ſoluere teneatur dicto Admiralo, ſeu eius locumtenenti.

Item, ſi aliquod lignum egrederetur Regnum, & in terram Saracenorum pergere, mancipia, & ſeruos extrahere volens ab eodem, ſeu apportare extra Regnum, ſoluere teneatur cauſa honoris dicto Admirato, vel eius locumtenenti florenos duos pro quolibet ſeruo, vel ſerua.

Item, ſi abſque licentia dicti Admirati, vel eius locumtenentis, aliquod lignum ſeruos, & mancipia extrahere à Regno contigerit, & in dicto ligno reperti fuerint ſerui prædicti, ſeu liberti, ipſi ſerui, ſeu mancipia, tamquam res Curiæ capi poſſint per dictum Admiratum, vel eius locumtenentem, & dicti Admirati commodo debeant applicari.

Item ſi dictus Admiratus, vel eius locumtenens, tam ratione fideiuſſionis de redeundo infra annum per Curiam præfigendæ cum marinarijs, & cum eiſdem nauigantibus, quàm ratione cedulæ ſibi propterea faciendæ ſub ſigillo Admirati, vel eius locumtenentis pro quolibet viagio, ſi nauigauerint infra Regnum pro qualibet barca ſine coperta granos decem: & pro quolibet vaſſello, ſeu ligno, iuxta capacitatem eorum: & ſi nauigauerint extra Regnū, ſecundum capacitatem vaſſellorum prædictorum, pro quolibet vaſſello ad arbitrium Admirati prædicti, ſeu eius locumtenentis, idem Admiratus, vel eius locumtenens habere debeat.

Item nonnulli ſub ſpecie mercantiæ, & alio colore, diuerſorum armorum genera, & alias res prohibitas ad Barbaros, & Infideles deferunt, & diſtrahunt, pernicioſumque ſit, & perditioni proximum, Barbaros, quos indigere armis, & telis conuenit, validiores reddere, & inſtruere, ideo dictus Admiratus, & eius locumtenens Naues, & alia vaſa, ad dictos Barbaros, ratione mercantiæ, aut alio colore, volentes ſe transferre, diligenter videant, & perquirant, ſi in eiſdem ſunt arma, aut aliæ res, ad Barbaros, & Infideles transferri prohibitæ, adhoc, vt ſi aliqui in prædictis culpabiles reperti fuerint, non ſolum dicta arma, & res prohibitæ, quæ detulerunt, dicto Admirato acquirantur, immo per ipſum Admiratum, ſeu eius locumtenentem, legitimis pænis puniantur.

Item ab vnaquaque tonnararum tam ciuium, quàm aliorum quorumcumque, dictus Ad-

miratus,

miratus, vel eius locumtenens, pro qualibet morte, ſeu piſcatura dictarum tonnariarum, debet habere piſcem vnum maiorem totius mortis de piſcibus captis in dicta tonnaria, quem portare tenentur marinarij, & Rayſij in marſaragio, ſub pæna vnciæ vnius, dicto Admirato applicanda qualibet vice, qua contrarium fuerit attentatum; omnibus vero teſtibus piſcium ſpatuum dicto Admirato reſeruatis, ſeu eius locumtenenti, reſeruato etiam Viceadmirato, quòd habeat, & conſequatur piſces duos anno quolibet iure ſuo ſibi ſoluendos, videlicet in menſe Maij vnum & in menſe Iunij, alium vnum, per dictos Ruyſios, & marinarios Viceadmirato tradendos.

Item à quolibet palemedorum pro quolibet anno dictus Admiratus, vel eius locumtenens debet habere vnum quintale tonninæ ſuis vtilitatibus applicandum.

Item dictus Admiratus, ſeu eius locumtenens debet habere pro qualibet barca, ſeu xabiea, cum quibus piſcatur, qualibet hebdommada, cauſa honoris, rotulum vnum piſcium, à dominis, ſeu patronis dictarum barcarum, ſeu xabicarum.

Item quòd omnes marinarij, ſeu nautæ, & alij nauigantes reperti in Terris, & locis in quibus Conſulem non habent pro quæſtionibus ciuilibus, & criminalibus coram dicto Admirato, ſeu eius locumtentenente conueniantur, & reſpondere teneantur: ſi vero Conſulem habuerint in ciuilibus, coram eorum Conſule, in criminalibus coram dicto Admirato, vel eius locumtentente reſpondere teneantur; ſi vero marinarij fuerint de terra, in qua non eſt Conſul, tunc tam ciuiliter, quàm criminaliter coram Admirato, vel eius locumtenente reſpondere teneantur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes ſtracquaturas inuentas in maritimis prædictis Inſularum, ſuis vtilitatibus applicandas, de quibus ſtraequaturis quinta pars, Viceadmirato pro ſuo labore penitus acquiratur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras dimiſſas per inimicos inuentas, tam cum ſignali, quàm abſque ſignali, ſuis vtilitatibus applicandas.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras inuentas in Inſulis præfatis ſine ſignali, ſuis vtilitatibus applicandas.

Item totum ius ſealinorum, & litterarum patentium faciendarum armantibus ad piraticam exercendam, vt in capitulis officij continetur, ſit, & eſſe debeat Viceadmirati pro ſuis commodis, & vtilitatibus faciendis.

Item debet habere Viceadmiratus quintam partem, quintarum, & iurium prouenientium de omnibus, & ſingulis ſuſtibus, & vaſſellis, de quibus dictus Admiratus acquirit, vt in capitulis officij continetur.

Item ius olei, vini, fructuum, ſalis vaſſellorum, terraneorum, & lignorum prouentum dicto Admirato ex forma capitulorum, vbi de prædictis mentio fit, ſit, & eſſe debeat Viceadmirati prædicti ſuis vtilitatibus applicandum.

Item debet VIceadmiratus Curiam regere, & iuſtitiam adminiſtrare ſimul cum Iudice, & notario per dictum Admiratum confirmatis, ſingulis piratis, & alijs marinarijs, comitis, nacheris, & alijs, tam pro eis, quàm contra eos in curia prædicta conquerentibus, & totum ius Curiæ tam pænarum, quàm tricesimarum, quam aliorum iurium ſuis vtilitatibus applicetur.

Item quòd omnes, & ſinguli familiares dicti Admirati, & etiam Viceadmirati, tam Comiti, quàm cæteri ab eo priuilegiati, in alio foro, niſi in præſentia, ſeu Curia dicti Admirati, vel ſuorum Officialium, conueniri, & compelli non poſſint, nec teneantur, nec debeant.

Item quòd omne genus lignorum, tam Galea, ligna, barcæ, naues, nauiculæ, quam quæcumque alia vaſa, vexilla, & pennones debent apportare, in quibus ſint, & eſſe debeant arma Admirati prædicti, & debeant ea apportare, ſub pæna vnciarum auri quatuor, ſoluendarum Admirato prædicto, vel ſuo locumtenenti.

Item, quòd omnes, & ſinguli marinarij maritimarum Regni huius, nauigantes extra, vel infra Regnum, in eorum receſſu viagij, & eis aliqua ſecreta ab extra noua primo debent dicere, ſeu reuelare Admirato prædicto, vel ſuo locumtenenti, quòd ſi defecerint, per dies quindecim in carceribus, ad ſui pænam, debent permanere ¶ Data Cathaniæ, Anno Domini 1399. die 13. Februarij VIII. Indictionis.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

ET ſupplicauit illa per Nos vt iacent, acceptari, & Regia, qua fungimur poteſtate, confirmari. Nos vero, attendentes fidem puram, & deuotionem ſinceram, quam idem Sanchius geſſit temporibus retrofluxis, tam erga Regales celebris memoriæ olim Aragonum, & Siciliæ Reges, quàm erga Sereniſſimum Principem dominum genitorem noſtrum Regem Aragonum, & Siciliæ glorioſum, nec minus accepta, & valdè grata ſeruitia, quæ eidem Principi præſtitit, perſonæ, ac bonorum ſuorum periculis, & diſpendijs nullatenus euitatis, quæ præſtat ad præſens, & præſtare Deo annuente, confidimus gratiora, eidem Sanchio, ſuiſque quibuſcumque Officialibus, & ſubſtitutis, eadem Capitula

Gg per

per nos,& noſtrum Conſilium,matura , & diligenti indagine prouiſa, & conſiderata , vt extant,de verbo ad verbum,confirmamus,& poteſtate plenaria,qua fungimur,acceptamus,roboramus,mandantes vobis,cæteriſque Officialibus dicti Regni, & præſertim locorũ , & terrarum maritimarum,quatenus ea,& eurum ſingula,vt in eis lectum praeſt,obſeruẽt, teneãt, faciantquè à quibuſlibet obſeruari,& executioni tradi,& mandari,nihil omnino immutantes,aut quomodolibet ſecus facturi ; in quorum fidem, & teſtimonium præſentes patentes literas exinde fieri iuſſimus,& noſtri ſigilli munimine in dorſo iuſſimus roborari ¶ Data Cathaniæ,die xviij. Auguſti,VIII. Indictionis Anno Incarnationis Domini M.CCCCXV. Nos el infante Almiral de Sicilia . Regiſtrata in Cancellaria . Regiſtrata penes Prothonotarium.

SVMMARIVM.

Rex Ioannes fuit vicerex eius Patris in hoc Regno & geſsit officium magni Admirati, nu. 1. & 2. vel Admiralli præfecti totius Claſsis, num. 9.

Admirati officium geſsit etiam Rex Ioannes in hoc regno antequam eſſet Rex , ibid.

Admiratus venit appellatione Officialium , & habet iuriſdictionem,num. 3. & dicitur Conſiliarius, num. 5.

Admiratus nauis,vel galeæ dicitur Capitaneus & gubernator, num. 4.

Admiratus magnus dicitur Præfectus , & capitaneus maris,& eſt conſtitutus à Rege , & eſt de regalijs, num. 6.

Regalijs eſt Admiratus maris , ibid.

Genua tenet Cipri ſuum Admiratum,ibid.

Admiratus non eſt barbara vox , ſed quaſi ad mare eatus, num. 7.

Præfectus generalis triremium in hoc Regno poteſt dici Admirallus , num. 9. cum ſeqq.

Admirallus eſt Præfectus claſsis maritimæ, & habet plus authoritatis quam admiratus , nu. 8. & ſunt plures Admiralli, num. 10.

Præfectus generaliſsimus maris poteſt dici etiã Admirallus habens congregationem omnium vaſſellorum , num. 11. & dicitur præfectus claſsis maritimæ , & dux exercitus maris, num. 12.

Naues longæ tempore Romanorum æquiparatæ triremibus noſtris, ibid.

Admiratus magnus huius Regni non ſe impedit de nauigijs Regijs, nec de eorum refectione,nec de armatura Claſsis,nec de cuſtodiendis littoribus, & quando , num. 13. & habet certas præeminentias,iura,& iuriſdictionem num. 14.

Littora maris cuſtodire an ſpectet ad admiratum,vel ad Portulanum, ibid.

Admiratus & eius Locumtenens habet certas præeminentias, & iura , quæ percipit de nauibus,galeis,& lignis de remo,& de quibus, num. 15. & ab illis qui exercent piraticam, num. 17.

Marinarij ſunt illi , qui viuunt ex arte maris, num. 16.

Piraticam licitam exercentes nauigationem aduerſus infideles, debent præſtare fideiuſſionem de non offendendo amicos , & habet quædam iura Admiratus , num. 17. cum ſeqq.

Nauigia armari non licet contra inimicos niſi præſtita fideiuſsione, num. 18.

Piratæ poſſunt armata manu diſarmari,& occidi tamquam hoſtes publici , & bona cuius erunt, num. 19. & maximè quando faciunt terrazzanias, num. 20. & ſeq.

Piratæ ſi capti fuerint, acquiruntur vaſſella , & galeæ capientibus illis cum eorum bonis , & Admiratus habet quintam partem, num. 21. & quid ſi in eorũ vaſſellis ad ſunt bona capta in his maribus noſtris , & nõ peruẽta in eorũ præſidia, num. 22. & ſeqq.

Admiratus conſequitur quintam partem de bonis captis à piratis, ibid.

Mauri , & Corſales facientes furta in maribus noſtris a Chriſtianis cum eorum vaſſellis qui poſtea eſſent capti a noſtris, cuius erunt dicta bona furata, num. 22. cum ſeq.

Vſtica Inſula Siciliæ eſt de iuriſdictione Archiepiſcopi panormitani , num. 23.

Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus , ibid.

Bannitі latrones ſi faciunt furta & inueniantur, & capiantur cum furtis, armis, & equis , cuius erunt, num. 25.

Banniti inter ſe occidentes gaudent priuilegio banni delli teſti, ibidem.

Statutum valet, vt vniuerſitates,& loca conuicinia teneantur ad damna per latrones, & piratas facta , & vno ſoluente, cæteri liberantur, & quid ſi fecerunt totum eorum conatum, & non potuerunt illos capere, num. 26.

Mauri, Turcæ, & alij ſerui,ſi capiuntur in mari, ſunt capientium, & quid in terra , & Admiratus habet ſuam partem, num. 27. & ſeq.

Serui veniunt appellatione rerum, num. 28.

Admiratus habet ſuam honorantiam de ſeruis captis in mari, & à numero decem vltra, cõpetit ſibi vnus, num. 28.

Naues & alia vaxella vix vltra decem annos vitam habent, eſto quod ſemper ſtarent in portu, alias durauerunt per 200. annos, & vltra, & ſubmerſæ, fuerunt repertæ incorrupta, num. 29.

Naufragatio vaſſellorum ſi eſt facta in mari, omnia, quæ in maritimis reperta ſunt, ſunt acquiſita Magno Admirato, & quando , num. 30. cum ſeqq.

Admiratus habet omnia naufragata reperta in maritimis triduo elapſo , ibid.

Triduo tempore quod eſt factum, cenſetur factũ incontinenti, & meſſe, num. 31. & eſt prorogatum, num. 36.

Naues tempeſtate naufragatæ an poſsint occupari,

pari, & acquiri, & quomodo, num. 32. cum ſeqq.

Naufragio facto, cautela eſt, vt domini vaſſellorum, & rerum naufragatarum compareant infra tempus ſtatutum, & faciant eorum manifeſtum, & producant teſtes, num. 33.

Naufragatarum rerum ſi reperitur dominus, fiſcus regius, nec admiratus nullum ius in eis, habet, num. 34.

Naufragatas res inuadentes, ſubripientes, & occupantes ipſo iure ſunt excommunicati, & crudeliter puniebantur etiam pœna vitæ, num. 35.

Nauis, vel aliud vaſſellum, quæ vi tempeſtatis, vel inimicorum timore ad portum applicauerit, non tenetur ſoluere dohanam, num. 37. Dohanam, nec gabellam portus nõ tenetur ſoluere nauis veniens ad portum ob tempeſtatem, vel timorem inimicorum, ibid.

Nauigatio eſt periculoſa maximè à Menſe Octobris vſque ad Aprilem, num. 38.

Admiratus, & eius locumtenens habet multas honorantias competentes, & emolumenta ſuper rebus, quæ per mare veniunt ſuper vaſſellis, videlicet de vino, oleo, fructibus, vuis paſſis, ficis, ſale, cæpis, allijs, ſeruis, & mancipijs pro expeditione Cedularum, de tunnis, tonnitis, capitibus piſcium ſi atum, & de alijs piſcibus, de ſtracquaturis & anchoris, nu. 39. & de alijs, num. ſeqq. & num. 45. 46.

Allia habent multas virtutes, & ſunt paſtus ruſticorum, & theriaca, & expenſa fuit magna ſumma pro eis, num. 40.

Panis albus non dabatur ruſticis, niſi diuitibus, & alijs, ibid.

Pauperibus delicioſa ſumptuoſa ciba præparare non conuenit, & eſſe peccatum veniale, ibid.

Ruſticis ſatis ſit pro cibo caro porcina, ibid.

Admiratus, & eius locumtenens habet ſuam honorantiam circa vaſa fictilia, & terrea duo pro quolibet centenario, num. 41. & quid de vaſis vitreis, num. 44.

Rex Agatocles ortus fuit ex patre figulo, nu. 42.

Argilla eſt illa terra creatos, qua conficiuntur vaſa terrea, num. 43.

Vitrea vaſa non veniunt appellatione vaſorum de terra, num. 44.

Ligni appellatione an veniant ea, quæ ſunt in opere poſita, & an ſtatutum in eis habeat locum, num. 46.

Mauri, & turcæ volentes hinc recedere, & ire ad eorum patriam, debent petere licentiam à Magno Admirato, aliàs confiſcantur, num. 47.

Mauri, & turcæ hic commorantes non tanquam ſerui ſi decedunt, poſſunt facere teſtamenta, & ab inteſtato ſuccedunt eis eorum hæredes, num. 48.

Arma equi, lignamina, victualia, nec alia mercimonia, ferrum, oleum, vinum, frumentum, & ſal, lapides animalia, & telæ, aurum non obſtante quod deferrentur pro redimendis captiuis, non poſſunt apportari ad infideles, turchas, mauros, &c. abſque licentia ſub grauiſſimis pœnis, & excommunicationis, num. 49. 50. 51. 52. 53. 54.

Mauris, & Turcis nihil per Chriſtianos pateſt deferri ſub grauiſſimis pœnis, & etiam excommunicationis, ibidem.

Guardianus portus inuigilat ne exportentur ad Barbaros arma, equi, lignamina, vinum, oleũ, ſal, &c. abſque licentia, num. 51.

Portus ſtat ſub cura guardiani, & de eius officio ibid.

Mauris, turcis, & alijs inimicis noſtris non eſt habendum commercium, nec arcbana, & ſecreta imperius eis patefacienda ſunt, num. 54.

Marinarij habent eorum Conſulem, coram quo ſolent conueniri, ciuiliter & criminaliter, & coram Magno Admirato, num. 55. cum ſeqq. & poſſunt prorogare iuriſdictionem, num. 57. cum ſeq.

Conſulatus eſt de regalijs, & ſine licentia principis concedi non poteſt, num. 56 & ſi hic Panormi exerceatur iuriſdictio, requiritur licentia huius ſenatus num 57. & ſeq.

Conſules artis lanæ, & ſimilium ſi ſunt conſtituti poſſunt artifices etiam litigare coram alijs Magiſtratibus, num. 58. eſto ipſi habeant eorum Iudicem, num ſeq.

Conſulatus forum non poſſunt allegare illi, qui ſunt facti ciues per ductionem vxoris, vel ex priuilegio, num. 60.

Admiratus habet ſuum forum in ciuilibus, & criminalibus, num. 61. cum ampliſſimis priuilegijs, num. 66. cum clauſula abdicatiua, num. 67. & cum ſeqq. & habet Magnam Curiam, num. 69. non obſtante priuilegio vidualí, cum iuriſdictione alta, & baſſa, cum mero, & mixto imperio, non obſtante continentia cauſæ pro quibuſcunque delictis, nu. 76. & habet remiſſionẽ fori, eſto officiales eius eſſent citati quatenus ſua putauerint intereſſe, num. 77.

Forus ſuperueniens non admittitur, num. 62.

Forus non admittitur vbi agitur, ne continentia cauſæ diuideretur, num. 63. & quia vbi actor & reus eſſent diuerſi fori, num 64. vel quando adeſſet clauſula abdicatiua, num 65.

Clauſula abdicatiua operatur ſegregationem iuriſdictionis, num. 65. cum ſeqq & ex quibus verbis colligatur, num. 67. vel vbi dicitur, ille ſolus, & nemo alius; num. 68.

Niſi, dictio, vel clauſula eſt vniuerſalis, & negat, & priuat omnia, num. 68.

Admirati Magni Iudex ſedebat Neapoli in eodem ſolio cum alijs Conſiliarijs ad pedes regis, & dicitur tribunal ſupremum, & habet magnam Curiam, & cognoſcit de delictis ſuorum officialium, & creditur eius literis, num. 69. & 79. & cognoſcit ſuper & instrumentis, ex forma ritus, num. 72.

Admirati à ſententiis ad quẽ appelletur, num. 70. & habet ſuum Viceadmiratum, num. 71. & inſtructiones, num. ſeq. & num. 73.

Inſtructiones & capitula conceſſa alicui in officio non ſunt perſonalia, ſed tranſeunt ad eius ſucceſſorem, num. 72.

Admiratus Magnus habet ſuos Viceadmiratos, qui habent iuriſdictionem, Curiam, Iudicem, & Magiſtrum Notarium, & præeminentias, num. 73.

Rex ſolet vocare aliquos Magnates & conſiliarius, ſuos conſanguineos, parentes, amicos,

propter curam, & ſollicitudinem, quam habent in imperium, num. 74.

Admirati Magni, & Magni Comeſtabilis officium ſunt in perſona vnius, & quomodo ſedeant in parlamentis, num. 75.

Admiratus debet habere in ſuos ſubditos matriculam, num. 78.

Matricula officialium debet teneri, ibid.

Admiratus facit litteras patentes, & cedulas, & eis creditur, num. 79.

Vaxella barcæ, & naues, debent apportare in eorum banderijs arma magni Admirati ſub pœna, num. 80. cum ſeqq.

Admirati Magni inſignia, & arma debēt apportari per vaxella, barcas, & alia in eorum inſignijs, & ſtendardis, ibid.

Banderiæ, ſtendarda, & vexilla de vſu belli, ſubmictuntur inſignum recognitionis quando adeſt ſuperior, num. 81.

Index inferior ſi intrat coram Indice ſuperiore, debet ordinare ſuis portarijs, vt deponant inſignia, ibid.

Epiſcopi, & Archiepiſcopi intrando Romam non portant amplius crucem ante ſe, & idem intrando in aliam diœceſim, num. 82.

Marinarij omnes debēt in eorum receſsibus, & viagijs ſecreta noua, tam ab extra, quam infra regnum reuelare Magno Admirato, ſub pœna, num. 83. cum ſeq. & quare, num. 85.

Littora non veniunt in conceſsione terrarum, niſi ſpecialiter conceſſa ſint, num. 84.

Anchorragij ius an habeat Admiratus, num. 85.

Rex poteſt prohibere ne ſecreta Regni pandantur, num. 86.

HÆc Capitula Admirati, & Vice Admirati fuerunt decretata per hunc
Regem Ioannem, non tamquam tunc Re-
1 gem Siciliæ † ſed vt Vicerex eius Patris,
vt legitur hic in principio, ibi (*Nos Ioannes
Sereniſsimi Domini noſtri Regis Aragonum, &
Siciliæ ſecundogenitus, & Dux Pugnafiel, &
in dicto Regno Siciliæ pro eodem domino noſtro
Rege Vicerex*) & in fine huius capitularis,
& omnium capitulorum Admiratus in
eo infertorum habes, ſubſcriptionem per
quam apparet quòd idem Ioannes erat
2 Admiratus † huius Regni, ibi (*nos el infanto Admiral de Sicilia*) vt ſubdam in §. 1.
num 9. & licet appareat hic in principio,
quòd adhuc iſta capitula fuerint conceſſa
illi Sāchio Roys Delicori Vicecomiti Galeani, quamuis hodie non ſit Vicecomes,
ſed Comes, vt notaui ſupra in cap. xi, in
verſic. ſecundum bracchium, vbi in ordine ſeſſionis eſt poſitus inter Comites, per
Regem Martinum, puto quòd ſit error,
ſed velit dicere per Regem Alphonſum,
apparet clare, quia vocat eum primogenitum, nam Ferdinandus Rex qui iuſtus
appellabatur habuit hos duos filios, Alphonſum primogenitum, & Ioannem
hunc ſecundo genitum, vt in genealogia,
ſiue chronologia poterit videri, tom. 1.
Tractabo igitur hanc materiam per paragraphos, quia multa ſunt capitula ipſius
Admirati, quæ inſerta in hoc capitulo leguntur.

§. 1. Et quoniā in rubrica huius Capitularis Regni legitur ibi (*ordinationes facta pro
officio Admirati*) fruſtra diſputabo, ſi Admi-
3 ratus † veniat appellatione Officialium,
ex quo ex ipſa rubr. colligitur quòd ſic,
& ita ait Marin. Freccia in tract. de ſubfeudis, tit. de officio Admiratus, num. 13.
lib. 1. vbi quod habet iuriſdictionem, & latè inferius dicam, & licet Bald. in conſil.
194. vol. 2. arguat pro, & contra, tamen
ibi Bald. non loquitur de hoc Admirato,
4 ſed de Armitato nauis † galeæ, & ſimiliū
qui propriè dicitur Capitaneus, vel gubernator, & rector, & per Crauett. conſ. 354.
num. 5. & 6. vol. 3. imo dicitur Conſiliarius
5 † vt habes hic in princ. ibi (*conſiliarius noſter*) & de officialibus magnis, quia hac
de cauſa dicitur, magnus Admiratus, nam
eſt Præfectus maris ſiue Capitaneus Maris
vt ex Baldo inferius citando, & per Ferdi-
6 nand. Boniorn. † conſtitutus per Regem
tamquā de regalijs, vt pulchrè ait Bal. tit.
quę ſint Regal. in princ. Rebuff. in l. 1. ff. de
Claſſicis, Ferdin. Boniorn hic ex Bald. q.
ſing regal. in cap. 1. §. armandi, ſic Genua
tenebat Cipri Admiratum, vt ait Cardin.
Tuſch. verbo Genua in ſuis concluſion.
iuris, tomo 4. non obſtante quòd ipſe Freccia in princ. poſt Eraſm. illum maledictū,
& Iacob. Spieg. in eius opere referant neſcire cuius linguæ, & vocis ſit & quod
putant eſſe barbaram vocem, mihi videtur eſſe latiniſſimam vocem, & eius ethy-
7 mologia eſt Admiratus † ideſt ad mare
eatus, ſicut dicitur de commeatu, & ita
de iſto Præfecto, ſiue Magiſtratu, qui mictitur extra mare ait Cothoreus, Chaſſan.
Purpurat. Rebuff. & alij citati per ipſum
Frecciam, quem, & quandoque vocant
Admirallum, qui iudicio meo habet plus
authoritatis quàm Admiratus, nam Ad-
8 mirallus † videtur Præfectus claſſis maritimæ habens congregationem omniū nauigiorū Regni, prout puto fuiſſe hunc Regem Inclitum Ioannem per dicta illa verba ſubſcriptionis in pede huius capituli ibi
(*Nos el enfante † Admiral de Sicilia,*) &
9 † de quo meminit Fazellus, cap. 8. in fine
decad. 2. Hyſtor. Siciliæ, c. 9. & cap. 2. lib. 9.
& de quo loquuntur Chaſſan. Petr. Cothereus, & Purpurat. & Freccia, locis citatis,
& quoad me æquipararē Præfecto Generali triremium huius Regni, & hoc modo
10 ſunt plures Admirales † vt per ipſum
Frecciam ſub num. 6. & Chaſſan. in gloria
mundi, part. 9. conſider. 16. vbi quòd in
Gallia erant tres, & ſuper hos puto conſtitutum fuiſſe Præfectum Generaliſſimū
11 Maris ſuper omnes generales † de quo loquitur Volateran. lib. 29. Hyſtoriarū, qui
dicit quòd apud Athenienſes Magnus fuit
Dux, qui imperatoriæ claſſi præerat, cui
magnus parebat Drumgarius, admiratus,
& prothocomes, cæterique claſſis curatores Bald. in d. tit. quæ ſint regalia in princ.

qui

qui dicit eſſe ducem exercitus in mari, Iacob. rebuff. in l. 1. de claſſici, Luc. de Penn.
in l. 1. C. de Comitib. rei milit. lib. 12. &
12 Præfectum Claſſisque † ex Titito Liuio,
lib. x. 3. decad. & lib. 9. Ceſar. de bello ciuili
c. 3. Cicero in Verrē act. 7. Spiegel. tradit
ipſe Freccia, ſub num. 2. cum ſeqq. vbi hoc
officium exercuiſſe Cineum Octauum,
C. Lælium, Bibulū Libum, qui erant Præfecti Claſſis nauium longarum tempore
Romanorum, quæ ſunt triremes hodie,
& hi tales gaudent exceptione hoſtica,
vide ſupra in cap. 71. ſub verſic. durante.
ibi, Octauo, n. 55. quod officiū reſidebat annis præteritis in perſonā Sereniſſimi Principis Philiberti fælicis memoriæ quem
D. O. M. in cælis tenet ob ſantiſſimas eius virtutes, & iſto modo nil in his quoad
13 iſtum Magnum Admiratum † de quo loquimur, quia ipſe non ſe impedit de Nauigijs regijs, nec de eorum refectione, nec
de armatura Claſſis, nec de cuſtodiendis
littoribus, ſi vult poteſt cuſtodire, vt poſt
Chaſſan. ſubdit ipſe Freccia, num. 10. &
ſeq. arg. magiſtrorum paſſuum, qui habent
curam, ne equi, neue arma extrahantur ad
Barbaros, vt ſubdam inferius in §. x. vbi
quòd hodie quoad hanc cuſtodiam littorum. & maritimæ ſpectat ad magiſtrum
Portulanū, & de hoc ſerio dicā in pragm.
Regias, tit. xj. de offic. Portulani in verſic.
decimooctauo; tom. 1. pragmaticarum ſed tantum habet quaſdam præ-
14 eminentias, & iura † & iuriſdictionem
de quib. inferius; & per hoc bene dicit
Freccia, num. 19. quod plura habet dictus
Admiratus, tam circa armatam, quàm
circa homines ſibi ſubditos, & cuſtodiam
maris, loquitur de illo Admirato ad hoc
conſtituto, quoad maritimā concedo habere ius, vt videbimus infra in §. 15. in reliquis in multis diminuta eſt authoritas,
& poteſtas hodie, vt ſubdit idem Freccia,
num. 30. qui ait quod aliter quàm ſe habet inſtitutio, & regula ſui officij ſeruatur
hodie ideoque licet hic in aliquib. verſiculis dicatur quod etiam ſuper triremibus,
& officialib. Regiæ Curiæ habet ius, non
affirmo pro vero.

§. II. Videmus ex his capitulis quòd
15 Admiratus, & eius locumtenens † & Vice Admiratus habet quaſdam præeminentias, & iura, quæ percipit, de Nauibus, Galeis, & lignis de remotam Curiæ, quam
aliarum perſonarum à quolibet marinario, etiam piraticam exercente, vt dicam
nunc in 3. §. de quibus tetigi ſupra in capit.
33. Regis Federici, tom. 2. & de quibus loquitur idem Marin. Freccia loco citato, in
d. tit. de officio Magni Admiratus, num. 4.
16 vbi quærendo qui dicātur marinarij † dicit eſſe illos, qui viuunt ex arte maris, vel
quod trahāt retia, vel quòd piſcātur, ſiue
cum alijs maritimis incedāt cum barcis
ſecūdum Gloſſ. in rubr. C. de nauicularijs,
vel ſi quis emit piſces, & vēdit, gloſſ. in l. ſemper, § ſemper, ff. de iur. immunit. & inſu-
ma ſunt illi, qui maiorem ſubſtantiam
ſuam vertūt in talem emptionem, & frequentius in hoc verſantur, ex Rebuff. Bar.
& ſimilibus.

§. III. Sic de armantibus ad piraticā
exercendam, vt tetigi nunc, quia habet etiam ipſe Admiratus, vel eius locumtenens
17 † iura ſua, & de qua piratica recordor,
ſcripſiſſe in pragmaticis, tit. 76. nu. 2. tom.
1. ipſarum pragmaticarum, & de qua piratica fit adhuc mentio infra in capit. 8.
Regis Ferdinandi, tom 7. vbi ſemper præſupponitur licentia iſta armandi talia
nauigia, galeas, & ſimilia, & hic inter capitula huius Admiratus in textu, ibi (*item armatores, ratione fideiuſsoriæ cautionis recipiēdæ ab eiſdem armatoribus de non offendendo fideles amicos, & treguatos Regios; atque noſtros, &c.*) & ita diſponitur per pragmaticā Regiam, & per alterū capitulū Regni,
de quibus ſcripſi in cap. 74. Regis Alphonſi, tom. 4. vbi in ſumma tetigi, quòd non
18 licet armari nauigia † contra inimicos, niſi præſtita ſupradicta fideiuſſione, de qua
in d. cap. 8. vbi dixi tam extra Regnum,
quam in Regno, & multa apportaui ad
cap. 67. Regis Martini, § xi. tom. 3. vbi adduxi concordantia capitularia, & concordat ſupra cap. 23. per quod datur modus
circa capientes illos piratas. & quibus acquirantur eorū bona, & vaſſella, nēpe quia
19 † impunè eſt licitū, ac permiſſū omnibus
Ciuitatibus, & terris, & ſingularibus perſonis Regni armata manu illos diſarmare,
eoſque occidere licet, adeo vt ſi caſus prædictæ mortis accideret, non poſſint criminaliter accuſari, neque vlla petitio contra
eos audiatur, vt ſcripſi in d. cap. 67. d. §. xi.
& in pragmaticis Regiis, tit. 76. de Piratis,
& c in 1. notabili, ſub num. 7 tom. 1. earundem pragmaticarum cum concordantibus ibi adductis, & præſertim c. 396. eiuſdem Regis Alphonſi, ibique Boniornus,
Præpoſit. in tit. de conſtit. & ſtatut. 5. nauigia, Franch. & alii in cap. pro humani, de
homicid. in 6. vbi diſponitur, quòd eſt lici-
20 tum ſe defendere † & offendere aduerſus
hos piratas facientes terrazzabias, prout
hoc modo vtitur in d. cap. 396. & propterea ſubd tur in eod. cap. 23. quod iſtud eſt
etiam conforme iuris communis diſpoſitioni, quā cautum eſt, vt piratæ tamquam
hoſtes publici ab omnibus poſſint impunè
offendi ¶ Alterum, quòd in eod. capit.
23. erat diſpoſitum eſt, vt iſti, qui contra
21 tales piratas iuerint † & eos cæperint,
conſequantur galeas, & vaſſella ſiue vaſa
diſarmata, quam etiam bona in ipſis exiſtentia; & de quibus ſpoliis laceratis iſte
Magnus Admiratus habet quintā, vt in his
capitulis, ibi (*item de galeis nauibus, ſiue lignis*) etiam ſi eſſent diſrobata à noſtris amicis in maribus huius Regni, nec teneantur, ſubditur ibi in textu, ipſa aliquo modo reſtituere, ſubiūtur ibidem ratio, quia
hoc eſt de iuris diſpoſitione, vt bona eorū
efficiantur capientium, præter ſtabilia
lo-

Digitized by Google

loquor,quæ ſunt Regis,vt dixi in d.cap.67.
Regis Martini, num, 37. cum ibi citatis,
quia mobilia videãtur eſſe capientium, vt
ibidem ſubdidi quòd ſaltim diſtribuuntur,
vt diuidantur inter capientes ipſos, & ita
in hoc propoſito,quòd nempe bona mobi-
lia ſint ipſorum capientium ſic poſt Inno-
cent.Alciat.Petrin.Bellin.Vinc.de Frãch.
Maſtrill. Lanar.Aponte, & multa iura ait
Dom.Collega meus del Caſtillo,deciſ.141.
in princ. Eſt verum quòd ipſe dat limita-
tionem,quia ſi in dictis galeis vaſſellis,
fuſtibus,galeottis,brigantinis, ſiue vaſibus
talium piratarum adeſſent bona capta
22 † in his maribus Siciliæ à noſtris Chriſtia-
nis, tunc ſunt reſtituenda dominis ipſarũ
raubarum furatarum,ſi tamen ſteterint in
eiſdem noſtris maribus,& nõ fuiſſent per-
uenta in præſidia,& loca tuta inimicorũ,
& erat ibi caſus,nam à quodam Syracuſa-
no erant capta certa vina á piratis, & ab
ipſis piratis recuperata in Inſula Vſticæ
23 † Siciliæ adiacente, de qua meminit Pli-
nius.lib. 3.cap.8.non autem de illo monte
in Sabinis eiuſdem nominis, cuius memi-
nit Horat.lib.4.Carm.Ode;17. & Fazellus
in lib. 1. Hyſtor.Sicil.cap.7. fol.7. qui me-
minit eſſe de iuriſdictione Archiepiſco-
pi Panormi, ſoluta tamen certa merce-
de ratione periculi,& laboris, vt aliàs gẽ-
tes animoſiores fierent, & ne a ſimilibus
actionibus ſe retrahant,& ita tenuiſſe Mo
lin.Couarr.& per leges Hyſpaniæ, tit.26.
part.2.cuius tenorem inſerit ibi, num. 10.
ipſe Caſtillo.quæ limitatio realiter eſt mi-
rabilis, & eſt reſtrictiua, & limitatiua ad
d.cap.Regni,23 ipſius Regis Ioannis, dum
dicitur ibi (*qui bona Siculorum depredati fue-
rint,ſiue acceperint,vel perſonas aliquorum quo-
quomodo per vim in ipſis galeis detinuerint,vel
etiam ſubtraxerint, vel diſro bauerint bona fo-
renſium amicorum circa maria Regni Siciliæ,
Ciuitates,ſiue terræ,quæ ipſos diſarmauerint, vt
ſupra,habeant,& conſequantur tam galeas diſar
matas,quàm bona in ipſis exiſtentia,nec teneantur ipſa aliquo modo reſtituere*) & ita in effe-
ctu ſubſequitur declaratio ibi (*nec aliqua
petitio ciuilis, aut criminalis audiatur.*) quid
dicemus? d.capit.regni 23. non diſtinguit
24 † imo dat capientibus tam galeas diſar-
matas tamen,quàm bona in eiſdem exi-
ſtentia,& dum non diſtinguit,nec nos di-
ſtinguere debemus,vt vidimus in Conſue-
tud Panhor.cap.26.num.60.& in cap. Ri-
tus,188.nu,31. tom.4. recurrendum video
ad pragmat.tit.45. tom.2. de qua in d. tit.
76.pragmaticarum tom.1.dixi num.29. vbi
de ſeruis captis, & prout hic, & inferius
loquor in §.4.& per ea, quæ in ſimili in
furtis factis in terra à latronibus bannitis
25 † & diſcurſoribus Campaniæ ſcripſi in
eiſdem pragmaticis tit.41. de armis,num.
45.46.& 47. d.tom.1. vbi loquendo, cuius
erunt arma, veſtitus,raubæ,pecuniæ,equi,
& alia inuenta in poſſe ipſorum bannito-
rum, dixi eſſe capientium,ex bannis ibi ci-
tatis,& authoritatibus Doctorum, vbi ci-
taui inter alia bãnũ Viceregis Marchionis
Peſcariæ,Panhor.promulgatũ ann.1569.4.
Iunij xij. Indictionis,& ibi etiã dicitur de
illis bannitis,qui inter ſe ſe occidunt, &
del banno de li teſti, & circa prædicta vi-
de quæ ſcripſi in deciſ.161. M.R.C. ¶Dicã
in hac materia Piratarum,quod quemad-
modum valet ſtatutum,vt vniuerſitates te-
26 neantur † reſarcire damna, & furta fa-
cta in eorum territorijs per bannitos, &
latrones,vt vidimus in cap. Regni 3.Regis
Petri poſt capit.Regis Federici,tom.2. fol.
367.& voluit Bart.in l.ſi in rixa,col.2.ff.de
ſicar.Ioann.Bertacchin.in ſuo repertorio,
verbo ſtatutum, fol.100. col. 3. vbi ponit,
quid ſi ſtaret ſtatutum,vt villa teneatur ad
decem libras pro pœna ſi nõ caperit ma-
leſactorem,quomodo intelligatur, ſi non
cæpit plures, qui vnum maleficium com-
miſerunt,ſubdens, quòd vno ex vniuerſi-
tate ſoluente,cæteri liberantur,idem Bar.
in l. ex maleficijs,§.ex his quoque, ff.de a-
ction.& obligat.idem Bertacch. col.4.vbi
loquitur de vicinis obligatis capere male-
factorem, ibique tangit, quid ſi occurre-
runt,& fecerunt quantum potuerunt,ſed
propter potentiam, aut violentiam, vel
velocitatem maleſactoris, non valuerunt
illum capere,nunquid teneantur pœna in
d.ſtatuto contenta,ex Abb.in cap.cum ſi-
cut,de eo,qui mict.in poſſeſſ.Bart.in l.1.§.
occiſorum, ff.ad ſyllan.idem Bertacchin.
fol.101.col.2.& per Florian. in l. item me-
la,§.ſi plures,in fine,ff.ad l.aquil.Bart. in l.
ſi cum exhibuiſſent,§.ſi plures, ff.de publi-
can.& per Cacheran.pulchrè, pro, & cõ-
tra diſputantem in deciſ.88. à nu. 14. cum
plurib.ſeqq.poſt Iaſon.Fælin.Guid Papæ,
Marſil.Angel.Dec.Curt.conſ.6.num.6. vſ-
que ad num.17.Cappella Tholoſan.deciſ.
88.Couarr.lib.2.variar.reſolut. cap.8. nu.
7.cum infinitis, ita & non aliter quando
damnum eſt datũ ab ipſis Pyratis,vt ſcrip-
ſi in d.pragm.eod.tit.76.num.12.d.tom.1.
pragmaticarum.

§. IIII. Idem dicendum eſt de ſeruis,
27 turcis,& mauris,& ſimilibus. † captis, vt
tetigi in præcedẽti,§.etenim iſti ſerui cap-
ti ſimiliter ſunt capientium,ſi in mari cap-
ti ſunt,aliàs ſi in terra,medietas eſt Regiæ
Curiæ,vt dixi in d.pragm.76.d.num.19.&
tetigit hic Boniorn. allegat text. in l. om-
nia,§.fin.ff.de legat.ij. vbi Bart. & DD. in
l.1,ff.ſi cert.pet.vbi Dec num.52.& pro V.
I.D.Don Petrum de Oriolis in allegatio-
ne pro magno Admirato,Iaſon.in l. ſerui
electione, §.labeo,num.8.ff.de legat.1. vbi
28 quod appellatione † rerum veniunt ſer-
ui, & ancillæ,ex Bald. Imol. & Paulo de
Caſtro,qui dicunt, quòd publicatis rebus,
veniunt ſerui,& vaſſalli,& facit §.ſequens
hic in textu ibi(*Itẽ de ſinguiis rebus*) & ſimi-
liter Magnus Admiratus habet ſuam par-
tem ſicuti de alijs bonis, & à numero de-
cem vltra,ratione honorantiæ competit
ſibi vnus ſeruus, vel vna ſerua ad electio-
nem ipſius, vt hic, ibi (*item de eiſdem galeis,
nauibus,&c.*

§.V.

§. V. habes quod res, raubæ, ſerui, & alia
ſpolia capta à poſſe piratarum, de quibus
ipſe Admiratus habet dictam quintam, vt
dictum eſt, non poſſunt vendi ſine licen-
tia ipſius ſub pæna amiſſionis dictorum
bonorum captorum dicto Admirato con-
fiſcandorum, ſic ibi (*item de galeis, & lignis,
exterorum, &c.*) & emptores amictunt di-
ctas res, per eos emptas, vel pretium di-
ctarum rerum, ibi (*item ſi aliquæ galeæ na-
ues, vel ligna exterorum venirent, &c.*) ar-
gumento eorum, quæ dixi de ementibus
res derobatas, & furatas in cap. Regni 470.
Regis Alphonſi, num. 10. ſupra, tom. 5.

§. VI. (*Item de Nauibus, ſeu vaſſellis exte-
rorum, quæ in maritimis, &c.*) habetis mate-
riam naufragationis vaſſellorum, & alio-
rum lignorum, naufragatorũ, vt puta, vel
in ſaxa data, vel propter vitã ipſarum na-
29 uium iam finitam † de quibus legitur ea-
rum vitam parum plus vltra decẽ annos
durare poſſe, eſto quod ſtaret ſemper in
portu, niſi eſſent compactæ ex Tylea illa
rubea exciſa in Inſulam rubri maris, ex
quo ligno fertur tempore Alexandri Ma-
gni fuiſſe fabricatas naues, & perduraſſe
annos ducentos, & vltra, & immerſas eſſe
repertas incorruptas poſt mortem dicti
Alexãdri vltra alios annos ducẽtos, vt dixi
in dec. M.R.C. 3. n. 7. de qua naufragatio-
ne dixi ſupra in cap. 24. Regis Iacobi, nu. 13.
30 tom. 1. & colligitur hic & ibi quòd † fa-
cta naufragatione, triduo iam elapſo, om-
nia, quæ in maritimis reperiuntur, ſunt
acquiſita dicto Magno Admirato, addo
Io: Anton. Batium, ad Aiflict. in conſtit.
Regni in proœmio, fol. 25. col. 3. qui loqui-
tur de hoc triduo, idem Aiflict. in conſtit.
edictorum, num. 22. rubr. 96. de literis cita-
torijs, vbi illud, quod fit infra hoc triduũ quod, vt
audio, & video, eſt hodie prorogatu, vt di-
31 cã n. 36. † ex quo videtur factũ incontinẽ-
ti vt dixi in Bulla, & regia pragm. poſt ca-
pit. 355. Regis Alph. nu. 160. cum ſeqq. to. 5.
conſequenter cenſetur ineſſe, per l. 3. §. cũ
igitur, ff. de vi, & vi armat. l. fin. C. de er-
ror. Aduoc. l. 1. C. de emendat. ſeruor. l. fin.
C. de iudic. Præpoſit. Mediolanenſ. in cap.
Rhodiæ, diſt. 2. fol. 14. vbi præſertim, num.
2. intendit quod Reges noſtri Hyſpaniæ,
malè faciunt, & reuera ita olim faciebant,
ſecus hodie, vt in d. cap. 24. Regis Iacobi,
32 qui naues fractas tempeſtate † occupane
per text. in l. 1. C. de Naufragat. lib. x. gloſſ.
in cap. diſpenſationes, 1. quæſt. 7. Auth. na-
uigia, C. de furtis, quæ reprobat illam cõ-
ſuetudinem, ſiue ſtatutum, vigore cuius
gentes appropriant ſibi bona naufragata,
& Principes ad hoc obtinere debẽt, quia
fiſcus non debet diteſcere calamitatibus
miſerorum, vnde optimum conſilium eſt,
& cautela, vt circa paſſus huiuſmodi nau-
fragia, ad hoc, vt in poſterum de huiuſmo-
33 di caſu fortuito docere † poſſint, compa-
reant poſt naufragium ipſum infra tem-
pora coram Iudice loci, & coram quibus
ſpectat, vbi naufragium accidit, illudque
patefaciant, & producant teſtes ſuper eo-
dem, vt de cætero de eodem non dubite-
tur, & dicunt DD. & Præpoſit. vbi ſupra
eſſe textum in l. ne quid, §. de his, ff. de in-
cendio, ruin. naufrag. & in l. 2. C. de Nau-
frag. d. lib. xj. eſtque optima practica ad ſer-
uandum in alijs caſibus fortuitis, vel rapi-
næ, Bart. vbi ſupra, Affl. in conſtit. Regni,
Dohanæ, Secreti num. 4. tit. 59. de offic. Se-
creti, vbi ait, quòd ſi reperitur dominus bo-
34 norũ, qui paſſus eſt dictũ naufragiũ, † vel
ſupereſt eius hæres, fiſcus Regius in bonis
ipſis, nec Admiratus ex tali naufragio in-
uẽtis nullũ ius habet, vt ſcripſi in dec. 161.
M.R.C. per totã, immo inuadẽtes res ipſas
naufragatas ipſo iure ſunt excommunica-
35 ti † cap. excommunicationi, extr. de hæ-
ret. Præpoſ. vbi ſupra, in princ. & ẽi con-
tra iſtos ſubripientes bona, reſque naufra-
gatas crudeliter erat pæna, adhuc vitæ, cõ-
tra quos Iuſtitiarij agunt, vt per Affl. in d.
conſtit. dohanæ, num. 15. quibus † de cau-
ſis puto quòd iſtud triduum fuerit proro-
gatum ad vlterius tempus, vt audio, quo
elapſo licite dicta bona naufragata retinẽ-
tur, & ceſſat reprehenſio Domini Præpo-
ſiti facta cõtra noſtros Catholicos Reges,
& ſubdit idem Præpoſit. in d. cap. Rhodię,
d. num. 2. diſt. 2. ex Bart. in d. l. 1. C. de Nau-
37 frag. lib. xi. quod ſi nauis † aliqua vi tem-
peſtatis, vel timore inimicorum, vel alia
huiuſmodi neceſſitate ad portum aliquẽ
applicuerit, non teneatur ſoluere gabellã,
aut alia iura portus, & dicit in ſimili face-
re l. Cæſar, ff. de publican. Affl. in conſtitut.
Regni, Magiſtros fundicarios, num. 5. tit.
80. de officio Magiſtri Iuſtitiar. lib. 1. & eſt
vnus de caſibus, in quibus gabella ſolui nõ
debet, vt tetigi ſupr. in cap. 353. Reg. Alph.
to. 5. ſecus ſi ex propoſito illuc attigiſſet, vt
dixi, ibidẽ, n. 7. & 8. fol. 69. Ex quibus vide-
mus quàm periculoſa ſit Nauigatio † ma-
ximè à menſe Octobris, vſque ad Aprilẽ,
vt poſui ſupra in d. cap. 24. Regis Iacobi,
num. 2. & 3. in quo tempore de iure erat
interdicta nauigatio, ſecundum ea, quæ
refert Dom. Carolus Tapia, vbi ſupra,
num. 61. per gloſſ. in l. 1. C. de milit. veſt.
lib. 12. l. quoties, C. de Naufrag. lib. x. l. qui
petitorio, ff. de rei vendicat. & propterea
multa mala afferret ipſa nauigatio, vt
poſt Plutarch. & alios ait ipſe Tapia, poſt
Senecam, & ſimiles, referens illud eiuſdẽ
Plutarci, qui de tribus rebus per commu-
nem vitam pœnitentiam agebat, primo
quòd archanum mulieri tradidiſſet, ſecun-
do ſi per aquã traieciſſet, quod poterat per
terram pertranſire, tertio ſi aliquam diẽ
per iniuriam omiſiſſet, & prout per ipſũ
Tap. nu. 64. 65. 66. 67. 68. 69. ex Stracca, nõ
ſic puto noſtris temporibus, quia omni tẽ-
pore etiam prohibito faciunt nauigatio-
nes tamquam aptiſſimas.

§. VIII. Competunt huic Magno Ad-
mirato, & eius Locumtenenti, multæ ho-
39 norantiæ competentes † ſuper omnibus
generibus lignorum, deferentium v. g. vi-
num,

Digitized by Google

ius,prout puto quòd non competit.
§. IX. colligimus ex iſto §. per verſ.
ibi (*item ſi aliquod lignũ egrederetur Regnũ*)
cũ verſ.ibidem ſubſequenti ibi (*itẽ ſi abſque*
licentia dicti Admirati, &c.) quod loquuntur hi verſiculi de illis ſeruis Mauris, tur-
47 cis,& libertis, & non chriſtianis † qui, ſi
volunt hinc recedere à Regno,& extra
Regnum ad eorum patriam,& ſic ad terram Saracænorum,vt expreſſe hic habes,
debet obtinere licentia à Magno admirato,cui competunt pro quolibet ſeruo, vel
liberto floreni duo,aliàs ſi ſine licentia extraherentur,& reperti fuerint,cõfiſcantur
ipſi Magno Admirato, vel eius Locumtenenti, & ſemper intelligo de ipſis ſeruis
liberis,ſiue libertis, vt hic, iſti enim quicquid acquirunt,dum hic morantur, ſunt
eorum patrimonia,imo ſi fortè decederẽt,
bona eorum non aliter incorporantur fiſco Proregis tamquam generali Capitaneo,& ſic fiſco Officij Sp. Generalis Au-
48 ditoris ſed licitũ eſt diſponere † de eis, &
facere teſtamentum,vel ſuccedere poſſunt
hæredes eorum ab inteſtato,ita vidi deciſum per Illuſtriſſ. de Ameſcua,& Carrillo
in officio eiuſdem Auditoris die 4. Iunij,
xij. indicionis 1599. tempore, quo erat
Præſidens in hoc Regno Illuſtriſſimus,&
Excellẽtiſſimus Dom. Marchio Hieracis.
§. X. ibi (*item nonnulli ſub ſpecie mercantiæ*) dixi in d. cap.24.Regis Iacobi, nu.14.
tom.1.& melius,& magis punctualiter in
indiuiduo tetigi remiſſiuè ſupra in capit.
83.Regis Federici,tom.2.vbi citaui capit.
Ritus 170.tom.4. & tranſit Boniorn. & alij Noſtrates in d cap.83.vbi allegant multa iura canonica & ciuilia,cap.ita quorũdam,cap.ſignificauit,& cap quod olim de
Iudæis,extrauag. Clement.vltima, incip.
multa mentis amaritudine, tit.de iudæis,
& idem Boniorn. in Allegation. pro Regio fiſco contra Natalem Nauarello, qui
vendidit certas haſtas,& zagaglias acutas
Mauris extra portam Sancti Georgij.lib.
2.alleg. allodial.fol.69. & faciũt quę ſcripſi in Regias Pragmaticas Sanctiones, tit.
xxj.de Armis.&c.num.2.& num.22. tom.
1.earundem pragmaticarum, quod capit.
83.eſt concordans cum iſto §. & hic me
remiſi latius dicere, & in omnibus locis
modo citatis habemus quòd ſunt prohi-
49 bitæ tales extractiones † ad infideles, turcas,& mauros, ac Saracænos per Sedem
Apoſtolicam,&,vt refert Alberic. de Roſat.in ſuo dictionario, verbo, Saracænus,
fol 301.col.1.Nicolaus IIII.Põtiſ.Maxim.
in quadam ſua extrauaganti, quæ incipit
Olim,ſtatuit,& innouauit,quòd nullus,arma,equos,lignamina,victualia,& alia quęcumq; mercimonia in Alexandriã,vel Saracænorũ loca terræ Ægypti deferre, vel
mictere,vel auxiliũ, vel conſiliũ præſtare
pręſumat,aliàs hi tales ſunt excõmunicati
ipſo facto,a qua excõmunicatione abſolui
nõ poſſut,niſi ſecundũ formã ipſius extrauagantis,& addit,quòd vltra pænas ibi a-
dictas,perpetuo ſint infames, & inteſtabiles in actiua, & paſſiua ſignificatione,
nec admicti debent ad actus legitimos:
Quæ extrauagans, vt ſubdit Alberic. de
Rotat.vbi ſupra habita ſuit pro reuocata,
quia non erat poſita in lib. 6. vt in proæmio eiuſdem libri continetur, quod vidẽs
Bonifacius VIII. Pont.Maxim.author, &
conditor dicti libri ſexti,intra annum innouauit in quadam alia ſua extrauaganti,quæ incipit,contra illos; poſt hoc Clemens V.Papa,innouauit, & poteſtatem
abſoluendi præterquam in mortis articulo,reſeruauit in dicta eius extrauaganti,
tit.de Iudæis,in eod. c.multa mẽtis,&c.&
vide in ſumma Cõfeſſor lib.4.tit.33.quęſt.
37.cum ſimilibus per ipſum Alberic. citatis, & ſic videtis, quòd omni iure prohibentur deferri arma Saracænis, ferrum
loricæ,lanceæ,lignamina,& cætera,prohibendo nedum portantibus,ſed etiam conſentientibus,& etiam de iure ciuili hæ sũt
prohibita,vt ait Boer.d.deciſ.178. num.11.
& in tract.de cuſtodia clauium portarum
ciuitatis,& per l.1.& 2.C. quæ res exportar.non poſſ.& contrafacientes pæna capitali plectuntur, *Boer.* vbi ſupra,Stracc.
de Mercatur.part. 2. num.40.& capientiũ
ſerui efficiuntur, Boer. num.17. quia iſtud
eſt, quod hic dicitur ibi (*legitimis pænis*
puniantur) Alex. conſ. 130. lib. 7. Domin.
Cardin.Tuſch. in pract.concluſ.iuris,verbo,Infidelibus,concluſ.125.tom.4.ſic de vi-
50 no † oleo,ſale,frumento, aut aliquo liquamine,& idem in rebus aridis,etiam ſi cauſa negotiationis, & commercij deferrentur,& de omni armorum genere, vtputa
de molis, & lapidibus aptis ad acuendum
ferrum (argumento eorum, quæ dico infra in cap.41.Regis Caroli,verſic. prima
igitur petitio,tom.8.vbi idem de equis, &
ſic de animalibus,l.vſurpationem,C.de vectigal.& commiſſ. & fuit tactum per nos
ſupra in cap.Regni 15. Regis Martini ſub
num.68.tom.3.vnde dixit Luc. de Penna,
in l.ſaluberrima,& in l.1. C.de lictorum,
& itinerum cuſtodia, lib. 12. quòd in hoc
conſtituti ſunt magiſtri paſſuum,ne arma
vel equi extrahantur à Regno, & ad Barbaros aſportentur,& ita poſt Yſern.in tit.
quæ ſint regal.in rubr.col.4.ait idem Freccia,in d.tit. de offic.Magni admirat. num.
51 12.& 13.quẽ nos hodie † vocamus Guardianum portus, vt tetigi de equis ſupra
in capit. 57. ſicuti de Magiſtro portulano
ſcripſi in pragmaticis,tit.xj.cuius officium
eſt dare licentiam ne nauigia diſcedant à
portu abſque licentia, to.2. pragmaticarũ
verſic.decimooctauo,vbi etiam dixi quod
vocatur quodammodo guardianus portus,& littorum. Idemque de auro,& multo magis,etiam pro comparandis mancipijs,aut quibuſcumque ſpeciebus,l.1.C.de
Commerc.& Mercator. neque telas pro
52 velis nauium † & galearum, & ſimilium,
Boer.loco citato,num.12.13.& 14. & d.n.
17.vbi idem dicit de vendentibus ipſis Sa-

racænis naues, & galeas, per capit. ad libe-
randum, eod. tit de Iudæis, idem Boer. de-
ciſ. 177. num. 4. Petr. de Anchar. Ioann. de
Anan. & Fælin. qui dicunt quòd per ſtatu-
ta, per quæ prohibetur vendi materia,
prohibetur adhuc vendi materiatum, ra-
tione quia nullæ res, nec merces deferri
ad eos poſſunt, ex quibus ipſis Saracænis
poſſit commodum, ſiue ſubſidium perueni-
re. Etiam ſi docerent tantummodo eos
facere naues, & ſimilia, per l. fin. C. de pæn.
Io. de Anan. in d. capit. quorundam, col. ij.
Petr. de Anchar. conſ. 88. Etiam ſi dictæ res
53 deferrentur † ad ipſos Barbaros, & Sara-
cænos pro redimendis captiuis apud eos
exiſtentibus, Boer. loco citato, d. num. 17. &
18. quia eſt prohibitum in rebus prohibi-
tis ſpecificè de ſui natura deferri, quicquid
alij vellent, & de hac practica quomodo
intelligatur maximè cum licentia, tetigi
ſupra in cap. 13. in 3. notab. etiam ſi ſimus
in tempore belli, quàm pacis, & treguæ,
ex Goffredd. Innoc. Abb. Ioann. de Anan.
* & communiter * alijs, & per Boer. num.
21. reprobato Alex. qui tenuit contrariũ,
eſt verum quòd Dom. Tuſch. vbi ſupra ſe-
quitur ipſum Alex. in d. conſ. 130. in totũ,
& puto quòd non viderit Boer. dum de eo
mentionem non facit, Vel eſto quòd de-
ferrentur ad alios, quam ad hoſtes impe-
rij Romani, & ſic præter Saracænos, &
Barbaros, quia, vt nec illis merces, & res
prohibitæ deferri poſſent, vt ibidem per
Boer. num. 19. & ſeq. ratio eſt, vt euitetur
54 commercium † & ne archana, & ſecreta
imperij alijs pateſiant, & ne ſit modus ex-
plorandi ſecreta inimicis, l. mercatores, C.
de commerc. & mercat. Bald. & alij per
ipſum Boer. adducti, vbi refert poſt eundẽ
Bald. in l. 2. C. quæres export. quòd Floren-
tiæ fuit condemnatus quidam, qui emerat
certas remulas, ſeu ſundas a quodam hoſte
ſtatus Florentinorum, & quoties cõmer-
cium damnatur, pariter emptor, & ven-
ditor puniuntur, l. quia, vbi Salycet. C. quę
res vendi non poſſ. l. fin. C. de cupreſſ.
lib. xj. & de his omnibus poſuit Marc.
Ant. Surgent. de Neapol. illuſtrat. cap. 24.
lib. 1. num. 11.

§. XI. ibi (*item quòd omnes Marinarij, ſeu
nautæ*) colligitur quòd Marinarij, & nau-
tæ reperti in terris, in quibus haberent cõ-
ſulem coram dicto Conſule conuenientur
55 in ciuilibus † in criminalibus vero, coram
dicto Magno Admirato, vel eius locumte-
nente, ſi vero conſulem non haberent, in
omnibus tam ciuiliter, quam criminaliter
coram officio dicti Admiratus reſpon-
dere tenentur, de cuius foro ſerio tra-
cto inferius in §. 12. & ita ait Domin. Ma-
ſtrill. in tractat. de Magiſtratib. capit. 4.
tit. de iudic. Princip. num. 152. vſque ad
num. 157. part. 1 vbi in ſpecie, dicit de hoc,
eſto ex errore ſit citatum capit. 22. Regis
Ioannis, quia ibi nil de hoc, ſed hic ſic, &
per ea, quæ ſcripſi in conſuet. Panhor. cap.
38. cum concordant. citatis in capit. Ritus

& ſic quoque de hoc foro Marinariorum,
& Nautarum dixi in c. Regni 44. Regis Ia-
cobi, in princ. tom. 1. Chaſſan. in Cathalog.
Gloriæ mundi, part. 9. conſider. 16. Intelli-
gendo dummodo dictus Conſulatus eſſet
conceſſus authoritate Proregis, quia puto
56 eſſe de regalijs † vt ſine eius authoritate
conſtitui non poſſit in eius Regno, ſentit
poſt Calic. in Margarit. fiſci dub. 8. ſub nu.
7. ſpecial. 59. & ſeq. Maſtrill. in d. ſuo tra-
ctat. de Magiſtrat. d. c. 4. eod. tit. de iudicijs
Princip. num. 152. cum ſeqq. vbi ſupra, ad-
do Vinc. de Franchis deciſ. 363. qui dicit
quòd ex particularib. priuilegijs princi-
pum conceduntur, & poſui in puncto
in capit. Regni 10. Regis Martini,
num. 35. tom. 3. & in capit. 362. Regis
Alphonſi, num. 3. cum ibi citatis tom.
5. vbi quòd requiritur etiam licentia Se-
57 natus † ſi hic Panhormi exerceatur iuriſ-
dictio, & per eundem Maſtrill. vbi ſupra
qui dicit quod conſules nationum nõ poſ-
ſunt exercere iuriſdictionem, niſi de vo-
luntate illorum Gubernatorum illius loci
per text. in l. obuenire, ff de verbor. ſignif.
Afflict. in conſtit. cum ſatis, num. 8. cum ſi-
milib. per nos in dictis locis citatis, & ar-
gum. eorum, quæ dixi de Baronibus, in
eod. capit. 10. Regis Martini, poſt
Carol. Tapiam, & alios ibi adductos,
Item & intelligo, vt non ex hoc ſequatur,
57 vt ſi ipſi marinarij † vel nautæ compare-
rent coram noſtris Magiſtratibus, vt acta
ſint nulla, nequaquam, qua de cauſa dicit
hic Ferdin. Boniorn. quod iuriſdictio Ad-
mirati eſt prorogabilis, maxime per recõ-
uentionem, vt ex Aff. deciſ. 27. Bald. in cap.
1. quæ ſint regal. ſicuti dixi in cap. 91. Re-
gis Catholici Ferdin. tom. 7. vbi loquendo
58 in verſic. aduerte, de illis Conſulibus † na-
tionum artis lanæ, qui quando ſunt con-
ſtituti tales Magiſtri artis in ſupradictis ar-
tificijs, Conſulatus, vt Priores dictæ artis
ſint Iudices, poſſunt litigare coram Pote-
ſtate, & ſic coram M. R. C. vel coram Iudi-
cibus Tribunalis Regiæ Curiæ Pretoris,
& valent acta, vt per DD. in l. teſtamen-
ta vbi Alex. num. 4. & Riminald. num. 2. C.
de teſtam. relatus per Io. Petr. Surd. conſ.
50. ſub num. 19. lib. 1. & etiam ex Ber. Dec.
Boſſ. Guid. Papæ, & alijs vbi dicit
quòd licet ex forma ſtatuti illi Magiſtri ar-
tis lanæ, & ſimilium debeant habere eo-
59 rum Iudicem † non per hoc tamen dero-
gatur iuriſdictioni ordinariorum, et Aret.
conſ. 102. num. 1. vbi latè, Dec. conſ. 3. per
tot. Marſil. in l. finali, num. 108. ff. de iuriſd.
omn. iudic. quia iuriſdictio in iſtis Conſu-
latibus conceſſa eſt cumulatiuè, non priua-
tiuè, vt multa dixi in d. cap. 1. Regis Mar-
tini, in verſic. ſi igitur, ibi, quarto, &c. tom.
3. vbi facio illationes, & loquutus ſui de hac
clauſula; & hoc quoties ipſi vellent cõſen-
tire, nam regulariter ſolent iſtæ artes, v. g.
ſerici, & ſimilium habere conſulem ex par-
ticularibus priuilegijs Principum, per quę
non poſſunt conueniri, niſi coram ipſis
Con-

Digitized by Google

Conſulibus artis prædictæ,vt eſſe Neapoli
teſtatur ſic Vinc.de Franch. d. decıſ. 363.
(vbi quid in vxore,de quo poſui in dec. M.
R.C. 143. ſub verſ pro ipſa Ioāna, multis,
quos ibi cito)& per tradita in d. conſuet.
Panhor.vbi ſcripſi,nu.49. & maximè hæc
dico,ſi ipſi eſſent effecti fortaſſis ciues , vel
per priuilegium,aut per ductionem vxo-
60 ris † quia tunc non gaudent foro,ex prag-
mat.3.tit.x. de for. compet. tom. 1. prag-
maticarum,quæ loquitur de Ianuenſibus,
&exteris à Regno,quia diſponit pragmat.
quod non poſſunt allegare forum Conſu-
latus, ſed poſſunt conueniri tam in M. R.
C. quam coram ordinarijs officialibus Ci-
uitatum,& terrarum tam ciuiliter, quam
criminaliter,tam actiuè , quā paſſiuè quo-
modocumque,& qualitercumque,& pro-
ut ibidem ſcripſi remiſſiuè ..

§. XI. In ibi (*item quòd omnes , & ſinguli familiares*) Magnum eſt priuilegium hoc,
& circa familiares , ac forum iſtius officij
Magni Admirati nedum in ciuilibus, ſed
61 etiam in criminalibus † vt tactum eſt in
præcedenti §. & ita Matin.Freccia in d.
tit. de offic. Admirati in princ. qui dicit
quod habet iuriſdictionem ciuilem,& cri-
minalem in omnes Comitos , magiſtros
Caleſatos,& in omnes marinarios,& alios
viuētes ex induſtria,& arte maris,& ex re-
gulariter tactis,quòd actor debeat ſequi fo
rum rei,vt vidimus in Conſuet. Panormi,
cap.4.in princ.& ſupra hoc tom. in capit.
22.prope princ.vbi adduxi plures amplia-
tiones,& limitationes,& eſt gloſſ. in ver-
bo,remictantur,in l. nequid,§.de ijs, ff.de
incend.ruin.naufrag.Petr.Caball. in pun-
cto in eius reſolutionib. criminalib.caſu 3.
num.3.& 4 poſt Bartol. & cæteros, l.in
criminali,C.de iuriſd.omn.iud. l.fin. C.vbi
in rem actio,l.3.ff.de alien.iudic.mut.cauſ.
fact.ibi,ſi cum eo , qui alterius Prouinciæ
eſt experiar,in illis Prouincijs experiri de-
beo, Caualcan. Affl, Cæpoll. Guid. Papæ,
Cæpoll. & Lapus , de quibus per Valen-
zuel. conſil. 53. num. 19. nec in delictis
fit remiſſio ad loca delictorum , non
obſtante regula generali, de qua latiſſimè
poſt Dom.Carolum Tapia ſcripſi ſupra
in cap.51.Regis Martini,in 6.obſeruantia,
tom.3.itaque ex Didac.Perez in l. 1. tit.4.
lib.3.ordinat.& ex Vinc. de Franchis de-
ciſ 417.ait ipſe Dom. Tapia in eius Adno-
tationibus,ad iura Regni Neapolis,ſubtit.
vbi de crimin.agi oport fol.39.num.41.42.
43.& 44.lib.3.Capyc.deciſ. 122. (ſicut dixi
infra in d.cap.91. Regis Ferdin. d. tom. 7.
de illis,qui viuunt ratione alicuius artis ſe-
ricæ,& prout etiam tetigi de Algozirijs ſu
pra in cap. 251. Regis Alphonſi , verſic. hi
Algozirij,tom.5.)& ita de officialibus Ad-
mirati , concludit poſt Vinc. de Franchis,
Petr.Caball.in eius reſolutionib crimina-
libus,caſu 147. num.11. vbi ampliat , quòd
ſuppoſitus iuriſdictioni Admirati ratione
certi officij tempore commiſſi delicti de-
bet ab eo iudicari,licèt poſtea de dicto of-
ficio fuerit ab eodem Admirato priuatus,
de quo non reſoluo modo , quia dubito,
& feci aliquas illationes ad hoc propoſi-
tum infra in cap.37. eiuſdem Regis Ferdi-
nandi limit.xx. d.tom.7.Ideoque qui ſunt
de eius foro,gaudent,& non poſſunt alibi
conueniri,neque in ciuilibus , vt dictum
eſt,nec in criminalibus, ex citatis ſupra ,
maximè reuocante eum eius fiſco, & in
Regia Curia Prætoris Ann. 1615. deciſ
quòd remictatur quidam Procurator, qui
habebat priuilegium Commiſſarij,& ſtan-
te quòd contra eum erat cauſata quædā
executio in eadem Curia , fuit per eundē
miſſum ad effectum, quòd remictatur, &
remiſſi,& licet allegabatur deciſio Domin.
Io: Franc.del Caſtillo,deciſ 39.vbi realiter
fuerat deciſum etiam in M.R.C. quòd Fa-
bricius Buffardo commiſſarius non remi-
ctatur , tamen ibi reuerà apparebat,quòd
forum dicti Magni Admirati ille de Buf-
fardo obtinuerat poſt cauſatam executio-
nem contra eum,& poſtquam fuerat con-
uentus in Curia Prætoris , & conſequen-
62 ter erat forus ſuperueniens † ex his quæ
pono latius in d.cap.37.Regis Ferdin. d.li-
mit.20.idem del Caſtiglio,num 4.Maſtrill.
deciſ.285.in princ part.3. vbi forus ſuper-
ueniens non profuit cuidam bannito , &
foriudicato,per M.R.C. qui allegabat eſſe
ſtipendiatum militē ſuper triremibus Sa-
cræ Relligionis Hieroſolimitanæ.ex quo
fuit captus in publica platea huius Vrbis,
ideoque forus ſuperueniens non poterat
præiudicare Regali iuriſdictioni in terris
ſuis , quicquid eſſet dum exiſteret in Inſu-
la Melitæ,vel ſuper eiſdem triremibus,vel
ſub earum vexillo eiuſdem relligionis, tā
in ciuilibus,quàm in criminalibus,quia pri
uilegium fori ſuperuenientis non eximit
litigantem à iuriſdictione ſua, in qua erat
per l.ſi quis poſtea, vbi Bart. in princip. ff.
de iudic. vbi Gugl. de Cun. & cum li-
mitationibus tamen , de quibus per Ad-
ditionem ad ipſum Bartol. ibi , quem
refert , & ſequitur Ioann. Bertacchin.
in ſuo repertor. verbo , priuilegium fori,
part.4. col.2. & ita in publica audientia
Ann.1623.Sereniſſimus Princeps Philiber-
tus Prorex in hoc Regno decretauit in
alio negotio, quòd ſi eſt forus ſuperueniēs
non gaudeat. Item quia ille erat conue-
tus inſimul cum alio , qui non erat de di-
63 cto foro, & ob id, ne continentia † cauſæ
diuideretur,non erat bonum remictere ,
vt per DD.Alberic.& Iaſon.in l. nulli , C.
de iudic.l. 1.ff.de quibus reb. ad eundem
iudic. eatur , vbi Bart. & Additio dicit,
quòd in cauſis cōnexis plures licet diuer-
ſi fori,coguntur apud eundem Iudicem
comparere,cap.volentes, §. & ad ipſum,
de priuileg. in 6. vbi Dominic. & Gemi-
nian. & per ea , quæ latiſſime recordor
ſcripſiſſe in d.capit.37. Regis Ferdinandi,
extenſione 1.tom.7.Affl.deciſ. 354. vbi Vr-
ſill.& per Capic d.deciſ.122.ibique Iacob.
Maſullus,& Proſper à Petra , quòd ita in

Digitized by Google

Magnis Tribunalibus,præſertim in M.R.
C.obſeruatur,& loquuntur in puncto de
foro hoc Magni Admirati,Maſtrill.in tra-
ctat.de Magiſtratib.lib.5.cap.15. num. 19.
20.21.22.& 23.fol.229. part.2. ergo in alijs
tribunalibus inferioribus videretur ſecus,
vt ex prædictis,maximè quia ſecundum
aliam opinionem DD. cauſæ continen-
64 tia † non attenditur,vbi actor, & reus eſ-
ſent diuerſi fori,per cap.fin.& ibi Abb. de
iudic. ibiquè Fælin.præſertim quando ad-
eſſet aliquis Clericus:,vt in ſua materia
latius poſui in d. cap. 37. Regis Ferdinan-
di,ead.ampl.1.tom.7.Capic. deciſ.173.vbi
Proſper à Petra, vel vbi in priuilegijs ad-
65 eſſet clauſula abdicatiua † quæ operatur
ſegregationem iuriſdictionis,;prout eſt in
d.priuilegio Magni Admirati, vt ſubdam
6 quemadmodum dictiones taxatiuæ † non excludunt ea, quæ veniunt per alias leges, ex Paul. de Caſtr. & Aret. pariformiter non excludunt ea, quæ veniunt ex dicta Conſuetudine, & ita poſt Roman. in l. 3. §. Iurati, ff. de iureiur. ait ipſe Iaſon vbi ſupra, & de quo ſimpliciter tetigi in Conſuet. Panor. cap 12. num. 50. fuiſſe conſultū, & obtemptum in Ciuitate Florentiæ, quòd quidam Nobilis dedit mandatum alcui
7 † vt caperet mutuo mille ducatos tantū, & dumtaxat, però ſi ille procurator iuiſſe ad Florentiam, & accepiſſet ſub vſuris, vtique non dicitur exceſſiſſe fines mandati, ratione quia Florentiæ mercatores non mutuant pecuniam, niſi ſub vſuris, Iaſon

v bi

vbi ſupra, Alex. conſ. 48. col. 3. vol. 1. Rom.
conſ. 94. de quo in materia conſtituentis
procuratorem ad capiendum pecuniam
8 ad cambium † eſto in procuratorio non
fuiſſet dictũ, poſſet tamẽ capere, ſi ita eſ-
ſet de conſuetudine, ſcripſi in c. 39. nu. 115.
eiuſdẽ Regis Iacobi, tom. 1. habent enim
9 Studentes † & ſcholares tres Iudices, nem-
pe Poteſtatem ipſum Epiſcopum, & Re-
ctorem ſtudij, & poſſunt eligere, quem
volunt, vide Gloſſ. in §. illud vero in
Proœm. Digeſtorum ¶ Et intantum
ſunt vera, vt poſſit ſcholaris, ſiue ſtudens
conueniri coram ſuo Rectore, vt ſi deſie-
10 rit eſſe ſcholaris † nam pro geſtis, tempo-
re, quo erat ſcholaris, debet conueniri co-
ram Rectore, vt poſt Vinc. de Franchis,
deciſ. 417. nu. 3. & 4. refert, & ſequitur Petr.
Caball in eius reſolutionibus criminalib.
caſu 147. num. xj. vbi ſimiliter de merca-
tore, qui deſierit eſſe mercator, & de ſup-
poſito iuriſdictioni dicti Magni Admira-
ti ratione certi officij tempore commiſ-
ſi delicti nam debet ab eo iudicari, licet
poſtea de dicto officio fuit ab eodem Ad-
mirato priuatus, ex Paul. de Caſtro, in l.
fin. num. 1. & 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. &
in l. 2. cum l. 1. C. vbi de ratiocin. agi oport.
vbi etiam ijdem Caball. & Caſtrenſ. di-
11 cunt eſſe de Clerico † qui ſi geſſit officiũ
Notariatus, vel quid ſimile in Curia Epi-
ſcopi, & poſtea efficiatur bigamus, & de-
ſinit exercere illud officium, quia ſi con-
ueniatur de geſtis tempore Notariatus,
debet reſpondere coram ipſo Epiſcopo,
& feci aliquas illationes in cap. 37. Regis
Catholici Ferdinandi limit. 20. tom. 7. eſt
verum quòd Caball. quaſi dubitat de dictis
doctrinis Vinc. de Franchis, & dicit alias
ſeruauiſſe contrarium ¶ Et illud idem
12 dicimus de ſtudente † cui fuit mutuata
pecunia exiſtente ipſo in ſtudio, quo caſu,
eſto quòd contra patris voluntatem fue-
rit mutuata, teneretur pater pro ipſo filio
familias, & poteſt mutuans repetere con-
tra ſtudentem coram ſuo Rectore, vel
contra patrem in ſuo foro, & iudice com-
petente, Bald. Nouell. de dote. part. 6. pri-
uileg. 46. per Gloſſ. ſingul. rem in l. ſed &
Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedon.
& hoc fauore ſtudiorum, cum interſit
Reipublicæ, Gloſſ. in l. 1. C. de ſtud. libe-
ral. Vrb. Roma, cum ſimilib. per ipſum
Bald. vbi infert ad dotem, funera pro pu-
dicitia, pro medicamentis, & ſimilibus, ad
do Carrocc. & Caualcan. in repertor.
verbo filiusfamilias.

Contra tentantes derogationem priuilegiorum dictæ Ciuitatis.
Cap. X C V I.

ITem, cum Regia Maieſtas, inter alia Capitula olim per ipſam dictæ Vniuerſitati conceſſa, ſequens videlicet: Item quia aliqui Regij Officiales, perſonæ potentes, Barones, & Vniuerſitates tentant, & inordinata voluntate volunt rumpere, & derogare priuilegijs, & Conſuetudinibus, ſeu obſeruantijs, vel capitulis conceſſis per Regiam Maieſtatem dictæ Ciuitati, ſupplicat Regiæ Maieſtati quòd dignetur, pro conſeruatione antedictorum priuilegiorum, conſuetudinum, obſeruantiarum, ſeu capitulorum prouidere, & declarare, quòd omnes illi Officiales Regii, perſonæ potentes, Barones, & Vniuerſitates, qui ſcienter rumperent, vel derogarent priuilegiis prædictis, vel alicui ipſorum, ſeu conſuetudinibus, capitulis, & obſeruantijs, ſunt in pæna florenorum quinque milliũ Regio fiſco ipſo facto ¶ Tenor decretationis talis eſt, Placet Regiæ Maieſtati ſub pæna tamen florenorum duorum millium, & quingentorum. Et aliqui Officiales Regij, perſonæ potentes, Barones, & Vniuerſitates, ſæpe ſæpius tentauerint directè, vel indirectè rumpere, vel derogare priuilegijs, & capitulis, Conſuetudinibus, & obſeruantijs antedictæ, Ciuitatis, propter quod incurriſſe ſe ſcire debent, ac incurrunt in pænam in ſubſcripto capitulo contentam. Pro tanto dicta Vniuerſitas ſupplicat eandem Maieſtatem, quòd dignetur mandare ſub grauibus pænis, Theſaurario, Aduocato fiſcali Regni, præſentibus, & futuris, quod ad ſimplicem denunciationem Iuratorum Vniuerſitatis, ſeu cuiuſcumque Officialis dictæ Ciuitatis, & cuiuſcumque etiam alterius priuatæ perſonæ, cuius intereſt, vel intereſſe poterit, debeant cum rigore procedere ad exactionem, & executionem dictæ pænæ, in dicto capitulo contentæ contra illos Officiales, potentes perſonas, Barones, & Vniuerſitates, qui tentauerint, ſeu iam tentauerunt derogare priuilegijs, Capitulis, & Conſuetudinibus, ſeu obſeruãtijs antedictæ Ciuitatis ¶ Placet Regiæ Maieſtati, dum tamen proſequantur illas iuſtitia mediante.

Non eſt in obſeruantia circa exactionem pænæ, tantummodo poſſet procedere in diſpoſitione, vt capitula Regni, priuilegia, & conſuetudines obſeruentur per omnes Officiales, vt vidimus latè in cap. 26. Regis Federici, tom. 2. cum ſimilibus adductis in cap. 418. Regis Alphonſi, num. 13. 14. 15. 16. 17. tom. 5.

Capitula Buxuli, pro Officio Patriciatus, *Cap.* XCVII.

ITem, ad ſedandas paſſiones, & ſcandala, abuſioneſque, quæ cauſantur in confectione, ſeu ordinatione ſcrutinij, quod plerumque euenire ſolet, vt Ciuitas malè, & peſſimè regatur, & gubernetur, cauſantur incommoda, & mala, ex quibus ſolum Ciuitas prælibata ad totalem ruinam, & deſtructionem venit. Ideo ſupplicatur perhumillima oratione Regiæ Maieſtati, quòd dignetur concedere, vt officiales annales de cætero creandi per ſcrutinium, fiant modo infraſcripto, cum ordinatione, vt infra, videlicet.

In primis per totam Ciuitatem, & Vniuerſitatem per generale Concilium prudentium virorum, & nobilium eligantur viri nobiles, grauiores, idoneiores, & virtuoſiores, maioris reputationis, qui cum iuramento, & per cedulas ſecretas debeant ordinare, & facere liſtas, ſeu maſtras vulgariter loquendo, infraſcripta. Prima ſit, quòd illis, qui concurrunt ad officium Patriciatus, in quo ſolum milites concurrunt, & iſti eligi habeant per præfatos triginta electos, & erunt digniores electi ex militibus, ætate, & moribus, quæ electio reduci debeat per cedulas, quæ cedulæ, quot erunt, reponentur poſt modum in quadam buxula, ſiu birretto, & tempore creationis officialium per vnum puerum extrahi debeat vna cedula, & deſcriptus in illa erit Patricius, & reponentur cedulæ tali modo apertæ, in quibus fraus fieri non poſſit, nec ſignum apponi, vt tangendo cognoſcatur.

Item ſimiliter fiat de Iudicibus Doctoribus, qui debet eſſe vnus, qui eſt Iudex ipſius Patricii, qui agnoſcat de cauſis ciuilibus quibuſcumque, & primus, qui extrahi contingat per puerũ, erit Iudex Patricij; alter vero Iudex extrahendus erit Iudex primarum appellationum.

Item etiam Iurati, qui fieri debebunt, erunt cedulæ omnes in buxulo, ſiue birretto, ex quibus extrahentur per puerum ſex cedulæ, ita quod deſcripti in illis ſex cedulis erunt Iurati illius anni. Et ſimiliter, vt dictum eſt, de Iudicibus Doctoribus, fiat de duobus idiotis, qui ſũt pedanei Iudices, cognoſcunt enim de minimis cauſis, & ſine proceſſu, vt plurimum, vt duæ cedulæ extrahendæ ſint pro illis duobus Iudicibus; hi duo ſocij ſint Patricio, & Iudici litterato, ac Doctori, ſedentes omnes quatuor in vna ſede, tamen ſemper interloquitur Doctor Iudex, & hoc ab æterno fuit in dicta Ciuitate, & etiam fiat de vno Theſaurario vniuerſitatis, vt ſupra ſatis dictum eſt.

Item de duobus Notarijs ſimiliter fiat, vt de Iudicibus Doctoribus, vt primus ſit Notarius Curiæ Patricij, ſecundus ſit Notarius Iuratorum.

Item ſimiliter de Achatapanis fiat, vt dictum eſt, & ſimiliter de Magiſtris excubiarum, qui cuſtodiunt Ciuitatem de nocte; & ſunt quattuor.

Item ſimiliter fiat de ſtatutis, vt dictum eſt.

Item ſimiliter de reformationibus ſtudij, & Procuratoribus Moli, vt ſupra.

Item quòd omnes illi Officiales, qui iurabunt in liſtis, & magiſtris, idest qui concurrunt ad officia, ſint ætatis annorum tot, quot ſufficiunt ſecundum formam, & materiam, atque continentiam capituli, olim ſuper hoc editi, per quondam Dominum Nicolaum ſpeciali, & confirmati per Regiam Maieſtatem.

Item, quòd electio triginta nobilium proborum virorum, qui debent facere, & ordinare ſcrutinium, vt ſupra, non habeat impedire, quin anno quolibet illi poſſint intrare buxulum, ſiue birrettum, hoc eſt concurrere ad officia, ſecundum eorum condicicionem, & ècontra ſi ſint Officiales, quòd non poſſint eſſe de numero triginta electorum nobilium.

Item, quòd vltimo Auguſti quolibet anno reperiantur creati, & declarati, ita quòd primo Septembris incipiant miniſtrare, & exercere eorum officia, prout erunt facti, & creati. Et quòd Capitaneus Ciuitatis interueniat ad recipiendum iuramenta, more ſolito, pro parte Regiæ Maieſtatis.

Item, quod caſu, quo non mutarentur, teneantur, & reputentur ipſo facto pro perſonis priuatis; & quòd ſtatim conſilium prædictorum triginta nobilium electorum poſſit congregari, & ipſi creare poſſint dictos officiales, caſu, quo prima Septembris non reperiantur mutati, ſeruata tamen forma ſupradicta, & electi fortè contra formam præſentis capituli ſint ipſo facto priuatæ perſonæ.

Item quòd nullus Officialium creatorum, ſeu declaratorum in quolibet officio iuxta eorum gradum, & conditionem finito ſuo anno officij, non poſſit, nec debeat intrare in buxulo, hoc eſt, non poſſit concurrere, donec diſcurrentur omnes cedulæ in buxulo remanentes, adeò quòd remaneat vacua, & caſu, quo in buxulo non reperiantur Officiales omnes concurrentes ad illud Officium, exempli gratia in vltimis annis in Officio Iuratorũ, qui ſunt ſex, non reperirentur, niſi duo, vel tres in buxulo, quòd eo caſu ſuppleatur numerus de alijs concurrentibus ad dictum officium, dum tamen per tres annos vacauerint, de illis ſuppleatur, quæ vacauerint per dictum tempus, & hoc intelligatur, ac etiam ſeruetur in creatione dictorum officialium, finito tempore eorum creationis.

Item, ſi aliquo caſu illi de præſenti ſunt officiales, reperirentur tempore confirmationis præſentium Capitulorum, etiam ſi iurare debent buxulum, vt ſeruetur ordo ex quo ad officia concurrent, non tamen ad effectum habendi officia, niſi labantur anni tres poſt eorum

un tem-

tempus finitum,eſto quòd tangeret alicui ipſorum ſortè,vt ſeruentur alia capitula Vniuerſitatis,vel ad minus,pro euitando inconuenientia non ponantur in buxulo, nec concurrant, dato,quòd regiſtrarentur in libro bancæ Iuratorum per eorum Magiſtrum Notarium.

Item,quòd omnes illi,qui erunt digni electi ad concurrendum ad officia ſupradicta, per prælibatos triginta Nobiles regiſtrentur,& deſcribantur in libris Vniuerſitatis, vt non perdantur,& illi,qui ſupplebuntur,quando augebitur numerus, ſecundum quod ætas poſtulabit, adiungantur in libro in loco ſuo per decem officiales principales, qui pro tempore erunt, hoc eſt per Iuratos,qui ſunt ſex Patricius,& tres Iudices,cum iuramento ſollemni,& ſecreto per cedulas decem,vel Iurati poſſint ſoli, ſi omnes intereſſe non poterunt ¶ Placet Regiæ Maieſtati de officialibus, qui fiunt per ſcrutinium, & non de illis, qui fiunt per Regiam Maieſtatem.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

Cvpientes igitur ſummo opere,vt Capitula ipſa,& vnumquodque eorum,iuxta illorum decretationes,& reſponſiones,firma,& valida exiſtant, ſub retentionibus tamen,& ſollemnitatibus prædictis,ad humilem ſupplicationem veſtri dicti Ambaſciatoris,& Oratoris,capitula præinſerta, & vnumquodque illorum ſecundum decretationes,& reſponſiones,in fine cuiuſlibet ipſorum appoſitas, ſcienter, & deliberatè, ac præuia noſtri Sacri Conſilij deliberatione matura, tenore præſentium gratioſè concedimus,laudamus,approbamus,ratificamus,& confirmamus,noſtræque conceſſionis,laudationis,approbationis,ratificationis,& confirmationis munimine roboramus,promictentes in noſtra bona fide Regia,quod ſuperius inſerta capitula, iuxta illorum decretationes, & reſponſiones,in cuiuſque illorum fine appoſitas,tenebimus & obſeruabimus tenerique, & obſeruari faciemus,per quos decet. Mandamus igitur per præſentes Nobilibus Conſiliarijs, dilectis,& fidelibus noſtris,Viceregi Regni Siciliæ,ſeu in regimine dicti Regni Præſidenti, nec non Magiſtro Iuſtitiario,& eius locumtenenti, Iudicibus Magnæ Curiæ, Magiſtris Rationalibus Magiſtro Portulano,Theſaurario,& Conſeruatori,Secretis,Viceſecretis, Portulanis, Portulanottis,& ſignanter Straticoto,Iudicibus,Iuratis probis hominibus, & Secreto dictæ Ciuitatis Cataniæ, cæteriſque vniuerſis, & ſingulis Officialibus,& ſubditis noſtris in dicto Regno conſtitutis,& degentibps,dictorumque Officialium locatenentibus, præſentibus,& futuris,ſub incurſu noſtræ indignationis,& iræ,ac pænæ decem millium florenorum auri,de bonis cuiuſlibet contrafacientis exigendorum,& noſtris inferendorum ærarijs, quatenus capitula ſupra inſerta,iuxta reſponſiones, & decretationes in fine cuiuſlibet illorum appoſitas,& deſcriptas,& huiuſmodi noſtram conceſſionem,laudationem, approbationem, & confirmationem,& omnia,& ſingula præcontenta,teneant firmiter,& obſeruent, tenerique, & obſeruari,per quos decet inconcuſſe faciant,prout ſupra continetur,& in nullo cōtraueniant,quocumque motu,colore,ſeu cauſa. In quorum teſtimonium præſentes fieri,iuſſimus noſtro ſigillo communi negotiorum Siciliæ in pendenti munitas, Datas Barchinonæ xi. die Decembris,Anno à Natiuitate Domini M. CCCCLIX. Regnique Nauarræ, triceſimo quarto, aliorum vero Regnorum noſtrorum,Anno Secundo.

SVMMARIVM.

Capitula Regni decretata per Vicereges ſolū, & ab eo expoſtulata,an valeant, num.1.

Viceregibus anſit permiſſum decretare capitula Regni,ibid.

Scrutinium quando fit,interuenit Capitaneus, & alij ibidem.

Nomina, & ſcrutinium idem eſt, ibid.

Nominandi facultatem qui habebat ex priuilegio ſi fuit cōtumax,& monitus,an poſsit facere nominationem, num.2.

Electio conſiſtit in habentibus maiorem numerum vocum,& an vnus poſsit alteri collegæ conferre vocem ſuam,num.3.& ſeq.

Vox eligendi,vel nominandi poteſt alteri delegari,& quomodo,& quando, num.4.

Electio facta per ſortem an & quando non valeat,& quibus caſib. num. 5.6.7.& 8.

Sors non debet adeſſe in electionibus, & quando, & in quibus caſibus officiales multi ſorte creabantur, ibid.

Electio facta de Buſſulo per ſortem extracta illinc apodixa valet, num.6.

Syracuſis erat olim lex, vt in annos ſingulos Iouis ſacerdotes, vt capi iuberet, & cum ſuffragijs creabantur tres, & per ſortem, exibat,ibid.

Electio facta de Matthia Apoſtolo non fuit aliter per ſortem,ſed per inſpirationem, num.7.

Electio,quæ fit per inſpirationem non ſubiacet legi,regulæ,nec formæ,ibid.

Archimandritæ, & alij officiales apud Moſchouitas per ſortem eligebantur, ibid.

Buſſulus eſt certus modus dandi vota, & voces ſecretas per apodixas, fabas, & lupinos, num 8.

Vox in electionibus poteſt dari cum conditione,

do

do vocem tali, ſi poteſt concurrere, num. 9.

Electio officialium, vel aliorum ſi fieret per prudentiores, & vnusex eligentibus eſſet inhabilis, an electio facta ſit valida, & quando, num. 10.

Electio de aliquo facto ſi tempore imbuxulationis eſt habilis, & tempore exbuſſulationis inhabilis, an valeat? num. 11. cum plurib. ſeqq.

Buxulationis tempore ſi quis eſt inhabilis, & tempore, quo exbuſſulatur eſt habilis, quid fiat num. 12. 18. 19. 20.

Electio vnico momento, & vnico contextu concludi debet, num. 13.

Principio deſtructo, deſtruitur totum eſſe rei, num. 14. & ſemper inſpiciendum eſt, num. 17.

Inhabilis qui fuit ab initio in electione, non prodeſt mox ſuperueniſſe habilitas, num. 15. & ſeq.

Repreſalias non poteſt petere ille, qui tempore, quo paſſus eſt iniuſtitiam non erat ciuis, eſto mox ſit factus ciuis, num. 16. & ſeq.

Tempus eſt inſpiciendum ibid.

Inſtrumenta notariorum matriculatorum habent exequutionem paratam, quid ſi tempore iudicij non ſunt matriculati, num 19.

Electionis tempus eſt inſpiciendum, num. 20.

Buxuli tempore ſi ſunt imbuxulatæ tres perſonæ, quarum vna eſſet inhabilis, ſed tempore extractionis exijt ſors in perſonam aliorum habilium, an electio ſit nulla, num. 21. cum ſeqq. & num 26.

Electio an valeat ſi fuerant imbuxulatæ plures perſonæ, de quibus vna erat inhabilis ſed extractionis tempore exijt ſors in perſonam habilis, ibid.

Buxulum quando fit, an ſit de forma ponit res vel quatuor in vrna, num. 22.

Buxulatio ſi erat facienda in menſe augusti, & fiat in menſe Aprilis, an valeat, num. 23. & quid ſi in vno loco, & fiat in alio, num. ſeq.

Electio ſi erat facienda in vno loco, & fiat in alio, an valeat, num. 24.

Electionis forma debet ſeruari, aliàs non valet electio, ibid.

Rector ſtudij ſi deberet eligi cum cedulis, ſi aliàs eligatur non tenet electio, ibid.

Buſſulo ſi eſſent poſiti duo, vel tres prius electi, non dicitur electio ab initio, ſed poſtulatio, & nominatio, num. 25.

Buxuli in materia, eo ipſo quod ſors cecidit in perſonam habilem, reliqui, qui ſunt in eo habentur pro non exiſtentibus, num. 26. & ſeq.

Electio ad eum ſpectat, qui remanſit capax in conſilio, eſto alij habuerint ſuas cedulas, nec erit neceſſe, vt extrahatur de ſaculo, vel buxulo, num. 27.

Electiones quando fiunt debet ſemper ſeruari ſolitum, & conſuetum, non obſtante obſeruantia in contrarium, num. 28.

Electio ſi eſt facta nulla & inualida, an poſſit de nouo eligi per eligentes, num. 29. & ſeq.

Ius patronatus habens ſi elegit & præſentauit inualidè, poteſt de nouo eligere, num. 30.

Officia debent eſſe annalia, non perpetua, tam de iure communi, quam regio, & ſtatutario, num. 31. præter officium Cenſoris, & aliorum, quos voluerit Rex, num. 32.

Officiales creati per buxulum lapſo anno non expectant ſucceſſorem, nec continuant in officijs, num 33.

Studia non poſſunt inſtitui, niſi in ciuitatibus, num. 34. niſi ex priuilegio aliter ſeruaretur, num. 35.

Leges olim fuerant expulſæ ab Hyſpania, & nullus teneret libros, num. 36.

Libros tenere erat prohibitum olim Hyſpaniæ, ibid.

Reformare non eſt in totum tollere, ſed in parte tantum, num. 37. & ſeq.

Officiales Ciuitatū poſſunt facere reformationes, & ſtatuta, num. 38.

Catania Ciuitas dicitur Clariſsima, & quare, ibid. & num. ſeq.

Studia reddunt locum clariſsimum, num. 39. & famoſum, num. 63.

Studia Pariſieſia inſtituta fuerunt à Carulo magno Francorum Rege Ann. 740. & dicitur primaria, num. 40.

Studia fuerunt inſtituta ad reffrenandum ferocitatem, & vitam hominum ferinam, nu. 41.

Doctores Cataniæ doctorati quàm alibi haben. prærogatiuas multas, num. 42.

Studium Piſtauenſe habuit concurſum 4000 ſtudentium, num. 43.

Studia multa de quibus fit mentio etiam in iure num. 44. cum ſeqq. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56 57. 58. 59 60. 61. 62. 63. 64.

Studium Romanum venit à Græcis ibidem, & eſt generale, quia leguntur ibi linguæ græca, Arabica, Caldea, & Hebraica, & ibi ſtuduit Iulius Cæſar, & D. Auguſtinus docuit Rhetoricam, num. 45.

Roma apud latinos vocatur etiam origo, & patria legum, num. 45.

Studium Bononienſe fuit fundatum per Imperatorem Theodoſium, ann. 425. & tempore Azonis aderant decem millia ſtudentes, num. 51.

Studia Cataniæ inſtituta à Marco Marcello, & mox reformata, num. 63.

Studia Meſſanæ inſtituta à Paulo III. anno. 1548. num. 64.

TRactabo hic cum capit. ſequenti, in quo eſt eadem materia de obſeruantia Buxuli, & de electionibus officialium, & de hoc capit. mentionem feci breuiter in Conſuet. Panormi, cap. 15. num. 17. in eo differt dictū capitulū ſubſequens ab iſto, quia hic eſt facta decretatio per Dominum Regem, ibi vero in d. cap. 98. eſt facta decretatio per dominū Proregem ibi, (*placet Domino Viceregi*) quod quomodo poſſit eſſe, vt capitula Regni ſint de-
1 cretata per Viceregē † ſolum, & quidem non eſt dubium quia poteſt quemadmodum videmus quod poteſt condere iura, & pragmaticas, atquè ea poſſit omnia facere, quæ poteſt Rex, cū habeāt Proreges ēt cōmunicata poteſtatē ab ipſo Rege, cū clauſula alter nos, poſſintque etiam ea expedire, & complere, quæ poſſet Rex, ſi eſſet præſens, vt latè multos congeſſi in cap. 8. Regis Martini, à num. 10. vſque ad n.

23. tom.3 & in deciſ.M R.C.44. ſub verſic.vna,num 5 & in moderniſſimis Adnotationib.ad capit Regni 21.Regis Alphonſi,littera D.to.4.& ſcripſi ad Regias Pragmaticas huius Regni,tit.1.de offic.Proregis à num.49.cum plurib ſeqq.tom.1. ipſarum pragmaticarum, vbi quòd omnes alios actus Regi prædicto reſeruatos facere poſſint ex poteſtate conceſſa in eorum patentibus Illuſtriſsimus D. Carolus Tapia in moderniſſimis deciſionibus deciſ. 3. num. 20. quamuis realiter econuerſo videatur non poſſe Vicereges ſolos condere capitula ipſa Regni & eſt de reſeruatis Regi,in quibus non ſe impediũt Proreges, vt poſt Iſern.& Frecc.& Apõte, dẽ dom. Tapia,deciſ.13.num.10. quia iam ſcimus, quòd in eorum editione interueniunt illa tria bracchia Regni in parlamentis,vt vidimus in d. proœmio Capitulorũ Reg. Iabi,n.7.44.45.49.& 131.& tetigi in dec. M. R.C.99.n.18.& in c.28.Regis D.Noſtr.Philippi II.to.9.tũ quia realiter capitulũ illud prædictum 98. quod eſt immediatè ſubſequens poſt hoc cum §§. ibidem ſequentibus non continet aliud, niſi reformationem buxuli ipſius Ciuitatis Cataniæ, & à Domino Vicerege impetrata fuerunt, non autem à Rege, vt patet ex rubrica, ibi (*expoſcenda ab Illuſtri Domino Vicerege*) non ſic fuerunt alia,nam in cap. 92. vſque hunc ſemper expoſcuntur à Domino Rege, & ab eo ſubſequutæ ſunt decretationes,quæ licet ſint localia, & particularia directa ad ipſam Clariſſimam Ciuitatem Cataniæ, attamen quia ſunt in volumine horum capitulorum Regni,& rationes inſertæ in illis ſunt vniuerſales, debent ob id obſeruari in toto Regno ex adductis in ipſis pragmaticis vbi ſcripſi, tit.23.ſub nu. 42. cum ibi allegatis dict. tom. 1. pragmaticarum, & licet loquantur præſentes textus circa Officiales dictæ Clariſſimæ Ciuitatis Cataniæ, tamen applicabo ad omnes alios in ſimilibus per ſcrutiniũ, & ex buxulo tractis, de quo hic eſt ſpecialis ſermo, & præſertim ad Officiales fideliſs. Ciuit. Syracuſarũ,nã quantũ attinet ad illud ſcrutiniũ deſtinatum per officiales,& miſſum ad Dom Proregem pro officialibus creandis de Regno,alia eſt materia, vt in fine huius capituli legitur ibi (*non de illis,qui fiunt per Regiam Maieſtatem*) & de quo recordor poſuiſſe ſupra hoc tomo in cap. 17. & 42.vbi ſolent Vniuerſitates ſoluere iura de eo circa expeditionẽ,& infra in cap.57. Regis Catholici Ferdinandi,to. 7. in tit. quod voces dentur Officialibus creandis cum iuramento, & ſentitur hic, ibi(*& quod Capitaneus interueniat ad recipiẽdum iuramenta*) de quo ſcrutinio fuiſſe cognitum de Iure ſcripſi in cap.57.Regis Federici, tom.2.& in capit. 409.& 469. Regis Alphonſi, tom.5. vbi quòd Officiales, qui per ſcrutinium creantur non ſint niſi annales, vt ſubdam inferiùs, & ſolent dici etiam nominationes,quæ tantum ſunt,

ac ſi ipſa ſcrutinia, vt aiunt DD. & Oldr. conſ. 184 Pater ſancte, &c. Rom. conſil. 484. num 9. & conſ. 332. num.6. Gemin. conſ.84 Abb conſ.25.col.2. lib.2.quæ regulariter ſolent fieri de illis Officialibus, qui ſunt creandi in terris demanialibus, niſi per Regem ex gratia concederentur abſque tali ſcrutinio,vt ſupra in d.cap. 17. & 13.huius tomi,& ita multõties fit tam per Proreges,quam etiam per Reges,qui creãt officiales abſque nominatione, & ſcrutinio,nam in terris Baronum habentium merum, & mixtum imperium ipſi de per ſe creant Officiales,eſt verum quòd poteſt eſſe,vt ipſi petant nominã,ſiue nominationẽ ab eorũ officialib.vt facit,& obſeruabat Illuſtriſſ.Comes Mohac. qui ab Hyſpaniã iubet hinc nominationẽ illuc accedere.

Fit ex hoc, vt itantum ſit potens iſthæc
nominandi facultas,vt non obſtante quòd
2 ille † qui habeat poteſtatem nominandi
officiales in aliqua terra etiam demaniali
fuiſſet contumax,v.g.monitus, & in contumacia
perſeuerans, poſſit nihilominus
facere nominationem vigore ſui priuilegij,quia
actus non denominatur ab eo,ſed
attribuitur illi,qui facultatem nominandi
dedit,quod poteſt eſſe ex Lap. alleg. 78.
Bald. conſ.32.lib.1.Alex. conſ.75. num.42.
lib.4.Io: Franc.de Ponte in tract. de poteſtat.Proregis,
tit. de priuilegijs fieri ſolitis,
§.1.ex iuribus,& authoritatibus,per ipſum
apportatis, vbi dicit ità contigiſſe in perſonam
Marchionis Burgentiæ,qui ex certis
cauſis reperiebatur cõtumax, & habebat
facultatem nominandi Iudicẽ in Ciuitate
Tarẽti Regij demanij,& fuit deciſũ,
potuiſſe facere nominationẽ prædictam.

Fit etiam, vt ex iſta nominatione per
hoc ſcrutinium facta illi Officiales per Illuſtriſſimum
Domin. Proregem inſtitui
debeant in adminiſtratione dictorum Of-
3 ficiorum † qui maiorem numerum vocũ
haberẽt,& eſt regulare in omnibus actionibus,quæ
fiunt in vniuerſitatibus, Concilijs,
& Capitulis, cap.1.diſt.70. capit.1. de
fin. de his,quæ fiunt à maior.part.capituli,&
ex his,quæ vidimus ſupra in cap. 64.
declaratione 2. n.37.cum ſeqq.late Dom.
Cardinal. Tuſch. in pract. concluſ. iuris
verbo electio,concluſ 66.tom.3.eſto quòd
alij adeſſent, qui magis idonei fuiſſent,ſed
minorem numerum vocum haberent, vt
in ipſo capit. Regni 18. Regis huius Ioannis,
dictuſque maior vocum numerus poteſt
etiam cõſiderari,reſpectu vnius ſiquidem,qui
nedum haberet ſuam propriam
vocem, verum etiam vocẽ collegæ,quod
4 fieri † poteſt vt ait Abb. conſ. 106 num.9.
& ſeq.lib.2.maxime ſtante impedimento,
& data alteris de collegio,per capit. ſcriptũ
de elect. cap.5.quis iuſto,eod. tit Frãch.
in cap.conſtitutus,de appellat.Io:Andr. in
regul. quod alicui, Cardin. & alij, qui dicunt
quod poteſt alteri delegari,& ſcripſi
iam in cap.97. Regis Alphonſi, num.23.
tom.4. poſt Caualcan. & Bart. quo caſu,
uerſas

ſicut poſſet in eundemmet illas conferre,
ſic putarem poſſe eas diuidere, & ſic di-
uerſas ſentententias dicere, vide Corſeit.
in littera V.innotab. incip.habēs vocem,
Ludouic. Roman. ſingul. 76. Scholaris,
quos ſequitur ſimpliciter Io: Ant. Boſſel-
lus ad Stat. Parm.lib.1.tit.vlt.fol.13.col. 2.

Procedam hic per viam aliquarum
quæſtionum,& prima facie,licet videatur
quòd hæc, quæ ſunt diſpoſita in præſenti
capitulo circa buxulum, & ſic per ſortes,
5 non ſint licita † per ea,quæ tangit Abb.in
cap. fin. de ſortilegijs,vbi ait,quòd electio
debet annullari,quando eſt facta per ſor-
tem,ſed debeat fieri per circulum, ex his,
quæ ait Bart in l.paulus,§.quidam in fine,
ff.de reb. dub Oldrad.conſil. 191. num. 3.
Franc. March. decíſ. 933. tamen non ſic
in iſtis ſtatutis intelligitur, quia ibi Abbas,
loquitur de ea ſorte,quæ fit per diuinatio-
nem,ſiue incantationē, & de qua loquu-
tus ſum in Commentar. Conſuet. Vrbis,
huius Panhormi,c. 56 à nu.27.28. & 29.&
in c. Rit.149.nu.28.cum ibi citatis,tom.4.
ibique in d. Conſuet. poſui aliquos caſus
qui dirimi poſſent ſorte,& in decíſ.53.nu.
16. & latiſſimè Tiraquell. modo citandus
omnino vided⁹ hic vero de ea ſorte,p quā
extrahitur cedula,ſiue apodixa per puerū
6 de buxulo † vt hic ibi (*per vnum puerum
extrahi debeat*) & ita ſentit Bart. in d. l.
paulus reſpondit §.quidam, num.9. & 10.
ff.de reb. dubijs, vbi ait, quòd poteſt fieri
per officiales, & adminiſtratores electio
de incerta perſona,v.g. quia poteſt facere
ſtatutum, ſiue legem, vt ille intelligatur
electus, pro quo ſors ceciderit, ſic refert
multa notata digna Tiraquell.in tract.de
iure primogen. cap. 17. à num. 1. cum plu-
rib. ſeqq. vbi ponit infinitos caſus. in qui-
bus poſſit aliquid decidi, & finiri per ſor-
tem,& inter alia facta, num. 9. refert ex
Tullio in 4.in Verrem action. Syracuſis
legem fuiſſe, quæ in annos ſingulos Iouis
Sacerdotem capi iuberet, & cum ſuffra-
gijs tres ex tribus generibus creati eſſent,
res reuocabatur ad ſortem,ita ſcilicet, nā
quot eſſent renunciati, tot in hydriam
ſortes conijciebantur,& cuius nomē exiſ-
ſet,is haberet Sacerdotium, meminitque
paulo idem Tiraquell.loco citato,num.8.
ante de electione facta per Matthiam
Apoſtolum, de quo per Boer. decíſ. 1. nu.
7 68.& de quo † mentionem feci in proœm.
Conſuet. Panormi, num. 2. quæ realiter
non fuit per ſortem, eſto in epiſtola dica-
tur, (*& cecidit ſors ſuper Matthiam*) quia
fuit ex diuina inſpiratione,vt poſt March.
d.decíſ 933 ait Illuſtriſſim: Cardin.Tuſch.
in eius pract.concluſ. iuris verbo, electio,
concluſ.79.tom 3.Oldrad. conſ. 155.idem
Franc. March. decíſ. 1038. quia quaſi ine-
briati omnes vnanimes,eligunt,vt de Am
broſio,Martino,Nicolao,& ſimilibus, Ri-
pa reſp 33. alias 5.de elect.num.10 cum
ſeqq.Caſtrenſ.conſ.347. lib.1. cum multis
ab eodem Cardinal. Tuſch.apportat is cō-
cluſ.74.eod. tom.3.d verbo, electio, quæ
non ſubiacet nec legi,nec regulæ,nec for-
mæ,ex Roman.conſil.345.num. 18. cum
ſeqq. per text. in cap.Clericos,diſt.21. vbi
ſcribitur,hinc Clericos dictos eſſe, quòd
Matthias primus ſorte electus eſt, χλῆρος
enim ſors dicitur,cap. non ſtatim, & cap.
non exemplo 26. quæſt. 2. Alciat. lib. Pa-
regon.5.cap.22. & in lib. 1. Paralippom.
cap.24.25.& 26. vbi Leuitæ, Ianitores, &
cæteri ſacris rebus præpoſiti ſorte delige-
bantur, & per Paul. Iouium, qui refert,
quòd apud Moſchouitas Archimandritæ,
& alij ſorte ducuntur, & poſt Ariſtotel.
lib Politic.4 c.15.& ex Virg. 2. Æneydos.

„ *Laocoon ductus Neptuno ſorte Sacerdos.*

& in puncto de Iudicibus aſſumptis ex vr-
na per hunc modum ſortis ait Aſconius
Pedianus,in commentar.in Orationem
in Verrem, & colligitur ex text. l. in cri-
minalibus,ſub tit de iuriſdic.omn.iudic. &
ex eodem Virgil. lib 6. Æneydos (*Nec
vero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes.
Quæſitor Minos vrnam mouet, &c.*) Sue-
ton. in Iulio Cæſare. cap 41. idemque de
Conſulibus Procōſulibus,Cenſoribus,Præ-
toribus, Auth. de Conſulib. in princ. Fab.
Maxim.Dioniſ Halicarnaſſ. Plutarch E-
mil.Prob.Valer.Maxim.Ciceron Cornel.
Tacit. Sueton. Feneſtell. Tull. 2. in Ver-
rem,& 4.in eundem, qui loquitur de hac
Prouincia Siciliæ per ſortem obtempta
Prætoratui, & de Prætura vlterioris Hy-
ſpaniæ, Macedoniæ, & ſimilium,quæ la-
borioſum eſſet, & longum enarrare, ac
tranſcribere,ſed remitto me ad ipſum Ti-
raquell.vbi ſupra,& num.42.43.44. 45.46.
vſque ad num. 60.cum ſeqq.& argum.eo-
rum,quæ in proœm.Digeſtorum dicuntur
poſt medium,ibi (*tertiò*) denique anni, ſe-
cundum vices legere eis ſors tulerit) Eſt
enim certus modus dandi vota ſecretè
8 † & non palam,argumento eorum, quæ
dixi per fabas,& per luppinos, & ſimilia,
ſupra in cap.64.in 2.declaratione, & per
Guid.Papæ, decíſ. 452. vbi loquitur etiam
de electione Confraternitatum,& eorum
confratrum,& de ſimilibus & ita regula-
riter fieri ſolet,ſecundum ea, quæ etiam
vidimus ſupra in cap. xj. in declaratione
4.verſic.& conſequenter, & per ea, quæ
tradit Bobadill. in ſua politica,lib.3.capit.
7. tit. (*del gouerno del ayuntamiento*) ſub
num.38. qui dicit quòd poſſunt hæc ſimilia
vota dari cum cedulis, ſiue apodixis illis
albis,& nigris,ex Speculat.tit de electione.
præſertim,num.191.cum ſeqq.Lancellott.
in eod.tract.& tit. 6. celebratur autem,
Ioann.Bertacchin.in ſuo repertor.verbo,
electio qualiter,& quando,&quando for-
9 taſſis electio eſt palam † & publica, & vox
eſt manifeſtè danda,poteſt ille,qui dat vo-
cem dicere,do vocem tali,ſi poteſt cōcur-
rere,licet videatur nō eſſe licitum,ex quo
electio non debeat eſſe conditionali vt vi-
debimus inferius,num.13. Vinc. de Fran-
chis decíſ.438. part.3.

Quæro igitur primo, nam videmus hic,
quòd electio Officialium debeat fieri per
prudentiores viros, vnde cadit dubitatio,
10 & eſt, quid ſi inter eligentes † adeſſet vnus
inhabilis, an electio facta ſit valida, &
pulchra profecto eſt dubitatio, & ſæpè cō-
tingere poteſt, & diſſinitur per Doctores
Canoniſtas, vbi Abbas in cap. fin. extra,
de procurat. qui arguendo pro, & contra,
ait, quod, etſi prima facie electio non va-
lere deberet, ratione quia, eo ipſo quòd
exprimuntur inhabiles, ſe fateri ſe non
poſſe per ſe ipſos actum gerere, ſed omnes
ſubſtantificè concurrere deberent, nam
actus videtur indiuiduus, ita quòd ſimul,
& indiuiduè ad ſcrutinium debeant pro-
cedere ad actum electionis, tamen ſub nu.
6. ait eſſe in contrarium theoricam Inno-
centij in cap. illa, de election. vbi dicit ipſe
Innoc. & Abb. loco citato, quòd ſi inhabi-
lis admictitur ad electionem ignoranter,
valet electio, eſto quòd vnus ſolus eſſet in-
habilis, Anton. Coriett. in ſingul. 184. in ver-
bo, Vniuerſitas, il 2. vbi citat dictum textū
in cap. fin. de procur. Bald. in cap. 1 §. ſin.
autem, in tit. de controuerſ. inueſtit. in
vſibus feudorum, cap. Maſſana extr. de ele-
ctionib. vbi dicunt DD. quòd quando in-
habiles ignoranter concurrunt cum habi-
libus, non annullatur electio, ex eo quòd
habiles videtur eligere, omni meliori mo-
do, quo poſſunt, & ſic non inficiatur corū
poteſtas, propter connexionem inhabi-
lium, ſed quando ſcienter admictuntur in-
habiles, videntur non velle ſine eis proce-
dere, ſed quòd actus aſſumat vim ab om-
nibus, vt ſubſequitur Abb. loco citato,
¶ Quid autem circa perſonam electam,
an ſi cum ea concurrerit inhabilis, ſi ele-
ctio ſit valida, quando extractio de Buxu-
lo exijt in perſonam perſonæ inhabilis,
vide in ſubſequent. quæſtione, ibi ſed iſta
procedere poſſent.

Secundo quæro ſucceſſiuè de alia quæ-
ſtione, quæ concernit, non inhabilitatem
eligentium, ſed v. g. inhabilitatem electi
tempore electionis, ſiue nominationis, ſi-
ue inbuxulationis, ſed tempore extractio-
11 nis † vel exbuſſulationis reperiretur habi-
lis, v. g. ſiquis tempore, quo eligitur non eſt
ciuis, ſed tempore, quo extrahitur, ſic, &
de hac quæſtione recordor poſuiſſe in d.
Conſuet. Panormi, d cap. 15. num. 17 &
realiter, licet citauerim ibi Bald. in rubr.
C. de condit. ob turp. cauſſ quem ſic falſo
allegant quaſi omnes, & propterea con-
quæritur Intrigl. ſingul. 80. quòd in ſuo li-
bro non inuenit, & error eſt, quia eſt ante
rubr. C. de condit. ob turp. cauſſ & in l. fin.
quæ eſt l. xj C. de condit. ob turp. cauſſ. ſub
num. 5. & 6. vbi in effectu ait ipſe Bald. po-
12 ne quæſtionem † vt ſi quis v. g. propter
turpitudinem ſuam, vel bannum aſſum-
ptus eſſet ad officium ex imbuſſulatione,
& durante in tali inhabilitate fuit poſtea
extractus, & ex buſſulatus habilis, vt puta,
abolito banno, vel abolita turpitudine,
& licet Intrigl. in d. ſingul. 80. allegando
eundem Bald. concludat, quòd inſpiciatur
tempus extractionis, tamen idem Bald. ibi-
dem determinat totum contrarium, di-
cens, quòd in actibus hominum, qui non
poſſunt habere in ſua ordinatione pendē-
tiam, ſiue ſuſpenſionem de futuro, ſicut eſt
13 electio † & vltimæ voluntates, quæ vno
momento & vnico contextu debent con-
cludi, non debet eſſe conditionalis, ſed pu-
ra ex tactis ſupra num. 9. & priuilegium
debet eſſe ratum & firmum, per cap. 2. de
election. in 6. & deſtructo principali, de-
ſtruuntur quæ poſt principium ſunt, quia
principium pium ſubſtantiale maxima
pars rei eſt, & ingreditur eſſentiam totius
rei, atque in eo conſiſtit radix, neruuſque
fundamenti, & per ea, quæ ſcripſi in cap.
57. Regis Iacobi, num 33. tom. 1. & ſubdam
14 nunc, ergo † ſubdit ipſe Bald. non mirum
eſt, ſi per locum a deſtructione principij,
deſtruatur, totum eſſe rei, Philoſoph. 1. E-
thic. l. 1. ff. de origin. iuris, Rot. deciſ xj. nu.
4. l. 1. ff. de origin. iur. Paul. Fuſch. in tract.
de Viſitat. lib. 1. c. 1. & per Lucian. in dia-
logo de Domo, Ang. de Sancto Ioanne,
conſ. 19 num. 3. Valenzuel. Velazquez, cō-
ſil. 4. num 26. cum ſeqq. vbi quod ſi princi-
pium eſt vitioſum, proceſſus eſt etiam vi-
tioſus poſt eundē Bald. in l. 3. nu. 1. C. Cōm.
de vſucap. Craueit. in reſp. pro genero, nu.
37. Policrat. lib 8. cap. 23. & ita ait ipſe
Bald tenuiſſe Iacob. de Aretio, qui diſputa-
uit iſtam quæſtionem, ex quo enim prin-
cipium inualidum erat, totum erat inua-
15 lidum, nec prodeſt † ſuperueniens habili-
tas, & ita videtur tenere idem Bald. in
Auth. ſed omnino, num. 25. & 26. C. ne v-
xor pro marito, vbi quod ſemper debet in
ſpici tempus, & loquitur de eo, qui tem-
pore, quo paſſus erat iniuſtitiam, ſed non
erat ciuis, & conſequenter non poterat
16 petere repreſalias † ponamus, ſubdit ipſe,
quòd poſtea ſit factus ciuis, dicit quod nō
poteſt illas impetrare, ex quo debet inſpi-
ci tempus, quando iniuſtitiam patitur, ad
tradita per Affl deciſ. 289. num 34. Abb. in
cap. relatum, de cleric. non reſid. l. tutor,
qui repertorium, ff. de admin. tutor. arg. l.
qui cum natu maior, ff. de bon. quæ liber.
& aliqua concordantia allegat Additio
ad eundem Bald. in d. l. finali, & ſic debet
17 ſemper principiū inſpici † vt ait alia Addi
tio ad ipsū Bald. in l. denique, §. ſi quis cum
minore, in littera C. ff. de minor. quæ etiā
falſo loco citat Bald. facit l. fratres, ff. de
pœnis, quam legem allegat ipſe Bald. in d.
l. fin. Alex. etiam in Additionibus ad Bar-
tol. in ead. l. fratres, vbi ait quod ſi quis eſt
18 bannitus tempore, quo imbuſſulatur † ad
aliquod officium, tempore vero, quo ex-
trahitur eſt poſitus extra bannum, & ſic
rebannitus, vtique repellitur, & ita tenuiſ-
ſe Paul. de Eleazar, in quæſtione incip. In
ſcrutinio, &c. & infert ad alias quæſtio-
nes ipſe Alexander, de Notario, nam ſi ſta-
tutum dicit, quòd inſtrumenta Notario-
rum

Digitized by Google

rum matriculatorum habeant exequutio-
19 nem paratam † prout ex Ritibus huius
Regni vbi ſcripſi, præſertim in capit. 101.
per totum tom.4. & in cap.256 Regis Al-
phonſi to. 5. cum ibi citatis, & tempore ro-
gationis, quis eſſet matriculatus, tempore
vero iudicij non, ſic ait Bartol. in l. vſuſ-
fructus, num. 9. ff. de ſtipulat. ſeruorum,
quod ſi ſtatutum diceret, vt nullus poſſit
eſſe de Prioribus, niſi ſit de arte, modo cõ-
20 tingit, quod tempore † quo quis fuit ele-
ctus, & miſſus in ſacculo, non erat de arte,
ſed tempore ipſo, quo debet adminiſtrare
eſt de arte, concludit quod hodie habemus
caſum, quod debeat inſpici tempus ele-
ctionis, per cap. ſi eo tempore extr. de re-
ſcrip. in 6. Dyn in l. 2. ff. de excuſ. tut. quic-
quid dicat Ioan. Bertacch. in reper. in ver-
bo, electio, fol. meo 157. vbi ex Alex. in l.
denique, § ſi quis, ff. de minorib. dicat te-
nere conſiderari tempus, quo extrahitur
de buſſulo, non obſtante quod tempore,
quo imbuſſulatur eſſet inhabilis, quia Alex.
ibi non ſcripſit in d. tit. de minoribus ver-
bum vllum ¶ Sed illa procedere poſſunt
& verificari, quando vna perſona ſola eſ-
ſet electa, ſiue imbuſſulata, ſed ponamus
21 † quod eſſent imbuſſulatæ tres perſonæ,
quarum vna eſſet inhabilis, ſed tempore
exbuſſulationis, & extractionis exijt ſors
in perſonam alterius habilis, vtrum ele-
ctio ſit nulla, & hæc quæſtio pendet ho-
die in Senatu, nam electi fuerunt tres ad
officium Cõſeruatõris huius Vrbis Panor-
mi, quorum vnus erat inhabilis, nam non
erat ciuis, ſed tempore extractionis exijt
ſors in perſonam Ioſephi Corbino habilis,
diſputabatur de tali electione, &, vt audio
Syndicus miſit ad effectum circa inualidi-
tatẽ electionis prædictæ, & videtur quod
electio ſit valida, ex rationibus dictis in
præcedenti quæſtione; item quia ponere
22 tres, vel quatuor † aut duos in buxulo nõ
puto eſſe de forma electionis, quæ regula-
riter vitiaret, & fieri iterum deberet, ex
Cardinal. in Clement. 1. in princ. de iure
patron. ſicut videmus de tempore, quia ſi
23 electio † erat regulariter facienda in
menſe Ianuarij prout hic, ibi (item quod
vltimo Auguſti) & fiat de menſe Aprilis,
valebit talis electio, vt poſt Abb. conſil. 93.
fol. 46. ait Caualcan. deciſ. 40. num. 20. quod
tamen non pono pro vero, quia hæc, quæ
hic ſtatuuntur, ſunt de forma circa iſtã ele-
ctionẽ, & etiã quo ad electores, & ad eorũ
numerũ, vt hic, ideoq. ſeruanda, aliàs non
valet electio, vt in ſimili ait Bald. conſil.
316. num. 2. & 3. lib. 3. vbi quod ſi in ele-
ctione Rectoris ſcholarium debuiſſet fieri
per cedulas, vt ſi ſit facta in voce ſine ce-
dulis, non valeat, quem ſequitur D. Car-
din. Tuſch in pract. concluſ. iuris, verbo e-
lectio concluſ. 60 d. tom. 3. & per ea, quæ
ſcripſi ad reformationem ſtudiorum hu-
ius Clariſſimæ Ciuitatis Cataniæ tit. (*del-
l'elettione del Rettore*) ſicuti recordor vidiſ-
24 ſe quod electio † quæ erat faciẽda in vno
loco, ſi fiat in alio valet, prout neque ele-
ctio defectu ordinis redditur nulla, vt poſt
Hoſtienſ. in cap. cum poſt. col. 1. extr. de
electión. vbi ſi vna die debebat fieri ele-
ctio, & protrahitur, nil refert, præſup-
pone dato impedimento, & illa ratio,
quæ fuit deducta in præcedẽti quæſtione,
de eligentibus, in quibus, ſi adeſſet vnus
inhabilis, quod valeat nempe electio, eo
quia, vt dictum eſt reliqui potuerunt elige-
re, dico quod poteſt adduci, & eſſe vera,
etiam in iſto caſu circa electos, de quibus,
ſi adeſt vnus inhabilis, & extractio de bu-
xulo exit quo ad habilem, non videtur ex
hoc, quod electio ſit inutilis, quia potuerũt
reliqui habiles eligi, & non debet vtile per
inutile vitiari, ex his, quæ ſuo loco dixi late
ad Regias Pragmaticas, tit. 16. de Di-
lation. num. 49. cum plurib. ſeqq.
tom. primo, ipſarum pragmaticarum,
& tanto magis quia quis dicet, quod ele-
ctores erant aſtricti eligere tres, nam po-
namus caſum, quod eſſent electi duo habi-
les, ſtante ordinatione quod eligantur tres
& poſtea illi tres ponantur in buxulo, pu-
to quod electio valeat, nam ſufficit, quod
in buſſulo ſit poſitus aliquis habilis, plus di-
co, quod quando eliguntur tres, vel plu-
res ad effectum, vt ponuntur in buxulo
25 † & ille, qui extractus eſt poſtea dicitur e-
lectus, dico quod iſta à principio non dici-
tur electio, ſed poſtulatio, ſiue nominatio
vt tradit Hoſtienſ. in ſumma, in tit. de po-
ſtulat. prælat. & in tit. de electione, patet,
quia ſola prima nominatio nihil operatur
abſque inbuſſulatione, & immiſſione in
26 ſcrutinium, & in materia buxuli † eo ipſo
quod ſors cadit in perſonam habilem, reli-
qui, qui ſunt in ipſo buxulo, ſiue ſacculo, aut
vrna, habentur pro non exiſtentibus, ſicu-
ti econuerſo dicimus, quod ſi reperitur v-
nus tantum capax in conſilio ad eligen-
27 dum † quia alij capaces ſuas cedulas ha-
buerunt, certè ad eum ſpectat electio pu-
rè, nec erit neceſſe, vt extrahatur de ſaccu-
lo, ita Riminald. Iun. conſ. 234. num. 104.
lib. 3. ſic etiam ait *Bertacchin.* in eod. reper
tor. in d. verbo electio.

28 Tertio quæro, an circa electiones † de-
beat ſeruari ſolitum & cõſuetum, vel ob-
ſeruantia in contrarium, dic, quod debet
ſeruari conſuetum, & illud, quod diutius
fuit factum, non obſtante obſeruantia con
traria proximorum annorum præceden-
tium, ita deciſum fuiſſe teſtatur Scipio Ro-
uitus ſuper pragmat. 2. Regni Neapolis, tit.
de admin. vniuerſit. nu. 10. 11. & ſeq. Ideo-
que ſi v.g. illi, quibus fuit commiſſa electio
de officialibus, vt hic, primo feciſſent ele-
29 ctionem nullam, & inualidam † quod vti-
que poſſint poſtea eligere de nouo, ſic
poſt Bald in Auth. at qui ſemel, num. 3. C.
de probat. Dyn. & *Bart.* in l. ſerui electio-
ne, ff. de legat. 1. & ibi Additio, & in l. 2. ff.
de option legat. Cyn. in l. fin. num. 7. C. de
contrah. empt. Crauett. conſ. 63. num. x. lib.
1. qui ſubdit illud idem eſſe in Patrono
ha-

Digitized by Google

30 † habente Ius patronatus, qui ſi nulliter
præſentauit, poteſt cum toto hoc variare,
& recedere à prima præſentatione nulla
ex Rocch. de Cur. in tract. de iure patron.
verbo, honorificum, quæſt. 9. num. 33. Fæ-
lin. in cap. 2. num. 5. de tregu. & pace,
Gloſſ in cap. ex tenore de reſcript. cum
ſimilib. per Valenzuel. Velazquez conſil.
32. num. 97. & 98. & per ea, quæ in propo-
ſito intellexit Surd. conſ. 264. num. 24. vol. 2.
NOTO hic Primo, ibi in principio (*offi-
ciales annales*) politicæ gubernationi eſſe
opportunum dicit idẽ Valenzuel. Velaz-
quez conſ. 61. num. 28. 29. & ſeq. huiuſmo-
31 di officia debere eſſe annalia † non per-
petua, vltra ea, quæ ſcripſi in conſuet. Pa-
normi, cap. 68. num. 9. & 10. & in capit. 29.
Regis Alphonſi, num. 2. cum plurib. ſeqq.
tom. 4. vbi Adnotauimus in moderniſſimis
Additionibus littera A. quaſi ac non de-
beat eſſe perpetuum horologium Princi-
pum, ex Montanar. ad Regias Pragmati-
cas Regni Neapolis, tit de admin. vniuer-
ſitatis, num. 367. & 370. pragmat. 2. Io: Frãc.
de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, tit. 3.
de election. official. num. 1. Melchion Iu-
nius part. 1. quæſt. 26. Politicor. Rouitus in
pragmat. eiuſdem Regni Neapolis, tit. de
ſuſpicione Officialium, num. 23. pragmat.
4. Scipio Ammirat. diſſertar. politicarum,
in Cornel. Tacitum, lib. 1. diſcurſu 12. Io:
Vinc. de Ann. ſingul 369. & ita poſt Ma-
ſtrill. Canhoner. & ſupradictos refert ipſe
Valenzuela, d. ou. 29. & 30. vbi ſubdit hoc
eſſe de iure communi, ac etiam de iure
Regio prohibente continuationem in of-
ficijs, per l. neminem, C. de ſuſceptor. &
Archar. lib. x. Auth. de defenſor. Ciuit. in
fine, collat. 3. Azeued. in l. 4. tit. 5. lib. 3. reco-
pilat. Abb. in cap. fin. col. 2. de iudic. Capi-
blanc. Capyc. Montanar. Marc. Anton.
Surgent. Liuius, Marcell. Sueton. & alij,
ideoque facilis eſt reditus ad eãdem natu-
ram. Baeza de inope debitore, cap. 14. nu.
11. Burgoz de Paz, & ſimiles, de quibus ab
ipſo Valenzuel. citatis, qui aiunt quòd Ro-
32 mæ † omnes officiales, & Magiſtratus e-
rant annales, excepto Cenſorio, qui dura-
bat quinquennio, vel hi, quos Princeps ſic
voluerit continuare, in dictis locis ſupe-
rius citatis vidimus.
NOTO Secundo ex his verbis ibi (*item*
33 *quòd caſu † quo non mutarentur*) eſſe caſum
vt officiales præteriti non expectent ſuc-
ceſſorem, nec continuant in officio, vide
ſupra in cap. 92. in princ.
TERTIO NOTO ibi (item ſimiliter
de reformationibus ſtudij, datur intelligi
34 quòd non poſſunt eſſe † nec fieri, aut inſti-
tui ſtudia, niſi in Ciuitatibus, ſecundum
Gloſſ. in verbo *Bononiæ*, vbi Abb. & alij,
extr. in proœm. Decretal. Gloſſ. & DD.
in l. vnica, C. de ſtud. liberalib. Vrbis Ro-
mæ, lib. x. Chaſſan. in Cathalog. gloriæ mũ-
di part. x. conſider. 32. verſic. & alia eſt V-
niuerſitas, & per Gloſſ. in l. vnica, C. de
profeſſ. qui in Vrb. Conſtant. lib. xij. in ver-
bo, hac Regia, & in proœm. Digeſtorũ, §. hęc
autem tria, vbi etiam Gloſſ. in verbo, Re-
gijs vrbibus, vnde, licet vniuerſitas Mon-
tis peſſulani, ſit caſtrum, & vniuerſitas, nõ
Vrbs, neque Ciuitas, habet tamen dicta
35 ſtudia ex priuilegio † vt poſt Dyn. ſuper
proœm. de regul. iur. dixit Boer. in Apoſtill.
fin. ibid. quam Vniuerſitatem Montispeſ-
ſulani Placentinus gloſſator primus ere-
xit, ibique iacet ſepultus, ſimiliter ibidem
Azo in d. ſtudio legit, & compoſuit ſuam
ſummam ſuper tribus libris Codicis, vt ip-
ſe Azo refert in initio d. ſummæ, & niſal-
lor Nicol. Boer. ait in d. apoſtill. ſe ibi ori-
ginem ſumpſiſſe, & ſtuduiſſe in vtroque
iure, ibique ſtuduit Io: Faber, vt ipſe teſta-
tur Inſtit. de ſociet. §. 1. & Iacob. Rebuff. &
multi alij, de quibus teſtatur Chaſſan. loco
citato, ſub verſic. alia eſt vniuerſitas in
Gallia, hac occaſione dicã nonnulla circa
hanc reformationem Clariſſimæ Ciuita-
tis Cataniæ, in qua Dei gratia Doctora-
tũ accepi Ann. Dom. 1592. Die 21 Decem-
bris, & cuius occaſione ſentio me debito-
rem, vt diſcipulum magiſtro quibus tene-
mur, ex adductis ad proœm. capitulorum
Regis Alph. num. 15. & ſeq. tom. 4. & in
Conſuet. Panhormi, cap. fin. num. 28. & 29.
in qua per aliquod tempus, educauit me,
enutriuit, & aluit in iure Pontificio, &
Cæſareo, & profecto dubius multoties
exti, quia remouebat me illud, quod a-
pud Oldrad. legi conſ. 69. relatũ per Chaſſ.
in Cathalog. Gloriæ mundi d. part. eod.
conſider. 32. verſic. hic ergo, vbi quod fue-
36 runt expulſæ leges † a Regno Hyſpaniæ,
intantum, vt fuerit prohibitum, nequis te-
neret libros, ex Io: Lupo in repet. rubr. de
Donat. int. vir. & vxor. in princ. verſic. idẽ
mihi videtur, & quæ alibi tetigi in Re-
gias Pragmaticas, tit. 81. num 8. 9. & 10.
tom. 1. ipſarum pragmaticarum, & in
capit. Regni 474. Regis Alphonſi,
num. 9. tom. 5. ideoque dum dici-
tur hic (ſimiliter de reformationibus ſtu-
dij) dicimus quòd ob multa factæ ſunt, &
ad tollendũ aliqua, quæ ex inconuenientibus
oriebantur ex ordinationibus factis olim
per retroprincipes, & per Excellentiam
Dom. Ducis Medinæ, de quo ſuper refor-
matione horum ſtudiorũ Clariſſimæ hu-
ius Ciuitatis, in tit. de obſeruantia iſtius
reformationis, & aliorum, & ſic per iſtas
non omnia facta tolluntur per prædeceſ-
ſores, quia aliter non diceretur reforma-
37 tio, nam reformare † non eſt in totum
tollere, ſed in parte tantum, ex textu in l.
iuriſgentiũ, §. adeo, ibi, ſi poteſt res tota tol-
li, ff. curet non reformare, Natt. conſ. 327.
num. 12. tom. 3. quod ad hos officiales ſpe-
ctat de hac Vrbe Cataniæ in hoc particu
lari conſtitutus, tamquam ſuper bono ſta-
tu ipſius Ciuitatis deſtinatos, quia poſſunt
38 facere has reformationes † & ſtatuta, vt
ait Bart. in l. cũ ratio, §. ſi plures, ff. de bon.
damnat. & latius in l. ambitioſa, ff. de de-
cret. ab ordin. faciend. quæ ob id Clariſſi-
ma

Digitized by Google

ma intitulatur ipſa Catania, vt in his capi-
tularib. & alijs, & vidimus ſupr. in c. xj. in
ſeſſione Ciuitatum fol. 44. col. 2. nu. 142. ob
Claros, nobiloſquè viros, qui in ea orti sūt,
& deſcendant, tū ex Natalibus, ſanguine,
propagine, progenie, parentibus & virtu-
tibus, ſecundum Horat. lib. 4. carminum,
Ode 6. lib. ſermon. ſatyr. 1.

„ *Virginum primæ, puerique claris*
„ *Patribus orti.*

& poſt Græcos, & latinos Poetas multos
Valer. Maximū, Plin. Liuiū, Senecam Lu-
canum, Sueton. Cornel. Tacit. Iuſtin. ita de
noſtratibus tradit Fecundiſſimus ille Ti-
raquell. in tract. de Nobilit. cap. 2. num. 9.
cum ſeq. part. 1. eius operum vbi deſcen-
dit ſpecificè ad hoc indiuiduum (*Clariſſi-
mæ*) ex eodem Lucano lib. x. Valerio Ma-
ximo cap. 7. lib. 9. Plinio, & cæteris, quæ om-
nia ad hanc Clariſſimam Ciuitatem Cata-
niæ conueniunt, quia, ſi inter viros alter
clarior altero inueniatur, inter herbas a-
lias minus alijs claras, inter fluuios alter
altero Clariſſimus nuncupetur, ex eod. Pli-
nio, cap. 15. lib. 2. & cap. 17. lib. 6. & capit.
xx. cum ſimilib. à Tiraquell. num. 10. cum
ſeqq. adductis, ſic inter Regni huius clario-
ra loca, Clariſſima vocatur Catania, arg. l.
3. & l. Clariſſimis, C. de Canon. largit. libr.
10. & in l. 1. col. pen. C. de dignit. lib. 12. &
ibi Luc. de Penna, l. curator, ff. de curator.
furioſi, l. 2. C. de Domeſt. & protect. lib. 12.
l. peculiari, C. de proxim. ſacror. ſcrin. eod.
ſint admicti,videatur Bartol.in l. ſi inſulã,
num.2.ff.de verb.obligat.Bald.in l liberti,
vbi DD.alij,C.de operib.libert.Palaz. Ru
bios,in l.33.Taur.in fine, cum ſimilib.per
Bouadill.in d.tit.de las obras publicas,nu.
45.& 47.DD.in l.omnes quibus, C. de o-
per.publ l.21.tit.33.part.3.Auendan.in ca-
pit.13.Prætor.num.2 part.2.Petr.de Gre-
gor.Tholoſan.lib.3.de ſyntagm.iur.capit:
xxj.num.3.& ex Bart.in l.ea lege, §. loca-
ui,ff locat.Petr.de Rauenn.ſingul. 332. &
Alber.in d.§.ſi quis opus,l.ſi pollicitus,ff.de
28 pollicitat. conſulit † officiales,vt perfecto
opere faciant coadunare concilium, ad
hoc,vt de mãdato Iudicis artifices videãt,
quali-

Digitized by Google

quàliter ſit opus perfectum, illudque ap-
probent pro bono,& completo, quo facto
non poteſt Artifex,nec eius fideiuſſor am-
plius conueniri.
Sed an illi,qui tenentur reparare, ſiue
reficere pontes,ſiue domos Regias,& ca-
29 ſtra,fuerint requiſiti † & ob eorum mo-
ram,ceciderunt,an teneantur de proprio,
vel dixerunt, non habere pecunias Re-
gias,tetigi in d. cap. 69. Regis Ferdinandi,
verſic. An autem,& addo in hoc propoſito
poſt Salicet. in l. non modus, C. de ſeruit,
& aqu. Accurſ. & Coraſ.in l.1. num.36.ff.
de ferijs,Surd.conſ.27.ſub num.4. vol.2.qui
ait,quòd ſi quis promiſit manutenere pô-
30 tem ſuper flumine † quia,ſi propter aquæ
abundantiam,neceſſe ſit pontem altiorem
fieri, tenetur ſua impenſa promiſſor, ex
quo iſtud augmentum eſt in eadem re,
& forma intrinſeca, ſed ſi aqua aliò diuer-
tit,vel collabitur,ita vt contingat pontem
altiorem fieri; tunc promiſſor non tene-
tur,eatenus, quatenus flumen elongatur
de loco ſolito,& dicunt eſſe menti tenen-
dum,& ita fuiſſe determinatum, & ſic ait
in puncto idem Bouadill in eod. tit.de las
obras publicas,num.17.d.lib.3.eod. cap.5.
tom. 2. ſubdens, quòd ſi pro diſcuitu ſuo
31 ceciderit pons † murus, caſtrum, &c. tene-
bitur is,cuius officium erat reparandi,ar-
gumento tutoris,&c. curatoris, qui deſijt
contiare domum, & ædificium minoris,
ob quod cecidit,ex Auēdan.in cap.3. Præ-
tor.part.2. num.2. Auilez,in cap.2.Prætor.
gloſſ. de purar, & ex traditis ab Eſcobar
de raciocinijs, cap.25.n.35.36.37.Innoc.In
cap.ſignificante,de appellat. cũ ſimilibus,
& pæna erit arbitraria vltra intereſſe,per
gloſſ in l.nemo martires, C de ſacroſ. ec-
cleſ.& in proœm. Digeſt. §.illud, Iaſon In
l.iubere cauere,num.17. ff.de iuriſd. omn.
iudic.& per Ioann Andr.in Mercurialib.
non eſt in mora, & pulchre admonet ipſe
Bobadill.vbi ſupra hos Dominos deputa-
32 tos † vt attendant ad Regni, & Reipubli-
cæ ſeruitium, non curantes de laude,&
gloria mundana ſub num. 15. & per tra-
dita ab ipſo Claudio Cãtiuncula in d. tra-
ctat.de offic.Iudic.d.cap.3. ſubdit ipſe Bo-
uadill.num. 20. quod omne totum, quod
fit in contrarium, eſt vanitas,& infert ad
illos Deputatos,& Iuratos,qui nõ reparari
faciunt ea ædificia, in quibus aliorum no-
mina,& inſcriptiones ſunt depictæ, quia
in Re publicæ damnum vertitur,& hoc
dicebat Cornel.Tacit.lib.xij. Annal. (*pau-
cis decus publicum curæ*) Chaſſan. in Ca-
thalog.Gloriæ Mundi,part.5.conſider.25.
Imperator ſolus Adrianus fuit ille,qui abſ-
que alia gloria curauit aliorum facta re-
ficere,vt dixit Bobadill.in d. ſua polit.eod.
tit.de las obras publicas,lib.3. eod. c.5.to.
2.n.58.qui quãuis multa ſũptuoſa ædifica-
uerit ædificia, in nullo eorũ inſcripſit no-
mẽ ſuũ,præterquã in tẽplo,quod cõſecra-
ri fecit Imperator Traianus,faciunt dicta
ſupr.in c.97.nu.43.rationem, aſſignat,quia
33 † qui imponunt eorum nomina arma, &
inſcriptiones in ædificijs publicis,v.g.pon-
tibus,Caſtris,& ſimilibus,& in eccleſijs,&
ornamentis,perdunt meritum, vt ex Ge-
min.in cap.duæ,in medio,45.diſt. Bernar-
din.de Lãdriano, in cap.dilecta in Apoſtil.
ad Abbat.extr.de exceſſib.Prælat. idem
Chaſſan. in d.tract.Gloriæ mundi,part.1.
conſider. 38.concluſ.13. in fine,& hæc quo
ad ipſos Reges, quia quantum attinet ad
officiales,inconſideratè facerent,ſi eorum
34 nomina imponerent † & arma, abſque
eo,quod apponerent arma Regis, & hoc
in ædificijs magnis, & non minimi mo-
menti,arg.illius, quod dicit Alciat. lib. 1.
Emblemat.133. & ibi Franc. Sanctius,vbi
referens quædam verba Epitafij Ioannis
Galeatij Ducis I: Mediolam dicebatur ita
(*quis parvis magnum me ſuper impoſuit*) ſolũ-
modo ipſis officialibus liceret nomina,vel
35 arma imponere ſubtus Regẽ † regnantem
vt ſubdit ipſe Bouadill. ſub d.n.58.Vinc.de
Franchis,deciſ.443. incip. officialis, per l.
opus nouum,ff.de operib publ. ibi (*inſcribi
autem nomen operi publico alterius, quàm
Principis, aut eius, cuius pecunia ad opus
factum ſit, non licet*) & l. ſeq. ibi (ne Præſi-
dis quidem nomen licebit ſuperſcribere)
& l.ſi qui Iudices ibi (ſi qui Iudices perfe-
cto publicis pecunijs operi ſuum nomen
ſine noſtri numinis mentione inſcripſe-
36 rint,Maieſtatis † teneantur obnoxij) & ibi
Salycet.& alij,qui teſtantur ſic etiam Hy-
ſpaniæ,& Franciæ,alibique ſeruaui plus di
co quod ſi inſignia Regis,vel Reipubl.quis
appoſuerit ſuper domo ſua, vel prædio fe-
cit,vt tale prædium confiſcari poſſit,l. 1.
vbi DD.C.vt nemo priuat. Additio ad Sa-
lyc.in l.ſi qui,C.de operibus publ.Chaſſan.
in Cathalog.gloriæ mundi,part.5.conſid.
24.verſic.201. ponens,&c.& poſita, fuerũt
eleuata, & ſublata cum ignominia Offi-
cialiũ,Platea,in l.abſit,C.de priuileg.dom.
Auguſt.lib.xij.Paris de Put.de ſyndic.ver-
bo,expenſæ,cap.2.num.3.& in verbo,cul-
dentialia Petr.de Anchar. in ſyntagm. iu-
ris,lib.3.cap.xxj.num.7. ¶ Verum quòd
qui v. g. ad eorum expenſas extollerent a-
liquod ædificium,ſiue Eccleſiaſticum, ſiue
37 aliud † poſſunt ſine difficultate aliqua ibi-
dem affigere eorum arma, & nomina, &
hoc caſu talia arma denuant dominium,
vt ſubdit ipſe Bouadill.ſub d.num.58. per l.
2.& 3.& l.qui libertatem,§.fin.& l. fin. ff.
de operib.publ.l.legatum, ff.de adminiſtr.
rer.ad Ciuit.pertinent.Cæpoll. in tract.de
ſeruit.Vrban. prædior. cap. de parietibus,
vel muris,col.4 Bart.in tract.de armis,Al-
beric.in rubr.ff.de operib. publ. Bald. in l.
1.C.pro ſoc.Capic.deciſ.27.quæſt.16.Rol-
land.conſ.84.num.23. lib. 2. Chaſſan. in d.
Cathalog.glor.mundi,d. part.1. conſider.
16.Petr.de Gregor.eod. lib.3. de ſyntagma
iuris,d.cap.21. num.7.tom.1.Gregor.& A-
uendan. de quib. etiam per ipſum Boua-
38 dill. quiue † hoc caſu, quo eſſent appoſita
arma,abraſiſſet,vel tolleret, poſſet puniri

iudicis arbitrio,vt ſubdit ipſe Bouadill. ex DD.in d.l.qui libertatem, & ibi Bart.l.qui ſtatuas,ff.de iniur.l.nam etſi ramos, §.1.ff. quod vi, aut clam Iaſon, & Ludouic. Gomez,in §.pœnales,num.5.inſtit.de action. Auendan.in cap.13 Prætor.num.4.Bartol. in l.2.§.nec eius,ff.de operib.publicis, niſi ex cauſa faceret v. g. quia prætendiſſet ibi non poſſe affigi arma vnde dixit Iaſon
39 † in rubr.C.vt nemini lic. quod ſi aliqua confraternitas, vel eccleſia faceret pingere arma ſuper domo mea, poſſum de facto ea abradere,etiam conuocatis amicis, quando fuerunt impoſita abſque authoritate Iudicis, poſt Caſtrenſ. quia illum caſum vidit de facto Senis: reliqua in hac materia de prohibitione apponendi inſignia,videbimus dante Domino in pragmaticis,tit.42.de nõ appon,&c. tom. 1.pragmat.

Ad ipſos Deputatos in ſumma etiam
40 ſpectat curam habere† & facultatem pro neceſſitatibus occurrentibus Regni. ex Paul.de Caſtro,in l.apud Iulianum,§.hæres cogitur,ff.de legat.1, per l. defuncta,ff. de vſufr.gloſſ.in l. incola, la 2. vbi notant DD.ff.ad municipal. Ioann.Andr.in d.regula, non eſt in mora, in Mercurialibus, Bald.in l.1 § quòd ſi nemo,quæſt.3.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomin. & ex quo in Regijs generalibus colloquijs,ſiue parlamentis inita ſunt aliqua pacta cum Regibus, & obtulerunt,prout ordinarie offeruntur Regia donatiua,vt ſupra in capit.99. quod & facere poſſunt dando res Ciuitatum
41 Legationis cauſa † vt ait Villadiego, in tract.de legat.quæſt.4.nu.7. tom. 13. part. 2.tractatuum, ad illos etiam ſpectat in hoc propoſito exigi facere, vt tetigi ſupra in d.cap.xj.ſub num.60. quia ſunt vti procuratores,vt per Maſtrill. d.cap. 15. num. 73.

Declara,vt non ſe extendat poteſtas ip-
42 ſorum quo † ad reſeruata Principi, ſed ad ea,in quibus eſt ordinata ipſa conceſſio, vt ait Caſtrenſ.conſ. 467. col 4. verſic. ex his autem,& col.7.verſic. ad idem vol.2.

Declara ſecundo,vt hi deputati non ſint
43 perpetui † ſed mutari poſſunt arbitrio D. Proregis, vel per annum, biennium, aut triennium, qui,ſicuti illi officiales per eos olim creandi duo,vel tres circa obſeruationem horum Capitulorum Regni, vt vidimus ſupra,debebant mutari,vt hic in fine ibi (*mutari habeant*) ſic & ipſi Deputati,quorum realiter eſt hoc officium, inſiſtere pro obſeruantia capitulorum horum.

Quòd fiat pax cum omnibus Nationibus,vt mercantiæ extrahantur.
Cap. C I I.

ITem cum propter vrgentiſſimas neceſſitates dicti Regni, eidem Maieſtati Regnum prædictum humiliter ſupplicauerit per modum, vt infra (Item cum mercanijs Regna,Prouinciæ,Ciuitates, Terræ,& Incolæ ipſarum ditentur, magnificentur, & amplificentur,& guerrarum turbidine exerceri non poſſunt, ſupplicat ob id totius Regni Vniuerſitas Sacratiſſimæ Maieſtati,vt placeat conficere pacem cum omnibus Chriſti fidelibus,cum quibus diffidias haberet,præcipuè cum Ianuenſibus. Et præmaximè propter vexationes,damna,ac etiam incommoda,quæ continuè Regnum Siciliæ patitur a Barbaris eidem Regno vicinis,& præterea propter occupationem Conſtantinopolis a Magno Turcha inhibitus eſt aditus ad partes Romaniæ,vbi plures mercantias præmaximè Siculi exercebãt, vnde maximum commodum, & vtilitatem, & exceſſiua lucra ad dictum Reghum Incolas tranſportabant,cum præfatis infidelibus, placeat inire treguam, vel ſaltim permittere dictis Incolis dicti Regni,quòd poſſint ab his habere ſaluum conductum contrahendi,& maximè cum magno Turcha,& interponere partes ſuas apud Summum Pontificem,vt poſſint dicti Siculi habere licentiam cum omnibus Infidelibus practicandi, vt ſupra, propter quam conuerſationem,& practicam mercimoniandi, Regnum Siciliæ, quod in præſentiarum ex tenuis facultatibus exiſtit, in breuibus temporibus,& pauco tempore ditiſſimum fiet,magnificabitur,& augmentabitur,propter quod maximum commodum etiam Regia Curia conſequetur ¶ Dominus Rex mandabit fieri prouiſiones opportunas,prout dixit Ambaſſiatoribus,conſulendo vtilitati dicti Regni,aliter quòd commercia fient libere per omnes gentes,

S V M M A R I V M.

Pacis pro bono,& concordia Regni,poſſunt iniri ſtatuta,& capitula etiam cum inimicis infidelibus,num.1.

Pace pro habenda eſt licitum Ciuitatibus concedere bona ſuorum ciuium, num. 2.

Mercimonia, & victualia vtilia ſunt in Regno vt abundet, num.3.

Rex poteſt iubere,& prohibere ne mercatores exteri inimici tractent negotia, nec mercantias in eius Regnis,num.4. & ſeq.

Practica poteſt aliquibus denegari, & concedi arbitrio principis, num. 5.

Infideles ſi negotiarent, & practicarent cum fidelibus Chriſtianis,eſſet periculum deſerendi fidem, & adhærendi eis, num 6.

Excommunicatis participare eſt prohibitum, num. 7. cum ſeqq.

Pa-

Pæna interdictionis aquæ, & ignis an ſit ſublata, vel ſucceſſerit eius loco deportatio, & & quando, num 8.

Deportatio ſucceſsit loco pænæ interdictionis aquæ, & ignis, ibid.

Excommunicati fugiuntur ſicut fœtidum cadauer, & mortuum, num. 9.

Excommunicatis vtitur Diabolus ſicut brutis, & ſicuti ruſticus vtitur aſino vel iumento, n. 10.

Infideles non ſunt capaces excommunicationis, num. 11.

VIdimus iam de hoc textu ſupra in cap.
13. cuius totus tenor hic inſertus eſt,
addere poſſumus omnia hæc fuiſſe facta
ex cauſa, argumento eorum, quæ demon-
ſtrabo infra in cap. 107. in 2. limitatione,
1 quippe quia pro bono pacis † & concor-
diæ Regni, valeant illa, & ſimilia ſtatuta
Capitularia, ad hoc, vt damna hinc inde
etiam illata, nō petantur, nec recipiantur,
& approbatur per Papam, vt in l. quod ſe-
mel, ff. de decret. ab ordin. faciend. capit. in
noſtra, de iniur. Bar. in proœm. Digeſtorū,
num. 5. cum concordantibus adductis per
Petrum Anton. à Petra in tract. de poteſt.
Princip tit. dubitatio ſecunda principalis,
&c fol meo 171. num. 5. & ſeq. & per text.
in l. ſi priuatus, ff. de pollicitat. l. venditor,
§. ſi conſtat, ff. commun. prædior. & in l. itē
ſi verberatus, §. 1. ff. de rei vendicat. qua de
cauſa non ab re ſupplicatum fuit cum ca-
pit. ſubſequenti, in quo eſt eadem materia,
Dom. Regi, vt interponeret partes ſuas,
cum ipſo S. Pontifice, ibi (*interponere partes ſuas apud Summum Pontificem*) cum non ſit
res impertinens, nec petitio non petenda,
ſtante quòd dicit Innoc. & Io. Andr. in d.
cap. in noſtra de iniur. poſſe & eſſe licitum
2 Ciuitatibus † pro habenda pace, concede-
re bona ſuorum ciuium, vt eos etiam reſe-
runt, & ſequuntur Bald in l. Bene à Zeno-
ne, num. 2. C. de quadr. præſcript. Bart. in
l. Antiochenſium, ff. de priuileg. credit. &
in l. toties, §. 1. ff. de pollicitat. cum concor-
dantibus, adductis ab ipſo Petro Antonio à
Petra vbi ſupra, num. 7. & per Hoſtienſ. in
ſumma, de pæn. §. fin. verſic. ſed pone quòd
guerra, Imol. in cap. quanto, nu. 2. & ſeq.
de iureiur. Maximè circa negotia merci-
moniandi vt hic dicitur ibi (*mercimoniandi*)
quia neceſſarium eſt Regno, vt abundet
3 mercibus † & omnibus vſualibus, & ab a-
lijs longinquis ad huc regionibus aduehā-
tur (vt poſt Ioan. Boterum, lib. 8. de ratio-
ne ſtatus in capit. (*della mercantia*) Mat-
thienz. in l. 2. tit. 14. lib. 5 recopilat. gloſſ. 1.
nu. 3. l. 4. tit. 7. part. 5. Petr. de Gregor. Tho-
loſan. in lib. 4. de Republica, cap. 7. Sforza,
in tract. de reſtit in integr part. 1. quæſt. 8.
art. 16. num. 146. per text. in l. 2. ff. de Nun-
din l. ſemper, §. negotiatores, ff. de iur. im-
munit. Bald. in l. Macedoniani, C. ad ſena-
tus conſ. Macedonian. Alberic. in rubr. C.
de commer. & mercator. Luc. de Penn. in
rubr. Negotiatores ne militent, lib 12. Ti-
raquell. Auendan. Plato, & alios ait Va-
lenzuel. Velazquez vir doctiſſimus, & in-
genioſiſſimus, in conſ. 39. in princ. num.
2. & per ea, quæ latiſſimè recordor ſcrip-
ſiſſe in cap. 18. Regis Martini. col. 1. & ſeq.
& in cap. Regni 129. Regis Catholici Fer-
dinandi, tom. 7. vbi tracto aliqua in mate-
ria ipſarum nundinarū, & negotiatorum
ad eas venientium.

Quæ omnia quodammodo colorata vi-
dentur ad demonſtrandum poſſe iniri pra-
cticam, & commercium, etiam cum infi-
delibus, ſed non eſt, merito, Dom. Rex de-
cretauit certo modo, vt hic, (*quod dabit opportunas prouiſiones in hoc, & illud quod erit vtile pro Regno, expediet*) quaſi voluiſ-
ſet denegare totam petitionem, quia non
conuenit habere commercium cum tali-
bus infidelibus, & Turcis inimicis noſtris,
4 & poteſt quinimmo Rex † deberet iube-
re, & prohibere, vt ſolet, ne mercatores
exteri ſubditi alteri Principi, ſiue Regi ini
mico, & noſtri Regis, negotia tractent in
Regnis ſuis, neq. merces exteras illuc adue
hant, vt poſt text. in l. diuus, ff. de ſeruit. ru-
ſtic. prædior. l. ſicut, §. Ariſto, ff ſi ſeruit, vin-
dic. l. hæres, ff. de vſur. l ſed ſi pupillus, §. itē
ſi cum plures, ff de inſtit. act. cap. quod o-
lim, de Iudæis, Suarez Allegat. 18. num. 3.
Matthiēz in l. 1. tit. 12. lib. 5. recopilat. Petr.
Gerard. ſingul. 19. num. 2. Stracch. de mer-
catur. part. 2. num. 35. Gregor. Lopez in l.
22. gloſſ. 3. tit. 5. part. 5. Bald. Auendan.
VVeſſembec. & alij relati per Valenzuel.
Velazquez, d. cōſ. 39. nu. 2. vbi ſubdit quòd
5 immo poteſt † venturis ad patriam alie-
nam ingreſſus interdici, vt in eod. cap. Re-
gni 18. Regis Martini ſubdidi, num. 3. & in
tract. de peſte, in 4. cauſa verſic. auſerendo
vbi loquor quod poſſit practica interdici,
ex Bald. in cap 1. §. donare, de form fidelit.
Molin. in tract. de iuſtit. diſput. 105. tom.
1. Io. Franc. de Ponte, de poteſtat Proreg.
rubr. de exter. habitaot. num. 1. cum alijs iu-
rib. per eum adductis.

Et eo magis hæc practica, & commer-
cium, ac conuerſatio cum talibus infideli-
6 bus euitari debet † quia quis dicet. & quis
poſſet eſſe ſecurus, vt fideles communicā-
tes, & practicantes cum ipſis Infidelibus,
fidem non deſererent, vel circa religio-
nē adhærere poſſe dubitaretur, vt ait Ol-
drad. conſ. 71. verſic. in cōtrarium, Tuſch.
in pract. cōcluſionib. iuris, verbo, infideles,
concluſ. 123. tom. 4. facit Paralippomen. c.
19. ibi (*& his, qui oderunt dominum amicitia iungeris, & idcirco quidem iram domini merebaris, &c.*) ex verbis Iehu loquen-
tis ad Ioſaphat, & Rex Hieruſalem fuit
per prophetam reprehenſus, quia voluit
ſe iuuare cum Regibus Iſrael 37. & 23. q.
3. cap. 1. & cap. ſex, & cap. Maximianus cū
concordantibus adductis per ipſum Oldr.
arg. à ſimili quòd eodem modo, quo non
poſſumus participare cum excommuni-
7 catis † vt latè recordor ſcripſiſſe in reper.
cap. ſacro, de ſentent. excommunic. lect.
2. vbi, quod licet de iure ciuili hodie ſubla-
8 ta fuerit illa pæna † interdictionis aquæ,

& ignis,ſed in eius locum ſucceſſit depor-
tatio,vt poſt text.in l.1.& 3.ff.ad l. iul. pe-
culat.ait Corrad.in pract.tit. de cōtumac.
& bannit.num.29.46.Farinaz.in praxi tit.
de delict.& pænis quæſt.19. num.20. tom.
1. (quæ tantum erat, quantum quòd ne-
mo dabat condemnato, nec de aqua, nec
de igne,& propterea videbatur facta pri-
uatio de duobus elementis ad vitam ho-
minis,vel de neceſſarijs) ratio erat, quia
inter homines verſari, & eorum carere
ſuffragijs,grauior erat pæna, vt dicit text.
in l.hi,qui ſanctum,C.de apoſtat. attamen
in ipſis excommunicatis etiam hodie hæc
pæna ſeruatur, cum nec eis aliquid com-
municare debeamus,cap.ſicut Apoſtoli cū
ſeq.xj.quæſt.3. & ita in his terminis tenet
Alex.Iaſon,& Angel.in l.gallus,§. & quid
ſi tantum,ff.deliber & poſth.excommuni-
catio enim,dicit Bald.in l.2.col.2. C quib.
res iudic.non nocet, priuat conſortio ho-
9 minum † ſicut fætidum cadauer, nam
quaſi mortuus eſt,per ea,quę declarat Ho-
ſtienſ.in cap.cum non liceat,de præſcript.
Guid.Papa deciſ.416.in fine, & ob id ex-
communicatio, loco interdictionis prædi-
ctæ aquæ,& ignis,vel eius ſimilitudinem
habet,vt de hoc eſt notab. gloſſ. in §. 1.in
verbo,interdictum,Inſtit.de capit. dimin.
illamque gloſſ. ſingularem reputat Bald.
in cap.licet,vndique,col.fin.de offic. dele-
gat.Abb.in cap.paſtoralis,§.1 de appellat.
& propterea, data iſta ſupradicta priua-
tione à communione fidelium, per conſe-
quens conuerſatio excommunicati erit
potius cum brutis, imò plus dico, quòd
10 Diabolus vtitur eis † ſicuti ruſticus vtitur
aſino, vel iumento, ſecundum Hoſtienſ.
Ioann.Andr.& Abbat.in capit.ita quorun-
dam,de Iudic.& in rubr. extr. de ſentent.
excommunic circa finem, & per gloſſ in
cap.audi denique,xj.quæſt.3.quòd Diabo-
lus habet poteſtatem in excommunicatū,
quaſi in pecus. Eſt verum quòd non ita
eſt prohibita participatio cum ipſis excō-
municatis, & pari modo cum ipſis infide-
libus, quia in infideles non cadit excom-
municatio,nec ſunt capaces ipſius excom-
11 municationis † cap.gaudemus, de diuort.
Abb.in cap relatum, ſub nu.1. de ſent. ex-
communicat.& in capit.ab excommuni-
cato,de reſcript.num.9 & per Borgaſ.quē
citaui in d.repet.capit.ſacro, lectione 15.
qui dicit quòd ex quo non ſunt ſubditi ec-
cleſiæ, non poſſunt excommunicari,quia
in non ente,non fit paſſio, & propterea
hic ideo videntur permiſſi,maximè quan-
do eſſent guidati per Regem,tum ratione
vtilitatis,& neceſſitatis, quæ proueniunt
in Regno ex dictis mercimonijs vndique
huc prouenientibus,quia hi caſus videntur
etiam permiſſi, & licitæ communiones
adhuc cum verè excommunicatis, vt ſen-
titur per Oldrad d.conſ.71. & alios ſupe-
rius citatos,& remitto me latè ad dictam
repetitionem cap. ſacro.

Quòd omnino fiat decretatio ſupradictæ petitionis.
Cap. C I I I.

ET cum regia Maieſtas ipſa varijs, diuerſiſquè occupationibus impedita ad effectum huiuſmodi petitionem,ſuamquè ſacratiſſimam reſponſionem, & decretationem deducere nequiuerit, ideo peculiare Regnum prædictum Siciliæ, a modo ad extremam neceſſitatem,& paupertatem deductum, genibus flexis humanitatem, & manſuetudinem incliti, & ſacratiſſimi Regis exorat humiliter,& deuotè: quatenus placeat petitionem dicti Regni,ſuperius exoratam,& reſponſionem ſuam, ad effectum deducere: vel ſaltem dicto Regno concedere,quòd omnes nationes gentium,tam fidelium quàm infidelium,tam amicorum,quàm inimicorum ipſius Regiæ Maieſtatis ad dictum Regnum confluentium, & venientium per ſexaginta miliaria ad mare circumcirca Regnum prædictum,guidati,& affidati ſint, ac tutè venire poſſint: & offenſores quicunque fuerint, pænā vitæ,& bonorum publicationis incurrant,ac pro rebellibus habeantur: & a nullo receptentur,ac ſi foriudicationis ſententia contra tales legitimè lata fuiſſet receptatores, & eiuſdem offenſoribus auxilia, & fauores, ac ſubuentiones præbentes, pari pæna inremiſſibiliter puniantur ¶ Regia Maieſtas interponet partes ſuas cum Summo Pontifice, vt ſupplicata concedat. Reliqua vero in eodem capitulo contenta, concedit ipſa Maieſtas, demptis tamen ſuæ celſitudinis,ac Regiæ domus, & Coronæ Aragonum, & Siciliæ rebellibus, ſi qui fuerint,ac etiam hoſtibus bellum facientibus.

Iam dictum eſt ſupra in præcedenti capite eum concordantibus ibi adductis,& quod dicitur hic ibi (*per ſexaginta milliaria ad mare, &c.*) vide in capit. Regni 491. Regis Alphonſi, nu. 7.tom.5.Oſaſch.deciſ.155.Gomez Leo,deciſ.12.in deciſ.diuerſ. tom. 2. Tepatus, in compendio variar.ſenten.tit.de iuriſd.& for.compet.col.1.fol.162.

Quòd grani Baronum, & Iura granorum ſuper portibus, & carricatorijs non fraudentur.
Cap. CIIII.

ITem quia Illuſtres Marchio, Comites, nonnulli Barones, & alij nobiles incolæ dicti Regni, ex gratijs Regijs, & conceſſionibus eis factis habuerunt, & habent iura granorum ſuper portubus, & carricatorijs dicti Regni: & al qui ipſorum habent ſub titulo oneroſo, alij Infeudum ſub ſeruitio militari, ſeu in vim debiti, vel aliter in quorum iurium perceptione, & poſſeſſione, vel quaſi fuerint, & ſint: ac ſæpè Regia curia, ſeu procuratores Regiæ Maieſtatis, vel aliæ perſonæ ſub eodem Regio nomine multas extractiones faciunt: & de dictis, & alijs iura ipſa ſoluere penitus impediunt, & recuſant in maximum damnū, & intereſſe prædictorum, & derogationem iurium eorumdem. Nam, ſi eorum indemnitati non prouideatur, ſub eodem colorè per indirectum Barones, & conceſſionarij ipſi gratijs prædictis priuarentur: attento quòd manifeſtiſſimum eſt, ipſam Regiam Maieſtatem pro vſu ſuæ domus, tanta frumentorum quantitate minimè indigerè, & vti non poſſe: & propterea aperte videtur huiuſmodi extractiones in ipſorum conceſſionariorum fraudem fieri: & contra mentem, & intellectum priuilegiorum, & reſcriptorum eorumdem: cum proceſſerit de voluntate Illuſtriſſimorum principum, concedentium iura prædicta: conceſſionarij prædicti iura ipſa integrè conſequerentur, & haberent: & præſertim, quod tempore diui recordij Regij Alfonſi decretatum fuit, pro extractionibus factis per ipſam Regiam Maieſtatem huiuſmodi iura granorum ipſis Baronibus ſolui, & reſtitui debere: vt per litteras, datas Panhormi die vltimo maij xij. Indicionis latius apparet. Idcirco ſupplicat dictum Regnum ſacram Regiam Maieſtatem quatenus placeat prouidere, & cum effectu mandare, quod prædictis conceſſionarijs exſoluantur dicta iura granorum: non obſtante, quod ſub nomine Regio dicatur huiuſmodi extractiones fieri, quocumque in contrarium non obſtante ¶ Regia Maieſtas aliena frumenta non extrahit ſub eius nomine.

Eſt materia apportata in Regias Pragmaticas, tit. 23 de offic. Magiſtri Portulani, tom. 2, ipſarum pragmaticarum, & illo tempore apparet hic, quòd vnus ſolus Marchio erat in Regno, ibi (*Marchio*)

Quòd Ciuitatum, & Terrarum demanialium, videlicet Marſalæ, Saccæ, &c. priuilegia obſeruentur.
Cap. CV.

ITem cum terræ Marſaliæ, Saccæ, Nari, Suteræ, Capicij, Miſtrettæ, & Cephaludi, iure Capitulorum Regni, ac etiam priuilegio expreſſo alienari non poſſint, nec etiam poſſint ex forma dictorum Capitulorum in gubernationem, nec rectoriam dari, ſupplicat dictum Regnum, quatenus placeat ipſi Regiæ Maieſtati, Vniuerſitatibus & terris eorum priuilegia, & Regni Capitula obſeruari facere, & ſeruari mandare, reuocatis, & habitis pro caſſis, irritis, atque nullis quibuſcumque prouiſionibus in contrarium factis, & de cætero faciendis, ſub quauis verborum forma ¶ Placet Regiæ Maieſtati, quòd ſeruentur capitula, dictis vniuerſitatibus, conceſſa, annullatis, & reuocatis quibuſcumque prouiſionibus, in contrarium factis.

Latè videbimus infra in ſua materia in cap. 107. in quo ſerio de hac materia diſcutio maximè in verſic. & in puncto.

Quòd gratiæ Siculorum, tam in perpetuum, quàm in vita, & beneplacito confirmentur.
Cap. CVI.

ITem cum nonnulli Siculi habuerint, tenuerint, & poſſederint, ac habeant, teneant, & poſſideant nonnullas gratias, tam ex gratia pro meritis ſeruitiorum, quàm titulo oneroſo ab ipſa Regia Maieſtate, & Regia Curia, quàm à retro principibus prædeceſſoribus ſuis, tam in perpetuum, vel cum carta gratiæ, vel ad vitam, quàm ad beneplacitū ſuæ Maieſtatis, quarum gratiarum nonnulli Siculorum prædictorum deſtituti ſiue gratiæ ipſæ ſuſpenſæ fuerint, ex forma nouiſſimarum pragmaticarum, quæ in maiorem ipſarum partem videntur Regni Capitulis prorſus contraire. Qui de re Regnum prædictum habens

pro

pro firmo,huiuſmodi pragmaticas, & reſcripta à mente tanti humaniſſimi Principis non procedere,cum ſit largitor gratiarum,& munerum, nec Regis dignitas gratias factas reuocare hactenus conſueuit,aut aliquatenus impedire. Idcirco ſupplicat dictum Regnum Sacræ Regiæ Maieſtati,quatenus Maieſtas ipſa dignetur gratias ipſas confirmare, ac exequi & obſeruari mandare,ipſoſque Siculos manuteneri in eorum prioritate, & poſſeſſione gratiarum ipſarum,non obſtantibus,ac reuocatis penitus,& annullatis quibuſcumque prouiſionibus,pragmaticis,memorialibus,inſtructionibus, & reſcriptis incontrarium facientibus, tam factis,quàm de cætero faciendis ¶ Placet Regiæ Maieſtati,præterquàm de gratijs,ad beneplacitum perſonale noſtrum,vel Regiæ dignitatis conceſſis, ac etiam de his, in quarum poſſeſſione conceſſionarij,in vita Sereniſſimi immortalis memoriæ domini Regis Alphonſi non extiterunt.

Omnia in hac materia, ex quo ſunt conſequutiua capitulorum præcedentium, videbimus infra in capit. 107. in quo de gratijs,priuilegijs, & alijs non reuocandis.

Quòd gratiæ conceſſæ per Suam Maieſtatem confirmentur,non obſtantibus Capitulis Regni.
Cap. C V I I.

ITem,cum Maieſtas Regia nonnullas gratias fecerit nonnullis Siculis,qui perſonaliter in Regijs ſeruitijs apud Sacratiſſimam Maieſtatem eandem laborioſius inſudarunt, in quibus ipſorum aliqui patres,fratres,conſanguinei,vel affines morte perierunt, aliqui vero percuſſi,aliqui capti,& diu carcerati eorum ſumptibus, & expenſis, poſtquam à carceribus ipſis euaſerint,ad dicta ſeruitia reuerſi fuerunt; aliqui nec minus multa eorum bona conſumpſerunt pro ſeruitijs ſupradictis: Quarum quidem gratiarum aliquæ per Illuſtrem Viceregem,& aliquæ per Officiales Regios impeditæ fuerunt,& ſunt, & ſic Siculi prædicti gratijs,& immunitatibus ipſis vacui ſunt, & expertes, quod de veſtræ Maieſtatis mente procedere non creditur. Idcirco Regnum prædictum, dignis conſiderationibus motum,manſuetudinem,atque benignitatem tanti Regis exorat ſuppliciter, & deuotè, vt Sacra Maieſtas dignetur mandare,huiuſmodi priuilegia, & gratiarum reſcripta exequi, & obſeruari,& ad effectum deduci debere, ſi tamen contra Regni Capitula hactenus conceſſa,& præſentia,in nullo contrauenire videantur,vt Siculorum animus,qui hactenus nimio ardore feruebat,cõſecuta retributione,feruitiorum magis incaleſcat, eritque hoc dicto Regno gratiſſimum munus ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

S V M M A R I V M.

Gratiæ ſemel factæ per Regem reuocari non poſſunt,regulariter, num.1. fallit prout in limitationibus hic à num.76.cum ſeqq.
Immunitates conceſſæ per Regem reuocari non poſſunt,ibid.
Priuilegia conceſſa per Reges reuocari nequeunt, ibid.
Capitula Regni ſemel conceſſa per Reges non poſſunt reuocari, ibid.
Capitula Regni ſunt ad ſimilitudinem contractus conceſſa per Reges,num.2. & ſeq.
Capitula Regni vim legis obtinent,& transferũt in vim contractus approbatos cum iuramento, num. 3.
Regi licet Deus ſubiecerit leges, non tamen ſubiecit contractuum vincula, num. 4.
Rex ſiue Princeps obligatur ex ſua promiſſione ſicuti Deus,num.5 cum ſeqq.
Rex ſi non obſeruat pacta,nemo cum eo contraheret,& priuaretur hominum commercio, & dictamine rationis ligatur, nec debet eſſe deterioris conditionis,quam alij, & ne fidem falleret, num 6.
Rex debet eſſe ſicuti lapis angularis in ædificio, & polus in cælo,num.7.
Contractus dicuntur habere naturam bonæ fidei, num.8.
Rex quod ſcripſit, ſcripſit & debet habere vnũ calamum, & vnam linguam, nec debet eſſe labijs mendax,num.9.
Rex venire contra pactum ſuum, eſt inſolitum cum ſit de iure naturali primæuo, nec eſt decens,neque honeſtum, num.10.
Rex,vt ſuos proprios contractus irritaret verecundum eſt,& inhoneſtum, ibid.
Rex contrahens cum non ſubditis, non poteſt amplius ſe reuocare,etiam de plenitudine poteſtatis,nec ius quæſitum tertijs tollit,num.11. & ſeq.
Ius quæſitum alijs non poteſt Rex tollere, ibid.
Rex contrahens cum infideli,non poteſt pacta ſua reuocare,num.12.
Immunitatum priuilegia conceſſa venientibus ad habitandum in alio loco per reges, non poſſunt reuocari in eorum præiudicium, qui venerunt ad habitandum, num.13. niſi non veniſſent ad habitandum, num. 14. vel niſi caſum publicæ vtilitati contrarium includerent,num.15.

Pri-

Priuilegium conceſſum gentibus venientibus ad habitandum in tali loco, debet ſeruari, & quando non, ibid.

Priuilegia ceſſant tempore belli, & peſtis, num. 15.

Rex contrahens ſub nomine dignitatis, vel nomine regni, non poteſt contrauenire, nec reuocare contractus, num. 16. & ſeq.

Rex ſi facit donationem filius, non expreſſa Regia authoritate, ſubiicitur inualiditati donationis alioquin factæ à patre filius in poteſtate, num. 17.

Capitula Regni facta cum Rege, non poſſunt per eum reuocari, ſed obſeruari debent, num. 18. cum ſeq.

Rex ſi facit conuentiones, capitula, & pacta cum vniuerſitatibus, obſeruare tenetur, ibid.

Rex ſi promiſit non alienare Ciuitatem, nec terram, ſed ſemper illam tenere in ſuo patrimonio, non poteſt aliquo modo alienare, num. 19.

Marſalæ Ciuitas habet priuilegium à Rege, vt non poſsit alienari, ibid.

Sacca Ciuitas tenet priuilegium, vt nec vendi, nec alienari poſsit à Rege, ibid.

Nari Ciuitas habet priuilegium à Rege, vt alienari non valeat, ibid.

Capitij Ciuitates habet priuilegium vt alienari non poſsit, ibid.

Cephaludium Ciuitas habet à Rege priuilegiũ ne alienari poſsit quoquomodo, ibid.

Rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ſuis Ciuitatibus, inuitis ciuibus, num. 20. cum ſeqq.

Vaſſalli non poſſunt inuiti alienari per regem, & poſſunt contradicere, non obſtante plenitudine poteſtatis, num. 21.

Vaſſalli quando alienantur, ſolent cum vniuerſitatibus, territorijs, & Curijs alienari, num. 22.

Vaſſallos alios non cogitur dominus acceptare volentes intrare in aliorum ſeruitia, num. 23.

Vaſſalli maletrattati poſſunt ſe eximere à iugo, num. 24. & ſeq.

Imperator Fidericus ob nimias vexationes in populos factas fuit priuatus ab eccleſia, ab imperio, num. 25.

Rex non debet populos maletractare, nec vexare, ibid.

Vaſſallis inuitis poteſt dominus obligare, & pignorare directum [illegible], non pro vero valore, num. 26.

Rex faciens pacta, ſeruare debet, num. 27.

Rex non poteſt reuocare contractus à ſe factos, non obſtante quòd ſuperuenerit neceſſitas publica, num. 28.

Rex non poteſt reuocationem facere de contractibus per ſe factis, non obſtante plenitudine poteſtatis, num. 29. cum ſeq.

Rex licet poſsit vti plenitudine poteſtatis, non quo ad viam iuris, nec ordinariam poteſtatẽ, tamen non debet, num. 30. eſto poſsit derogare, non de honeſtate, num. 31.

Rex non dicitur poſſe facere, quod honeſtè non poteſt, num. 32.

Rex minuendo, & auferendo quæ conceſſit, iniquitate ſumma reprehenditur, ibid.

Clauſula de plenitudine poteſtatis odioſa eſt, n. 33. cum ſeqq. & Reges non vtuntur ea niſi ex maxima cauſa, & ſumma ratione, num. ſeq.

Rex debet diligenter examinare, quando conceſſa à ſe vult reuocare, & quomodo, ibid.

Clauſula de plenitudine poteſtatis, dicitur plenitudo tempeſtatis, & iniquitatis, num. 34.

Rex ſi conceſsit gratias, priuilegia, & alia, quæ tranſierunt in vim contractus, non poteſt reuocare, etiam de plenitudine poteſtatis, num. 35.

Rex non poteſt ſuas conceſſiones, & gratias, ac priuilegia reuocare, etiam ſi eas fecit ex mera liberalitate, num. 36.

Feudum non poteſt adimi, niſi ex natura feudi adimatur, num. 37. etiam ſi per modum priuilegij, & ex mera liberalitate eſſet conceſſum, num. 39.

Rex non poteſt reuocare feudalia ab ipſo conceſſa, ibid.

Imperator non poteſt hodie infeudare aliquod caſtrum lombardiæ alicui, quia iam inueſtierat, & infeudauit Ducem Mediolani, num. 38.

Lombardia fuit tota infeudata per Imperatorem Duci Mediolani, & an teneatur ad iuramenta fidelitatis, & quomodo, ibid.

Feudum non per viam contractus, ſed ex mera liberalitate per modum priuilegij conceſſum per Regem, an poſsit reuocari, num. 39.

Feudum precario cõceſſum per Regem poteſt reuocari, num 40.

Feudum reuertitur ad dominum, quoties nullus ſupereſt de inueſtitis, num. 41.

Rex non poteſt reuocare conceſsionem caſtri benemerito factam, num. 42.

Rex non poteſt facere reuocationem de remiſsione facta alicui ſubdito ſuo per viam contractus, etiam de plenitudine poteſtatis, num. 43.

Rex faciens donationem remuneratoriam, & ob merita alicui, reuocare non poteſt, num. 44. cum ſeqq. tam ſi eſſet facta pro ſe, quam pro ſuis hæredibus, num. 48. & quibus caſib. poſsit reuocare, num. 49. 50. 51. 52.

Donatio remuneratoria, & ob ſeruitia non dicitur donatio, ſed permutatio ſeruitiorum, & eſt irreuocabilis, num. 45.

Reges ſolent donare, & eorum eſt proprium facere donationes, num. 46. niſi eſſent factæ cum maximo detrimento Regio, num 47.

Rex poteſt donationem à ſe factam reuocare in multis caſibus, num. 49. 50. 51. 52.

Rex conſtitutionem ſuam factam cum ſubditis reuocare non poteſt, num. 53.

Priuilegia conceſſa reuocari non poſſunt, num. 54. cum plurib. ſeqq. nec corrigere, nec minuere, nec alterare, an ẽt plenitudine poteſtatis, num. 56. maxime ſi ſunt ob merita, num. 58. 59.

Priuilegia ſui natura regulariter ſunt perpetua, & immutabilia, num. 55.

Rex priuilegia ſua conceſſa alteris reuocare non poteſt, ibid.

Vaſſallorum iura in totum tolli, nec minui, nec

nec alterari poſſunt, ibid.

Rex non præſumitur in dubio voluiſſe priuilegia à ſe conceſſa reuocare, num. 57.

Priuilegia ob merita, & ſeruitia non licet regi reuocare, num. 58. & ſeq.

Priuilegia ob merita, & remuneratoria perdunt nomen priuilegiorum & tranſeunt in contractum, & in beneficium, num. 59. cum ſeqq.

Priuilegia latè interpetranda, ibid.

Rex non poteſt reuocare beneficium à ſe conceſſum, num. 60.

Priuilegia habentia vim contractus reuocari nõ poſſunt per Regem, num. 61. maximè ſi pecunia mediante conceſſa ſunt, non obſtante plenitudine poteſtatis, num. 62.

Priuilegia quando ſunt conceſſa per Regem, fuit acquiſitum ſubditis dominium, num. 63.

Rex quando promiſit ſeruare priuilegia, efficitur ne etiam ſimplex, & merum priuilegium poſſit reuocare, num 64.

Procurator non poteſt reuocari, ſi eſſet promiſſũ parti non reuocare, num. 65.

Straticotus, & Iudices Meſſanæ creantur ex priuilegio per Regem, & non per proregem, num. 66.

Viceregis non creant Straticotum, nec Iudices Meſſanæ, ſed ſyndicatorem ſic, ibid.

Regis ſucceſſor non poteſt reuocare capitula regni, gratias, immunitates, priuilegia, &c. nu. 67. idem de pactis, & promiſſionibus, num. 68. cum ſeqq. nec ſaluas guardias, num. 71.

Rex Hyſpaniarum ſucceſſor Regum tenetur ad obſeruantiam pactorum factorũ per eius prædeceſſores, num. 69.

Rex ſi infringit, & reuocat bene ordinata per eius prædeceſſores, dicitur ſibi iniuriam inferre, num. 70,

Salua guardia conceſſa per Regem, non infringitur per eius ſucceſſorem num. 71.

Regis ſucceſſor an tenetur ſeruare priuilegia anteceſſoris, non eſt facta hucuſque bona pax inter ſcribentes, num. 72. & ſeq.

Priuilegia aliquando reuocantur per Reges cõſentientibus vniuerſitatibus, num. 73.

Priuilegiorum in conceſſione ſi interuenit dolus, & fraus, poſſunt reuocari per Regis ſucceſſorem, vel quando ſunt condita à tyranno, quia etiam ſunt nulla, num. 74.

Priuilegium concernens fauorem animæ, & pietatis cauſa, per neminem poteſt reuocari, nu. 75.

Conſuetudo pia deuotione fidelium introducta ab omnibus ſeruari debet, ibid,

Gratia principis poteſt reuocari ſi fuerit conceſſa contra iuris diſpoſitionem, ad partium importunitatem, non obſtante clauſula, ex certa ſcientia, num. 76.

Priuilegium conceſſum contra iuris diſpoſitionem poteſt per regem reuocari, ibid.

Rex poteſt ex cauſa reuocare ſuas conceſſiones, & priuilegia, num. 77. & auferre ius meum, & dare alteri, num. 78. & auferre rem priuatã etiam non reſtituto pretio, num. 79. maximè ſi hoc facit per viam legis generalis, num. 80 ſicuti ex cauſa poteſt reuocare contractus à ſe factos, num. 81. cum ſeqq.

Gloſſæ opinio ſequenda eſt, num. 82.

Doctorum opinioni quæ eſt melioribus rationibus fundata adhærere debemus, non habito reſpectu ad multitudinem Doctorum, num. 83.

Sacerdos poteſt ex cauſa nubere vſque ad procreationem prolis, & poſtea deſiſtere, de licentia Pontif. & quando, num. 84.

Epiſcopus poteſt ex cauſa auferre iura vnius eccleſiæ, & dare alteri, num. 85.

Vniuerſitas ſiue republica poteſt ex cauſa facere ea, quæ poteſt Rex, num. 86.

Officiales, & miniſtri Regis tamquam tales poſſunt reuocare conceſſa per Regem, ſi eis ſic ordinatum eſſet ex cauſa, num. 87.

Ciuilitas conceſſa per priuilegium poteſt concedi, & admi per Vniuerſitates, num. 86.

Rex poteſt reuocare promiſſiones, & conuentiones a ſe factas ſi iuriſdictioni Regiæ valde detraherent, num. 87.

Papa dum eſt in conclaui nullæ promiſſiones, nec pacta fieri poſſunt.

Rex poteſt reuocare conceſſiones, & priuilegia, quæ non tranſierunt in contractus, num. 88.

Parlamentum totum, vel maior pars poteſt reuocare geſta per ſeipſum in alio parlamento, num. 89.

Rex poteſt reuocare contractus à ſe factos ſi ſecundum naturam ſic poſſet, vel in appoſitione conditionis, num. 90.

Regis ſucceſſor poteſt ex cauſa reuocare contractum prædeceſſoris ſui, num 91.

Rex an poſſit reuocare ea, quæ concernunt quo ad ius de futuro, num. 93.

Rex poſſet reuocare contractus a ſe factos, in quibus dolus, & fraus interueniſſet, num. 94. & ſeq.

Reſtitutio in integrum an, & quomodo poſſit cõpetere Regi, num. 95.

Regalia, ſiue demanialia alienari non poſſunt, & alienata reuocantur per Reges, & quando, nu. 96. cum ſeqq.

Demanialia alienata per Regem poſſunt reuocari etiam eo viuente ſi Regnum enormiter læditur, & quomodo, num. 97.

Rex poteſt concedere libertatem aliquibus Ciuitatibus ſi vellet, & quomodo, num. 98.

Florentia Ciuitas fuit effecta libera à Rhodulpho Imperatore pro pretio ſex millium ducatorum, ibid.

Senarum Ciuitas effecta libera à Rhodulpho Imperatore pro pretio duodecim millium ducatorum, ibid.

Venetia tempore Ciceronis petijt in Senatu libertatem pecunia mediante, & non fuiſſe æquam petitionem, licet, mox ab Imperatore obtinuerit, & ex alijs rationibus, num. 99.

Rex non dicitur dominus rerum Regalium, & demanialium, ſed adminiſtrator, & magnus procurator, nec poteſt principatum diminuere, ſed augere, num. 100.

Demanialia modica, & pro dote dandæ filiæ poſſunt alienari, num. 101.

Hoc

HOC dicit in ſumma, quòd gratiæ
1 † immunitates, ſiue priuilegia, capi-
tula Regni, & conceſſiones ſemel conceſ
ſæ per Regem, non poſſunt per eum im-
pediri, nec reuocari, neque per eius Offi-
ciales, & hæc eſt concluſio, & thema no-
ſtrum, quod concordat cum multis capi-
tularibus antecedentibus, in quibus huc
me remiſi, & ampliabimus, & limitabi-
mus multis modis.

2 Ad ſimilitudinem contractuum † ex
cauſa oneroſa, & pecunijs de medio inter
uenientibus pro ſubſidio Regis erogatis
per Regnū, vt videbimus inferius in ver-
ſic. ſic in priuilegijs, & donationum, ac ſi-
milium factarū per Regē, & Principem,
& omnia exemplifico inferius, qui nō ali-
ter poſſunt per eum reuocari, nec per eius
ſucceſſorē, nec ab ipſis recedere, vt ſcripſi
poſt Rodoric. Suarez, & alios in conſuet.
Panormi, cap. 4 num. 37. & in cap. xj. num.
13. & in proœm. capitulorum Regni Regis
Iacobi, num. 26. cum ſeqq. tom. 1. & à num.
5. vſque ad num. 64. vbi dixi, quod vltra
3 quòd vim legis obtinent † transferunt in
vim contractus, approbata millies cum iu-
ramento, & in concluſ. capitulorum, fol.
458. num. 1. cum ſeqq. d. tom. 1. & in capit.
445. Regis Alphōſi, num. 7. cum ſeqq. tom.
5. & ſuis locis ſuppleui, & per Petr. de
Gregor. in tract. de conceſſ. feudi, quæſt. 7.
num. 20. Bald. conſ. 250. ſub num. 12. vol. 1.
peer text. in cap. venientes, de iureiur. &
poſt Cancer. Fontanell. Bolognet. Alexād.
Oliban. Calic. Bald. Bellug. Auilez, Caleb,
& Noſtrates ait Maſtrill. in tract. de Ma-
giſtratib. cap. 15. num. 64. 65. 66. 67. & 68.
l. quicūque, C de fund. inſtruct. lib. x. l. qui-
cumque, la prima, C. de fundis patrimon.
lib. xj. l. prædia, C. de locat. prædior. ciuil.
eod. lib. xj. & l. fin. C. de diuerſ. præd. cum
concordant. Alex. facit in propoſito eo-
rum, quæ hic dico in conſil. 79. in fine, vol.
7. Zaſius ad ſcholia, l. 2. §. nouiſſimè, col. 3.
ff. de orig. iur. qui ait, *quòd licet Regibus,
4 & alijs Deus † ſubiecerit leges, non tamē
ex hoc ſubiecit contractuum vincula, poſt
Iaſon. in l. 1. num. 5. ff. de pact. ſic ait Iacob.
Gallus, conſil. 59. num. 14. ſed habebitur
Rex, & Princeps, vt priuatus, ſicuti enim
5 Deus ex ſua promiſſione obligatur † cap.
1. de probat. Feudiſtæ in cap. 1. de Natur.
feudor. in puncto Bald. in l. 1. in princ. ff. de
pact. & in l. penult. C. de donat. inter vir.
& vxor. Caſtrenſ. conſ. 287. ſub num. 2. vol.
1. Iaſon Alex. & alij, de quib. per Boniſac.
Roger. conſ. 40. num. 14. vol. 2. ſic, & ipſe, &
Ariſtoteles monuit Alexandrum, vt pro-
miſſa ſeruaret, aliàs malus finis ſequere-
tur, immo ſi non ſeruaret, nemo cum eo
6 contraheret † vt poſt Roman. conſil. 352.
in fine, Boer. deciſ. 265. nu. 2. ait Iacob. Gal-
lus, d. conſ. 59. num. 4. dicens quòd etiam
priuaretur hominum commercio tamquā
fidem fallens, quod grauiſſimum eſt in Re-
gibus, vt poſt Bald. conſil. 343. col. 1. vol. 1.
Decian. conſ. 25. num. 35. lib. 1. Surd. conſil.
419. num. 47. lib. 3. item quia contractus
ſunt de iure gentium, quod eſt immutabi-
le, cum Rex ligetur dictamine rationis, &
aliàs ſi poſſet reſilire à contractu, eſſet de-
terioris conditionis quàm cæteri, idem
Surd. poſt Bald. & Decian. num. ſuo 55.
7 quia Rex debet eſſe ſicuti † lapis angula-
ris in ędificio, & polus in cælo, vt per Bal.
conſ. 327. col. 2. vol. 1. quem refert, & ſequi-
tur Peregr. in tract. de iure fiſci, lib. 1. in tit.
habentes iura fiſci, num. 19. Surd. d. conſil.
419. ſub num. 46 lib. 3 ſtante quòd contra-
ctus de ſui natura ſunt irreuocabiles, in
pupillo ſolam eſt hoc licitum, non autem
in Rege maiori, ſed ſemper ciuiliter rema
net obligatus, & ſicuti in conſtantia eſt dā-
nata perſonis multo magis in Rege eſt vi-
tuperanda, ne detur materia diffidendi, &
læderetur publica vtilitas, multa cumulat
poſt Roll. Menocch. Molin. Butr. Rebuff.
Gregor. Lopez, Mart. Laud. Red. Caſſiod.
Burgoz de Paz, Palaz. Rub. & mille Val.
Velazq. cōſ. 2. quaſi per totū, & cōſ. 93. n. 7.
8 cū ſeqq. dū ipſi cōtractus † dicātur habere
naturā bonæ fidei, ex Bald. in capit. 1. §. ſi
qua Alexandr. in cap. 1. de nat. feud. Goza-
din. Cremenſ. & Alex. ait Iacob. Gallus,
conſ. 3. nu. 13. vbi quod magis in principe
exuberare debet, & per Iaſon in §. a-
ctionum, col. 1. inſtit. de action. & ita
de ipſo Rege dici debet, quod ſcrip-
9 ſi, ſcripſi † & vnam linguam habere,
vt recordor ſcripſiſſe in capit. 24. Regis
Martini, num. 5. Dec. conſil. 580. nu. 5. poſt
Bald. & ne ſit labium mendax, vt ex Pro-
uerb. cap. 16. Chaſſan. in cathal. gloriæ mū-
di. part. 5. conſider. 4. ait Iacob. Gallus, cō-
ſil. 2. nu. 12. Bald. Peregrin. & alij per Surd.
d. conſ. 419. d. num. 46. eſt quippe inſolitum
10 † vt Rex veniat contra pactum ſuum, ex
quo hoc ſit de ipſo iure naturali primæuo,
quod difficilius diſſolui poteſt, pulchrè Ia-
cob. Gallus, d. conſ. 59. num. 2. vbi ait quòd
non eſt decens, neque honeſtum, imo ve-
recundum foret, vt Princeps ſuos proprios
contractus irritaret, & quod ab eo, vel ab
eius Miniſtris factum reperitur, annullare
nitetur, & ibi loquitur, eſto quòd Rex
fuiſſet læſus, vt tango infra in xj. limitatio-
* ne in omnibus prædictis eſt com. * opin.
& ita pluries de ea teſtatur Petrus Anton.
à Petra in tract. de poteſt. Princip. tit. du-
bitatio ſecunda principalis, num 56. 57. 58.
59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.
Curt. Iun. in l. 1. num. 11. ff. quod quiſque iu-
ris, Dec. conſ. 286. num. 7. Iaſon conſ. 145. in
princ. vol. 2. Rubeus, conſ. 154. nu. 7. Pariſ.
conſ. 5. num. 54. vol. 1. Cyn. in l. digna vox,
C. de legib. Zaſ. conſ. 15. nu. 139. cum ſeqq.
vol. 1. & conſ. x. num. 27. vol. 2. & conſil. 14.
num. 32. lib. 1. & conſ. 1. num. 20. vol. 2. Bal.
conſil. 279. part. 3. Iaſon conſil. 112. vol. 1. &
conſ. 227. col. 5. & cōſ 233. vol. 2. Curt. Iun.
cōſ. 6. per tot. Fælin. & multi, Lucas de Pē-
na, in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. xj.
idem Bald. in l. fin. C. de donat. Cardinal.
Alexandr. in cap. 1. de natur. feudi, Goza-

din.conſ.5.num 42.idem Pariſ conſ.82.nu.
48.cum ſeqq. vol.1. Mandoſ. ſuper regul.
cancellar.Iulij III.regula 13.Syluan. conſ.
34.nu.22.vol.1.Alciat.in reg.3.præſump.8.
n.6.& 7.de præſump. & multa cumulauit
ipſe Apetra vſq.ad n.100.Tuſch in concl.
680.ver.Princ.to.6.Valèz. Velaz.loc.cit.
Maximè quando ageretur cum non
11 ſubditis † quibus vnà ſemel eſt cum eis cō-
tractatio eſt facta per Regē, nō poteſt fie-
ri reuocatio,etiam ſi de abſoluta poteſtate
faceret, & ex cauſa,præiudicare enim iu-
ri ipſius tertij diceretur,quod eſſe non de-
bet per vllum,vt vidimus in deciſ.M.R.C.
42.num.16.& deciſ.100.ſub nu. 31. & pul-
chrius in cap. Regni 418. Regis Alphonſ.
num.20.cum ſeqq.tom.5. & per text. in
Clem.paſtoralis,de re iudic Natta conſil.
47.num.6.Alex.d.conſ.79.in fine,vol.7.Ca-
ſtrenſ.in l.reſcripta, num. 3. C. de precib.
imper.offer.Roman.conſ 436.Pariſ.d.con
ſil.1.num.110.vol.1.Fælin.& Dec.in capit.
quæ in Eccleſiarum,num.30.& 27.de con-
ſtit.Soccin.conſ.164.nu.9.vol.2.Curt. Iun.
conſ.20.num.14.Bald.Anton. de Butr. &
alij ab ipſo Petra citati,nu.162. cum ſeqq.
Alciat.de præſumpt.d. regul. 3. ead. præ-
ſumpt.8.num.20.& conſ.203.nu.20.Etiam
ſi contractatio eſſet facta per Regem ip-
12 ſum cum infideli † quia reuocari non po-
teſt,argum.eorum,quæ vidimus ſupra in
cap.13.& 14 vbi ſi Rex conceſſerit eis ſal-
uum conductum, & guidaticum iſtuc ve-
niendi, & mercimoniandi in Regno, &
ſimiliter,debet pacta ſeruare, & ſeruari fa-
cere ſub pœna atrociſſima quoad contra-
uenientes,Abb Fælin.& alij in d.cap. quæ
in Eccleſiarum, de conſtit. Capic. deciſ.
166.num.3. Caſtrenſ conſ.317. Viſo, part.
2.Alex.conſil.101. num. 7.vol.1
Ideoque inferunt DD.in hoc propoſito,
13 quòd ſtatuta,ſiue priuilegia † immunita-
tum conceſſa venientibus ad habitandum
in tali loco,argum.eorum,quæ in propo-
ſito dixi ſupra in cap. 22. num. 59. cum ibi
apportatis ad Regias ſanctiones pragma-
ticales,non poſſunt per ipſos Reges reuo-
cari in præiudicium illorum, qui venerūt
ad habitandum(faciunt,quæ dico infra li-
mit. 3.verſic.infero ex hoc) poſt Bart. in l.
omnes populi,quæſt.3.in princ.ff.de iuſtit.
& iur.Alex.d.conſ.101.nu.7.vol.1.& conſ.
216.num.18.vol.2.Anton.de Butr. Cardi-
nal.Imol.& cæteri,& per Fælin.in capit.
nouit,de iudic.Gozadin.d.conſ.5.nu. 11.
Gemin.in cap.1.col.4.de cōſtit.in 6.idem
14 Apetra,num.172.cum ſeqq.vbi † quòd tūc
reuocari poteſt, quando v.g.non ſubditus
deſijſſet venire ad habitandum.ex Aff. vbi
ſupra,nu.10.Fæl.in eod.cap.1.col.2.de pro-
15 bationib.vel quando † immunitas include-
ret caſum publicæ vtilitati contrariū, vt
per Bald.in l.iubemus nullam,C.de ſacroſ.
eccl.& cōſ.406.col.1.& 2.vol.5.Tiraquell.
in tract.de pœnis temperandis, cauſa 33.
per totam, cum concordantib. per Surd.
conſ.313. num.97. vol. 3. vbi exemplificat

temporib. belli,& peſtis, quia ſilent priui-
legia,ex Ripa,& alijs,late Dom. Carolus
Tapia,deciſ.8. num.5.
Multoque fortius,quando Rex contra-
16 xiſſet ſub nomine dignitatis † vel nomine
Regni,vt poſt Bald.in d.l.digna vox, in fi-
ne,C.de legib.Iaſ.in conſ.10.num. 2.libr.3.
Aff.in conſtit. Regni, ea, quæ ad decus,
Abb.in d. c.1.de probat.vbi Dec.nu.7 cum
concordantib.ait idem Apetra, num.190.
quod reuocari non poſſunt, quaſi ac non
ſubijciatur alicui inualiditati, ſicut dicitur
17 de donatione facta † a Rege filijs, non ex-
preſſa Regia authoritate, ſed ſubijciatur
inualiditati donationis alioquin factæ à
patre in poteſtate,vt per Bald.in capit.1.
§.item ſacramenta,num.19.de pac.iur.fir-
mat.Alex.in l.centurio.num.26. ff.de vul-
gar.& pupillar.& conſ.21.num.6.vol.7.Ia-
cob.Galius, conſ. 4.num. 24.
Et in puncto,de quo loquimur de capitu
lis Regni,& ſtatutis, ſiue conuentionibus
factis cum Prouincijs,ita ſcripſit Bald.in
l.fin.in fine, C.de tranſact. de quo per ip-
18 ſum de Petra,num.94 vbi quòd pacta † &
capitula,quæ facit Rex cum aliquibus Ci-
uitatibus,tenetur ea ſeruare,Fæl.in d.cap.
1.in princ.de probat.idem Bal.in d.l. di-
gna vox,in fine,C.de leg b.Iaſon conſ. 10.
num.1.vol,3. Afflic deciſ 361.num.9. & de
* com.* opin.teſtatur ipſe Apetra,quicquid
ſibi contrarius ipſe Iaſon conſuluerit in
conſil.227.vol.2 Soccin. conſ.4. vol. 3. qui
conſuluerunt Duci Subaudiæ contra quā-
dam communitatem, cui ipſe promiſerat
non infeudare alicui, quia eorum opinio
reprobatur, & cum prima opinione per-
tranſijt idemmet Iaſon cōſ.86. num.8.vol.
3.quem refert, & ſequitur ipſe Apetra, d.
num.94.& 95.vbi mentionē fecit de qua-
dam conceſſione, & de capitulis ſignatis,
& conceſſis per Summum Pontificem
Caſtro Lonzani,inter quæ capitula conti
nebatur, quòd Vniuerſitas non ſit alicui
ſubiecta,ſed iuriſdictionem,merū,& mix-
tum imperium habeat, & quod non poſſit
reuocari,etiam expreſſe,adhuc de plenitu
dine poteſtatis per ipſum concedentem,
ex Gozadin conſ.62.num.19. Corn. conſ.
7.vol.1. vbi loquitur de communitate Flo-
rentiæ,Ferdinand.Loazius pulchrè in cō-
ſil.facto ſuper oppido Mulæ,in prima du-
bitatione,in 5.fundamento,& num.17.&
19 28.qui dicit † quòd ſi Rex promiſit non
alienare Ciuitatem,nec terram, aut quid
dicatur ibi (*& aliquæ per Officiales Re-*
87 *gios impeditæ*) non intelligas † quòd ipſi
habeant poteſtatem ex cauſa reu candi
gratias,ſed intelligitur,quando eis eſſet cõ-
miſſum ſpecialiter, ex quo ipſi ſunt merè
officiales,& Miniſtri,& ita poſt Bart. in
d.l.toties,eod. in §.ſi cui,ait Dec.conſ. 551.
num.7.Gozadin.conſ.5.num.13. Fælin.&
alij relati per ipſum de Petra,,num.14.

Infero ex hoc, vt ex iſta ratione ex cau-
86 ſa,poſſint vniuerſitates † Ciuitates,& ter-
ræ concedere & aliquando adimere gen-
tibus illam Ciuilitatem, de qua loquutus
ſum ſupra in capit. 22. num. 91. cum
ibi citatis,& ex qua oritur immunitas ipſis
Ciuibus,non habito reſpectu, ſi hoc fiat in
præiudicium cæterorum, qui v. g. recuſa-
rent,ne fiant, neuè concedantur tot priui-
legia Ciuilitatum, vel quid ſimile venien-
do de nouo ad habitandum, ex traditis per
Antibolum in tract. de munerib. parte 3.
num.32.qui dicit non poſſe Reges, nec a-
lios inferiores concedere immunitatem
alicui,etiam ſubdito in præiudicium alio-
rum, eſt verum quòd quoad non ſubditos,
videantur quæ dixi ſupra in verſic. ad ſi-
militudinem, ibi maximè quando agere-
tur cum non ſubditis,&c. augetur enim ex
hoc onus ipſis, quòd illi admictantur, per
text.& ibi Luc.de Penna,in l.vacuatis,C.
de Decurion.lib.x.l.immunitatem, C.de
agricol. & cenſit. lib. xj. & iuſta cauſa
ſubeſſet, ſubdit ipſe Luc. de Penn. quando
v.g.ille,cui immunitas talis concederetur,
eſſet adeo vtilis Reipublicæ, vt eius indu-

Digitized by Google

ſtria plus afferret commodi, quàm ſi eſſet
alias opulentus, quia indiget potius ipſa
Reſpublica hominum adiectione, quã di-
uitijs, coita poſt Ruyn. cõſ. 217. vol. 1. & per
tex. in l. ſi v ta, ff. pro ſoc. ſubdit ipſe Apet.
n. 8. & 9. & ſeq. vide tamẽ in hoc ſupr. in c.
53. in 3 not. Reg. Iacob. n. 41. cũ ſeqq. tom. 1.

Limita quarto poſſe per Regem reuo-
care gratias, & conceſſiones, & omnia,
quãdo iuriſdictioni ſuę Regię valde detra
87 heret † promiſſũ, vt ſcilicet quod pro emi-
ſiſſet, fuiſſet illicitum, aut in præiudicium
honoris, & dignitatis ſuæ, vt tangit ipſe
Apetra, num. 99. & num. 152. qui exemplifi-
cat de S. Pontifice promictente aliquid dũ
eſt in conclaui ante electionem, v. g. de nõ
creando Cardinales, vel quid ſimile, ex
Abb. in cap ſicut noſtris, de iureiur. Curt,
Iun. conſ. 142. num. 4. & ſeq. Grammat. vo-
to 28. num. 16. & ſeq. & per ea, quæ dicunt
Canoniſt. in c. vbi maius, §. cæterũ, de elec.
in 6. vbi ꝙ pactio omnis, & cõuẽtio prohi-
betur, hoc cõclauis tẽpore, tetigit Cardin.
Tuſch. in pract concl. iuris, verb. elect. con
cluſ. 58. tom. 3 & per ea, quæ ſtatuit conſil.
Lugdunenſe à Pio IIII. ann. 1563. & tactũ
eſt infra num. 92. Fælin. in d cap. 1. de pro-
bat, idem Apetra, num. 205. & melius per
eundem Apetra in d. quæſt. 24. ſui tract. de
poteſt. principis, nu. 250. fol. meo 130 quod
quando Rex concedit aliquid, quod eſſet
plurimum præiudiciale authoritati, & di-
gnitati ipſius, tunc poteſt ad libitum reuo-
care, vt de priuilegijs habuimus ſupra ſub
num. 73. in verſic. dicam tamen, & ita poſt
Iſern. in cap. Imperialem, col 2. de prohib.
feudi alieni, per Fideric. Grammat. conſil.
24 num. 14. & ſeq. in ciuilib. exemplificat
ipſe Apetra, caſu, quo v. g. Rex conceſſiſſet
Baronibus ſuis, vt in caſu denegatæ, vel re-
tardatæ iuſtitiæ, non poſſet ab eis cauſas
auocare, nec reſcribi, vt Iuſtitiam faciant,
quaſi hoc nõ tenet, ex his, quę ſcripſi, ſupr.
in capit 15. num. 5. cum ibi citatis.

¶ Aut ſi v. g. totum illud, quod conceſ-
ſum eſſet per Regem contineret materiã
pertinentem ad omnimodam, & plenam
diſpoſitionem ipſius Regis, exempli gratia
ſi contineret conceſſionem gratioſorum
iuriſdicionalium, quia hæc obligatio non
tenet, & poteſt per principem reuocari,
etiam ſine cauſa, vt de priuilegio ſimiliter
conceſſo tetigi ſupra ſub d. verſic. dicam
tamen ſub num 72. & 73. Bald. in d. l. qui ſe
patris, C. vnde liberi, Cardinal. in cap. per-
pendimus, num. 7 de ſent. excommunicat.
Ioann de Turrecremat. in d. cap. conque-
ſtus, num. 4. & 9. quæſt 3. cum ſimilibus ab
ipſo Apetra, num. 251. d. quæſt. 24. eod. folio
meo 130. col. 2.

Limito quinto ſecus eſſe quando con-
88 ceſſio † vel decretum, vel priuilegium fa-
ctum cum ſubdito non tranſiuiſſet in con-
tractum, quia tunc verum eſt poſſe per
Regem reuocari, ex cauſa, quia non habet
tũc vim contractus, gloſſ. in cap. decet, de
regul. iur. in 6. Anton. Apetra, num. 104. &
ſeq. & Fælin. qui allegat concordantiam
in d. cap. 1. num 2. de probat. Iaſon conſil.
233. col. 6. vol. 2. & conſ. 86. vol. 3 Abb. in
d. cap. in noſtra de iureiur. num. 5.

Sexto limito poſſe Regem reuocare cõ-
ceſſa, quando v. g. concurreret totum par-
89 lamentum, vel maior pars † quia tunc re-
uocatio cenſeretur facta per omnes, vt
poſt Bart. in l. Ciuitas, num. 2. ff. ſi cert. pet.
Alex. conſ. 101. vol. 1. gloſſ. in rubr. C. quæ
ſit longa conſuetudo ait de Petra, nu. 107.
& dictũ eſt ſupr. in cap. xj. ampl. 2. per totã.

Septimo limitatur quãdo reuocatio eſ-
ſet facta ſecundum naturam contractus
90 † quaſi tunc poſſit per Regem fieri reuo-
catio, vt ex Bal. in ead. l. qui ſe patris, n. 14.
C. vnde liberi, vel ſi eſſemus in appoſitio-
ne conditionis pacti, non poſt l. d ante
tranſlationem dominij factam, quia tunc
non venit contra contractum celebratũ,
ſed determinat quòd in contractibus cele-
brandis, vult hanc conditionem adimple-
ri, vel vt ait Bald. in l. fin. in 1. lectione, ff. de
ſenator. poteſt Rex facta conceſſione, &
tranſlatione, apponi per eum cõditio cõ-
tractui, non ex vi contractus, ſed ex vi le-
gis, Apetra, num. 144.

Octauo limitatur, niſi eſſemus in reuo-
catione cõtractus facti per Regem præde-
ceſſorem, quia poteſt ſucceſſor ex cauſa
91 reuocare conceſſa † licet non poſſit hoc fa-
cere contractu per ſe facto per cap. Ab-
bate ſane, §. pro altera, extra de re iud. ca-
pit. 1 de probat Luc. de Penna in d l. fin. n.
72. C. de locat. præd ior. ciu. lib. xj. vbi quod
facilius poteſt alieno facto contraueniri,
quam proprio, cap. diuerſis fallacijs de cle
ric. coniug. Caſtrenſ conſ. 229. Viſis, & pon-
deratis, num. 2. part. 1. Apetra, num. 145
quamuis realiter ſatis dubito in hoc.

Nono limitant DD. ſecus eſſe quando
92 Princeps † conceſſit aliquid alicui tempo-
re ſuæ creationis, & in ipſa creatione, vt
dixi ſupra in 4. limit.

Decimo limita non procedere quo ad
93 ius de futuro † ſed tantum quo ad iura ex
præterito, quaſi ac Rex poſſit ſuam con-
ceſſionem reuocare pro d. tempore futu-
ro, vt poſt Bald. conſ. 229. Viſis in fine, lib.
1. & in l fin in prima lectura in princ. ff.
de Senator. ait de Petra, ſub num. 170. &
exemplificamus in priuilegijs conceſſis,
quæ ad effectum non conſumatũ poſſunt
ex libera concedentis voluntate reuocari,
Cardinal. in d cap. perpendimus, nu. 7. de
ſent. excomm Innoc. in d. cap. in noſtra, de
iureiur. & in cap. cum ad monaſterium, de
Statu Monachor.

Vndecimo limito poſſe reuocari quan-
do dolus, & fraus interueniſſet ex parte
94 ſubditorum † vt poſt Bald. Iaſon. & alios
tetigit Apetra, num. 184. & tangunt DD.
v. g. quando Rex fuiſſet læſus, ita vt in Inte-
grum reſtituendus eſſet, vt memini dixiſſe
95 ſupra num. 74. & poteſt concedi vt † vo-
luit Didac. Couarr var. reſolut. cap. 3. nu.
13. Grãmat. in conſtit. Regni tit. de reſtit.

rci-

reſpubl.num.4.ex notatis in l.reſpublica,
C.ex quib.cauſſ.maior.& in l.Rempublicã
C.de iure reipub.lib.xj.Io:Faber, in §. rur-
ſus, col.pen. inſtit. de actionib. verſic. ſed
conſueuit quæri de fiſco, eſt verum quòd
idẽ Iacob.Gallus in d.cõſ.59.n.3.tenet hoc
caſu quod eſt verecundum reſcindere con-
tractũ,vt tetigi ſupra in principio ſub verſ.
ad ſimilitudinem, & videntur voluiſſe
Guid Pap.deciſ.340.Luc.de Penna,in l.cu-
bicularios,C,de Prę.ſacr.cubic. Zaſius,in
repet.d.l princeps,nu.6.ff.de legib. Alciat.
cõſ.181.nu.6.cũ hoc quidẽ,quòd ſi læſio re-
ſultaret circa rempubl.& circa ſtatum ip-
ſius Regis & Principis, tunc indifferenter
competit ipſa reſtitutio in integrum, alias
ſecus,vt videtur diſtinguere Sforza Oddus
in tract.de reſtit.in integr. part. 1. quæſt.
3.art.14.

Dudecimo limito aliter eſſe in conceſ-
96 ſione demanialium, ſiue Regalium † quæ
Rex non poteſt,neque per contractũ, nec
alio modo talia concedere Regalia in
præiudicium ſucceſſorum, quorum iura
nõ poteſt ſubuertere, nec etiam minuere,
quaſi cõcluſerint DD.quòd ea,ſuper qui-
bus contraxit Princeps,ſi non ſunt appro
bata de iure gentium,non valent, & poſ-
ſunt reuocari,vel quod ſint in commercio
noſtro de iure ipſo gẽtium, vnde fecit hãc
illationem Bald.in d. cap.1. de pace Con-
ſtant.& in d.l.digna vox, & in rubric.nu.
3.in quęſt.3.C.de contrah.empt.quòd hac
de cauſa eſt, vt dicta demanialia concedi
97 † per Regem,nec alienari poſſunt, vt la-
tiſſime ſcripſi ſupra in d.capit.9. Regis Ia-
cobi per totum, tom.1. & in capit.1.& 2.
Regis Martini,tom.3 & in cap.28. Regis
Federici,reſtrict.x tom.2.& ſupr.hoc prę-
ſenti to.6.in c.19.huius Regis,in quib.locis
ad latas habeas vidimus quod demanialia
alienari nõ poſſunt, & Rex ipſe poteſt ea
reuocare,non obſtante quauis conceſſio-
ne facta etiam in præiudicium ſui,ſi tamẽ
valdè lędat alienatio Regnum,vel ſtatum,
& damnificaret, quia ſi non ſcandelizat
Regnum, tenet in eius vita, & ſuperſede-
tur vſque ad nouum ſucceſſorem,ſi vtilitas
fortaſſis tantum ipſius reuocantis attende-
tur,vt per Caſtrenſ.d.conſ.70.col.4.cum
ſimilibus ab ipſo à Petra, num.233. cum
ſeqq.& latius reaſſumit idem Apetra loco
citato verſic. octauo declaratur, à num.
191.cum plurib.ſeqq. ex Luc.de Penna in
l contra publicam, C.de re milit.lib. x. A-
lex.conſ.1.n.28.vol. 5. vbi inferunt ad pla-
teas,theatra.& huiuſmodi,quaſi q; de iure
nõ valent,illę donationes,& alienationes,
& conſequenter reuocari poſſunt ex eod.
Luc.de Penn.in l.fin.num.9.C.de loc.præ-
dior.ciuil.lib.xj.idem Apetra, nu.194. 195.
196.& ſeq.quia tendant in præiudicium,
& dedecus, & magnam læſionem Regni,
& ſtatus ſui,& ita poſt Matth. de Affl.in
conſtit.Neapol.tit.7.de decimis, & in tit.
quæ ſint regalia dixit Ferrand. Vaſq. lib.
1.controuerſiar.d.quæſt. 5.num.23.& 25.
etiam ſi læſio enormis non eſſet, quia
melius,& conſultus,eſt non licere aliena-
re,vt ipſe ait per cap.expreſſum in d.cap.
intellecto,de iureiur. vbi Hoſtienſ. Ioann.
Andr.Innoc.Ant.de Butr. Abb. & cæteri,
& in d.cap.1.de probat.Cyn.Alberic.& a-
lij in d.l.digna vox,C.de legib & in l.bene
à Zenone,C.de quadr. præſcript. Oldrad.
conſ.74.Iſern.Speculat.Bald.& ſimiles ad
ducti ab ipſo Fernand.Vaſq. & ob id dici-
mus, vt ẽt nõ valeat alienatio per Regem
facta de vno oppido regali, quanto magis
de vrbe Regni,vt ex Bar.conſ.139.Ferdin.
Loazes,d.conſ.pro Marchlon.Velez idem
Ferd.Vaſq.in tract. de ſucceſſ. creation.§.
26.n.83.& in d.tract.de cõtrouerſ.eod.lib.
1.cap.3. vbi refutãdo illorũ opinionem di-
centiũ quòd valet alienatio demanialium
quando non in magnã, & enormẽ læſio-
nem Regni cederet, ſed in modicam tan-
tum, vt videbimus latè inferius, ſubdit
quod iſtorum opinio non poteſt eſſe vera
in omnibus Orbis principibus, nam iuri
alieno quiſquam,nec in minima partè lę-
dere poteſt, d. l. id quod noſtrum,vbi Ca-
gnol.& Dec.ff.de regul.iur.l.iure naturæ,
eod.tit l.nam hoc,ff.de cõdit indeb. ideo-
que,ſi reliquis non licet, pſis Regibus qui-
dem,qui ad ciuium vtilitatem, & tutelam
admiſſi ſunt, non ad vtilitatẽ regentiũ,lõ-
ge minus licere debet,cõſequẽter nõ valẽt
contractus facti, ex Iaſon.d. conſ 1.vol.1.
& conſ.11. vol.3. Caſtrẽſ.eod.conſ.70 par.
1.qui loquitur de certis terris alienatis,&
prouincijs Regni Poloniæ,Iſern.in cap.1.
quæ ſint regalia,Curt.Iun.conſ.1.num.17.
& conſ.157.num.10.Soccin.conſ.4.num.7.
vol.3.Io:de Anan. conſ.81.Bald.d.conſ.327.
lib.1.Grammat.conſ.28.num.14. vnde hac
etiam de cauſa concludunt DD. quòd li-
98 cet poſſit Rex † vendere libertatem ali-
cuius Ciuitatis,vt de Florentia,cui fuit fa-
cta libertas pro pretio ſex millium duca-
torum,vt dixi in proœm. capitulorum
Regis Federici,ſub num.49.tom.2.& ibidẽ
etiam dixi de Ciuitate Lucana,quæ fuit fa-
cta libera pro pretio duodecim millium
ducatorum per Rhodulphum Imperato-
rem approbante Honorio Pontifice,vt di-
xit Neuizan.conſ.86.num.9.Tuſchus,in
pract.concluſionibus iuris,verbo, Floren.
facta,concluſ.402. tom.3. Fæl.in cap.cum
non liceat col. pen. de iureiur. Dec. conſ.
357.Bald.in l.Barbarius in 2.lectura, num.
1.ff.de offic. prætor.exemplo fortaſſis eo-
rum,quæ leguntur in Hyſtorijs de Sylla
bellum gerente Mitridaticũ, qui nonnul-
las Ciuitates in Aſia accepta pecunia li-
bertate donauit,& approbauit Senatus e-
xemplo Quinti Flaminij Conſulis, qui vi-
cto Philippo Macedonum Rege, omnes
Græciæ Vrbes,conſentiente Senatu, libe-
ras eſſe iuſſit, vt ait Valer. Maxim. libr.4.
tit.de liberat. & per Gugliel.de Benedict.
in rep.cap.raynutius, verb duas habens
vxores,num.43.de teſtam.Fælin.& alij ab
ipſo Apetra citati tamẽ ſubdit idem Ape-

tra, num. 213. & 214. & 215. quod hoc non
eſt expediens Reipublicę prouinciam quã
libertate donare, ex Ciceron 3. officiorum
99 vbi dicit cauſam Venetiæ † & Galliæ
tranſpadanæ, quæ pariter petebant in Se-
natu quòd data pecunia liberæ eſſent, non
fuiſſe æquam, eſto Rex poſſit, ſi vellet vt
habes infra in concluſione priuilegij fol.
295. ibi (*atq. libertatis*) licet mox vt video ab
Imperatore obtinuerint priuilegiũ liberta-
tis, vt poſt Bart. in l hoſtes, ff. de capt. &
poſt lim. reuerſ. Alex. Caççial. Soccin. Fæ-
lin. Bald. & alios tradit idem Tuſch. ver-
bo, Venetorum laudes, tom. 8. concluſ. 70.
qui etiam libertatem habere dicit, eo quòd
ſit fundata in mari, ex Bald. in rubr. ff. de
rerum diuiſion. Iaſon. Alberic. Caſtrenſ.
& cæteris, quia Rex non eſt dominus,
100 † ſed adminiſtrator rerum principatus, nec
eſt dominus proprietatis, ſed potius officia-
lis, & maximus procurator, & cenſetur e-
lecta induſtria perſonæ, vt poſt Iſer. Theo-
dor Salicet & multos poſui ſupra in d. cap.
19. nu. 7. & iſtũ idẽ de Papa dixit Hyppol.
Riminal conſil. 601. num. 9. vol. 6. quod eſt
conſeruator Papalis Regni, & coronæ, &
ſucceſſor in diminutionib. non obligatur.
ideoque ſuo ingenio debet augere, non
autem diminuere dignitatem, DD. in
rubr. in proæm. digeſtorum, verbo, Augu-
ſtus, vbi Bald. num. 17. cum ſeq. Cardin. cõ-
ſil. 137. num. 8. læditur enim non ſolum
ipſe ſolus, ſed totum Regnum ex talib. alie-
nationibus, Bald. d. conſ. 327. num. 7. d. part.
1. idem Apetra, num. 221. vt enim tutela,
ſic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem
rerum, quę commiſſæ ſunt, non ad eorum,
quibus commiſſa eſt, gerenda eſt, vt ex
Platon. ait Cicero, lib. 1. Officiorũ, Ariſt 5.
ethicor. & 3. politicor. cap. 11. Boer. in tra-
ctat. de author. magni conſil. in 1. additio-
ne ad num. 131. Diuus Thom. in opuſculo
21. ad Duciſſam Barbantiæ, & ita Poſt
Bart. Luc de Penna, Alberic. de Roſat. Al-
phõſ. Guerrer. in theſauro Chriſtianæ re-
ligionis, cap. 54. nu. 1. ait Ferdinand. Vaſq.
in d. lib. 1. controuerſiar. capit. 1. col. 3 vbi
quod regnum non eſt propter reges,
nam adhoc Deus prouidit de eis, vt recte
gubernent, & vnumquemque in ſuo iure
conſeruent, poſſet tamẽ Rex quid modicũ
101 donare † & alienare, eſto demaniale eſſet,
ne miſerrima Regum conditio eſſet, &
quodammodo ſeruilis, vt poſt Corſett. in
tract. de poteſtat. Regia quæſt. 5. & 75. Ol-
drad. conſ. 94. in fine, Bart. in l. prohibere,
§. planè, ff. quod vi aut clam, per cap. Ab-
bate ſanè de re iud. in 6. Bald. conſil. 159.
col. 2. vol. 3. vel quando v. g. res demania-
les ipſæ dotarentur in dotem filiæ, quia
valet, vt poſt Alberic. de Roſat. in d. l.
proœm. digeſtorum, §. diſcipuli, col. 4. &
ſeq. qui dixit non diminui enormiter Re-
gnum ex hoc, & per Ioann. de Anan.
conſil. 81. qui loquitur de donatione
moderata à Duce Mediolani facta
de Vrbe Aſtenſi, quaſi quod non
induxerit diminutionem ſtatus magnam,
& ſcripſit Crauett. conſil. 404. num. 11.
Ruyn. conſil. 25. num. 16. vol. 2. Riminald.
Iun. d. conſ. 516. num. 40. & ſeq. lib. 5. & nu.
42. & 43. vbi ſimiliter dixit non eſſe in di-
minutionem ſtatus, quando dominium
dumtaxat vtile transfertur, aut quando
infeudatio fieret de ipſis rebus demaniali-
bus, remanente ipſo dominio directo pe-
nes regem, ex Alex. d. conſ. 1. col. 5. vol. 5.
Crauett. conſ. 402. num. 20. & 23. Calderin.
conſ. 3. Oldrad. conſ. 159. & latius poſui in
ſupradictis locis paulo ante citatis, & la-
tius eaſdem authoritates ad largam repi-
logando ſcripſit idem Riminald. iunior. d.
conſ. 601. à num. 1. cum plurib. ſeqq. tom. 6.
poſt Bertazzol. Natt. Cyn. Roll. à Valle
Neuizan. Iaſon. Soccin. Iun. Decian. & re-
liquos.
102 Decimo tertio limito † ſi vellet Rex iu-
riſdictionẽ ſuorũ tribunalium moderare,
quia poteſt, ideoque licet ſupra in capitul.
100. decretum ſit, vt non aboleantur offi-
cia Regni, nec diminuantur eorum ſala-
ria, & ſimiliter, attamen in reſpicientibus
iuriſdicionem Magiſtratuum, eorumque
ordinem, & ſtatum poteſt Rex hoc face-
re ex traditis per Dom. Carol. Tapia, in
d. deciſ. 5. num. 28. vbi dicit etiam quòd ius
tertij tolleretur, ex Alex. in l. gallus, §. &
quid ſi tantum, ff. del ber. & poſthum. Hie-
ron. Conſalu. ad Reg. Cancellar. 8. gloſſ. 64.
num. 3. & 4. Cardin. Seraphin. deciſ. 351.
num. 31. part. 19. cum ſimilib. quia vti de-
dit iuriſdicionem, ſic poteſt auferre, ex Fæ-
lin. in cap. cum olim, num. 6. de reſcript.
Rebuff. in l. quod iubſit in 2. notab. num.
23. ff. de re iudic. Anton. Gabriel concluſ.
1. de citationib. num. 504. ideoque, & tol-
lere, & moderare poteſt talẽ iuriſdicionẽ
ſui Magiſtratus, l. 2. ff. de origin. iur. Rodo-
riq. alleg. 12. num. 56. Rota deciſ. 297. num.
3 part. 2. Grammat. vot. 28. nu. 21. & ſeq.
Innoc. & alij, de quibus per Valenzuel. co-
ſil. 85. num. 7. 8. & 9. & ita poſt Cardinal.
Florent. & Imol. in cap. quia diligentia, de
elect. Alex. in ead. l. gallus, §. & quid ſi tan-
tum, num. 20. ff. deliber. & poſth. Soccin.
conſ. 17. part. 1. num. 38. cum concordan-
tibus, ait Riminald. Iun. conſil. 551. num.
22. vol. 5. & ſic finis huic vtili, & pulchro,
ac regali commento, ad gloriam Dei.

De exemptione præſentium Capitulorum à iure ſigilli, Cap. CVIII.

PLaceat Regiæ Maieſtati, præſentia capitula facere franca à quolibet iure, etiam ſigil-
li, excepto iure laborantium ¶ Placet Regiæ Maieſtati.

Mul-

Multa capitularia in hoc ſunt concordantia, & diſponentia, vt capitula Regni ſint exempta, & franca à quolibet expeditione ſigilli, videri poſſunt quæ dixi ſupra in capit. 378. Regis Alphonſi num. 10. tom. 5. & ſupra hoc tomo in cap. 88. fol. 229.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

TEnore igitur præſentis publici, atque authentici inſtrumenti, cunctis temporibus valituri, vimque, & efficaciam contractus, legiſque pactatæ; ſeu conuentionatæ perpetuò habituri de certa noſtra ſcientia, atque conſulto, præuiaque noſtri conſilij deliberatione digeſta, per nos, hæredes, & ſucceſſores noſtros quoſcumque præſentes pariter, & futuros, præinſerta omnia, & ſingula Capitula, iuxta reſponſiones tamen, decretationes, atque prouiſiones in fine vniuſcuiuſque eorum deſcriptas, pariter, & notatas, vobis ipſi Nobili Oratori, ſeu Ambaſciatori ſuperius nominato, totique Regno noſtro Siciliæ prædicto, illiuſque bracchijs, Eccleſiaſtico ſcilicet, militari, atque Regali, ſeu demaniali, vniuerſiſque incolis, ſeu habitatoribus Regni eiuſdem, præſentibus pariter, atq. futuris, in vim, & formam priuilegiorum, atque libertatum, legumque pactionatarum, nullo vnquam tempore irreuocabilium, concedimus, firmamus, atque iuramus; promittentes in noſtra bona fide Regia, vobis dicto Oratori, ſeu Ambaſciatori, præſenti, & acceptanti, totique Regno, & tribus bracchijs ſupradictis, ac etiam incolis eiuſdem, ſcilicet vniuerſaliter ſingulis, & ſingulariter vniuerſis, in poſſe dilecti Conſiliarij Notarij, & Secretarij noſtri, ſubſcripti, tamquam publicæ, & authenticæ perſonæ, pro vobis, & eis omnibus, quorum intereſt, & intereſſe poterit, legitimè ſtipulantis, ac etiam paciſcentis. Atque iurantes ad Dominum Deum, & ad eius ſancta quatuor euangelia noſtris manibus corporaliter tacta, prædicta omnia, & ſingula capitula, & vnumquodque illorum, iuxta tamen reſponſiones, decretationes, ſeu prouiſiones, in fine, ſeu pede vniuſcuiuſque eorum, vt præmittitur factas, ſingula ſingulis referendo per nos, hæredes, ſucceſſoreſque, & officiales noſtros quoſcumque, maximè Vicereges, Magiſtros Iuſtitiarios, Iudices Magnæ Curiæ, Admiratos, Magiſtros Portulanos, Cancellarios, Prothonotarios, Magiſtros rationales, Theſaurarios, Conſeruatores, Magiſtros Secretos, ſeu procuratores Ciuitatum, & terrarum, Straticotos, & Capitaneos, atque Pretores, Algozirios, cunctoſque alios Officiales, præſentes pariter, & futuros, ipſorumque Officialiũ, Locatenentes, ſeu ipſa officia exercentes, tenere, obſeruare, & in omnibus cuſtodire, & per nos, & vnumquemque eorum, ad quem ſpectat, teneri, cuſtodiri, & obſeruari inuiolabiliter facere, & minimè in aliquo contrafacere, vel venire, directè, vel indirectè, palam, vel occultè, quacumque ratione, vel cauſa, Nos enim pro abundantioris cautelæ ſuffragio, eis, & eorum cuilibet contrarium faciendi cunctam adimimus poteſtatem, irritumque, & inane decernimus, nulliuſque efficaciæ, ſeu valoris, ſi quid, & quicquid incontrarium fuerit attentatũ. Datum, & actum eſt hoc Barchinonæ, die quinto menſis Maij, vij. indicionis, Anno à Natiuitate Domini, 1474. Regnique noſtri Nauarræ, Anno quadrageſimo nono, aliorũ autè Regnorum noſtrorum, decimoſeptimo. IOANNES Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ. ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceritaniæ, qui prædicta laudamus, concedimus, firmamus, atque iuramus, huicque publico inſtrumento cõmune negotiorũ Siciliæ ſigillum in pendenti iuſſimus apponi. REX IOANNES. Teſtes ſunt, qui præmiſſis interfuerunt, Magnifici Guglielmus de Peralta generalis Theſaurarius, & Paulus Roſſellet, ſcriba portionis Regij Conſiliarij, & Ioannes Barone, locumtenens Magiſtri Secreti in Regno Siciliæ; ſignum Ioannis de Colonia, Sereniſſimi Domini Regis Secretarij, eiuſque authoritate per vniuerſam ſuæ Maieſtatis ditionem publici Notarij, qui prædictis vna cum teſtibus prænominatis, interfui, eaque de ſuæ Celſitudinis mandato ſcribi feci, & clauſi, Corrigitur autem in lineis prima, vbi legitur, inſtrumentorum ſeriem, in xiiij. videtur alibi in eadem, obſeruantiam defenſores, in xij. vt pro in xxj. practicandi, vt in xxxij. officij penitus, & in xxxxiiij. prædictorum deſtitutis, &c. Dominus Rex mandauit mihi Ioanni de Colonia, in cuius poſſe conceſſit, firmauit, & iurauit. Viſa per Guglielmum, Theſaurarium, & Conſeruatorem Siciliæ.

SVMMARIVM.

Rex iurans obſeruare priuilegia, & capitula non poteſt aduerſus ſuum iuramentum venire, & fidem ſub qua ſe aſtrinxit, nec frangere vim pacti, num. 1. & ſeq. maximè quando aliquid habuit, num. 3. & ſeq. fallit, num. 12. cum ſeqq.

Rex iurare ſolet ad ſancta quattuor Euangelia, ſicut Imperator, quando iurat fidelitatem papæ, & vaſſalli in iuramento fidelitatis, num. 2.

Iu-

Iuramentum ad ſacra quattuor Euangelia, & tactis ſcripturis eſt generale quoad omnes & quid ſi infideles ſic iurarent an teneantur obſeruare, ibid.

Priuilegia Rex ſeruare tenetur, quando habuit quid donatiui ab Vniuerſitatibus, quia habet commenſurationem cum re conceſſa, num. 3. & ſeq fa lit, num. 12. cum ſeqq.

Rex ſi accepit pecuniam à proſecutis, etiam iniuſtam, & remiſerit pœnam tenetur gratiam ſeruare, num. 4. & 5.

Gratia conceſſa à Rege per pecuniam valet, & quando, ibid.

Clauſula, de certa ſcientia operatur, vt facta Regum reuocari non poſsint, nec dubitari, & operatur diſpenſationem, & continet in ſe clauſulam, non obſtante, & nullus debet audiri, nec in dubium reuocari, num. ſeq. & perpetuum ſilentium imponi, & æquiparatur plenitudini poteſtatis, num. 8.

Clauſula non obſtante; æquipollet clauſulæ ex certa ſcientia, num. 7.

Priuilegia conceſſa per Regem cum conſilio procerum, & conſiliariorum non poſſunt reuocari, nec derogari per alia priuilegia, num. 9.

Secretarius Regis, & Principis dicitur conſiliarius, & ei credendum eſt, cuius ſcientia, eſt ſcientia Regis, ibid.

Rex debet eſſe conſtans, & non variabilis, ſed inflexibilis, num. 10. & ſi aliter faceret, præſumitur circumuentus, num. 11.

Priuilegium poteſt per Regem reuocari ab illis, qui eo abutuntur, num. 12.

Ambaſciatores perdunt dignitatem, & priuilegia, ſi in eis ſe malè geſſerint, & abuſi ſunt, ibid.

Priuilegia non ſunt inconſideratione tempore belli, & ob publicam vtilitatem, num. 13.

Immunitas conceſſa à collectis, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, an extendatur ad onera belli, & quando, ibid.

Capitula Regni ſunt iurata per Reges, & tranſierunt in vim contractus, & reuocari non poſſunt, aliàs omnes ſe retraherent à capitulizando, num. 14.

Rex ſolus tamquam leges faciens, ipſe etiam regulatur à Iuſtitia poli, & fori, & viuit ſecundum illas, num. 15.

Capitula Regni obſeruari debent per omnes Proreges, & Regni officiales, ibid.

Clauſula ſingula ſingulis referendo, quid importet, num. 16.

Regna tranſeunt ad primogenitos, num. 17. & ſeqq.

Siciliæ Regnum eſt hereditarium, num. 18. & olim fuit Eccleſiæ, & mox donatum per S. Pontificem Carolo IIII. num. 19. & vnitum per Regem Alphonſum cum Regno Neapolis, num. 19.

Neapolis Regnum eſt vnitum cum regno Siciliæ, & per quem, num. 19.

Rex contraueniens factis prædeceſſorum ſibi ipſi contrauenire videtur, num. 20.

Ambaſciatores Regni repreſentant totum regnũ, & tria bracchia, & poſſunt expedire omnia negotia ſibi commiſſa, & contrahere cum Rege tamquam Legati, Nuntij, & Oratores, nu. 21. cum ſeqq.

Ambaſciatores dicuntur habere mandatum generale, & ſpeciale, & procuratorium, num. 22.

Ambaſciatores multum honorantur etiam in eorum proprijs petitionibus, & conſequuntur dona à Regibus, gratias, priuilegia, titulos, dignitates, & quæ dona ſibi acquirant, & quæ non, num. 23. & ſeq.

Bartolus à Saxo ferrato fuit miſſus Ambaſciator à Ciuitate peruſina ad Carolum IIII. & obtinuit priuilegia Comitis palatini, & inſignia, num. 24.

Ambaſciatores in eundo, & redeundo non poſſunt moleſtari ciuiliter nec criminaliter, num. 25.

Ambaſciatores occidentes incurrunt crimen læſæ Maieſtatis, & quando, ibid.

Ambaſciatores conuenti habent ius reuocandi domum, & eorum forum vnde receſſerunt, num. 26.

VIDIMVS iam ſupra in cap. 107. cum
ibi citatis diffuſiſſimè non poſſe Re-
gem, neque vllum alium Principem pri-
uilegia à ſe conceſſa reuocare, à n. 54. vſq.
ad n. 73. per totũ, & inter alias ampliatio-
nes dixi in num. 64. tanto magis hoc pro-
cedere, quando Rex iurauit ea obſeruare,
vt hic legitur in præſenti concluſione, ibi
(*concedimus firmamus atque iuramus*) quia
1 illud operatur † effectum, vt nõ poſſit ad-
uerſus ſuum iuramentum, & fidem, ſub
qua ſe abſtrinxit, venire, nec pacti vim, at-
que ius frangere, vt voluerunt Crauett.
conſ. 241. & conſ. 460. num. 3. & conſ. 469.
num. 10. Hyppolit. de Riminald. conſ. 556.
num. 127. & 128. vol. 1. relatus per Surd.
quem citaui in d. nu. 64. qui eſto ipſe Surd.
dixerit quod Riminald. loquitur de quo-
cumque ordinario priuilegio mero, ac
& ſimplici quia hoc non dixit ipſe Rimi-
nald. ita expreſſe, ſed vera eſt doctrina
ipſius Surdi præſertim dicto iuramẽto in-
terueniente, ad Sancta Dei quattuor Euã-
2 gelia † vt hic, ibi (*ad Dominum Deum, & ad
eius ſancta quatuor Euangelia*) quo ſolent ſæ-
pe Reges vti vt alibi recordor poſuiſſe in
conſuet. panormi, cap. xj. ea ratione, quia
Reges Hyſpaniæ, tamquam vncti habent
ius tam Epiſtolam, quàm Euangelium, vt
Diaconi celebrandi vt de Alphonſo Re-
ge IIII. Aragoniæ ſcripſit Hieronymus
Zuuita lib. 7. cap. 1. & cap. 28. & 29. lib. 10.
& cap. 68. Gerib. lib. 26. cap. 1. & lib. 27. e-
tiam 1. & 4. Iacob. Valdeſius, in tract. de
dignitat. Regum, Regnorumque Hyſpa-
niæ, cap. 14. num. 11. 12. 13. & 14. vbi etiam
eſſe Canonicos in Eccleſia Legionenſi, &
Burgenſi, non quòd in vnctionem ordinẽ
diaconatus, nec ſubdiaconatus accipiant,
ex gloſſ. fin. in cap. Valentianus 63. diſtin.
Abb. & alij in cap. venerabilem, de ele-
ction. Caſtald de Imperat. quæſt. 21.
& quæſt. 29. ſed quia vſus, ſic eſt, &
cum

cum toto hoc me remicto ad Sanctã Ma-
trem Eccleſiam, & eſt de iure, vt ait
Bart. in l. qui per ſalutem in princ. ff de iu-
reiur. & Bald. in auth. ſacramẽta, C. ſi ad-
uerſus vendit, & ita ſolet iurare Impera-
tor, quando iurat fidelitatem Papæ, vt in
Clement. 1. § porro, vbi Cardinal. de iure-
iur. licet cõmune poteſt eſſe hoc iuramen-
tum ad omnes. vt in auth. Vt omn. obed. in
prouinc. §. 1. Imol. in cap. etſi Chriſtus. de
iureiur. eo, quia dicere ad ſacro ſancta
quattuor Euangelia, vel tactis corporali-
ter ſcripturis, vnum, & idem eſt in hac
materia iuramenti, lo: Andr. in cap. vt cir-
ca, de elect. in Nouella in 6. Bald. in mar-
garita, verb. iuramentum, Speculat. de iu-
ram. d. lat idem Bald in cap. 2. quid ſit in-
ueſtit. Alex. Fælin. Paul. de Caſtr. & alij per
Ioann. Bertacchin. in ſuo repertorio, ver-
bo, iuramentum fol. 136. col. 2. part. 3. nulli
enim poteſt denegari talis hæc forma iu-
randi per quattor euangelia, eſto per infi-
delem ſic præſtitum ſit, quia licet tale iu-
ramentum in eo non valeat, cogitur ta-
men illud ſeruare, d. c. etſi Chriſtus. de iu-
reiur. vbi Ioann. de Imola, & alij Canoni-
ſtæ, Bart. in prima conſtit. digeſtorum,
cum ſimilibus, de quibus habes in Cõſuet.
Pan. c. 15. n. 5. & 26 & in c. 67. Regis Feder.
num. 5. tom. 2. ſicuti vidimus ſupra in cap.
12. num. 75. hoc proprio modo iurare vaſ-
ſallos regios in præſtatione iuramenti fi-
delitatis ¶ Maximè quando ab vniuer-
ſitatibus prædictis, & ſic à toto Regno ali-
quid Rex lucratus fuit, & conſecutus ex
3 donatiuis † & oblationibus, & alijs, de qui-
bus diximus in d cap. 107. num. 62 quo ca-
ſu ſeruare irreuocabiliter priuilegia ipſa
tenetur, quia habent perpetuã commen-
ſurationem cum re concesſa, ſicuti poſt
Bald in l. qui ſe patris, num. 34. C. vnde li-
beri, Aret in cap. nouit num. 29. & 30. de
iudic. vbi Fælin. Alex. conſ. 215. num. 5. vol.
2. Natt. conſ. 511 num 8. & conſ. 657. num.
3. ſubdit ipſe Hyppol. Hyppolit. Rimin.
eod. conſ. 556. d. num. 127. Argumento, &
4 à ſimili quando Rex † vel Princeps recipit
pretium, vel pecuniam, eſto iniuſtã à pro-
ſecutis quia, vltra quòd cenſetur omne
peccatum & iniuriam remiſiſſe, non po-
terit gratiam, ſiue indultum reuocare, vt
recordor ſcripſiſſe in materia indulti la-
tiſſime in capit. 7. Regis Catholici Domini
noſtri Philippi II. fælicis memoriæ, ampl.
x. tom. 9. & in materia compoſitionis de-
lictorum ex aliquibus cauſis benè viſis Il-
luſtriſſimis Proregibus, ad quos ſpectat cõ-
ponere, ſcripſi latè ad Regias ſanctiones
Pragmaticales in tit. 68. de compoſitionib.
num. 6. 7. 8. & 18 cum ſeqq. tom. 1. ipſarum
pragmaticarum, & voluit Fab. a Mõtelco-
ne in pact. arbitr. quæſt. 7. vltim part. 5.
part princip. num. 1. cum ſeqq. & quæſt.
x. vbi quod nec eſt locus pœnitentiæ, ſi v. g.
Rex admiſit quempiam ad hanc talem
pœnam, & remiſerit, & ille feciſſet depo-
ſitum, vel aliter diſtribuiſſet ſuas pecunias,

& ita ex Farinat. Apetra, Parid. de Put.
Ghirland. Carauit. & alijs teſtatur Maſtr.
in ſuo tract. de indul. generali, cap. 35 n. 7.
8. 9. & ſeq. & memini etiam dixiſſe ſupra
in d. cap. 107. num. 43 vbi quòd non poteſt
5 Rex gratiam reuocare † etiam pecunia
accepta, vt voluerunt DD. in l. poſt diem,
ff. de leg. commiſſor. & in ſ. l. commiſſoriæ,
C. de pact. inter empt. & vendit. Roman.
conſ. 27. verſ quarto dubitatur Alex. conſ.
196. vol. 7. Corn. conſ. 110. prope finem, lib.
1. & conſ 40 col. 1. vol. 4. Decian. reſponſ.
25. num. 8 vol. 2. de quibus per Hypol. Ri-
minald conſ. 513. num. 82. vol. 5. ¶ Præ-
ſertim ex verbis prægnantibus per eundẽ
Regem hic ſtipulatis cum toto Regno, &
cum Ambaſciatoribus ipſius, de quib par-
ticulariter videbimus inferius in verſ. eo-
que magis, quibus promiſit in bona fide
Regia, quod tantum eſt dicere ſub verbo
regio, perfecta eſſe, vt poſt Surd. Gabriel.
Ant. Xibecc. Affl. & alios poſui in capit. 36.
Regis Alphonſi, num. 4. & ibi in nouiſſimis
Adnotationibus littera B. tom. 4. dicta pri-
uilegia conſeruare hic ibi (*promittentes in
noſtra bona fide, &c*) vt ait idem Riminald.
vbi ſupra, quia ſe ex illis omnimodo ſe a-
ſtrinxit, ex quo omnia fecit de ſua certa
ſcientia, vt ſubdit hic, ibi, (*de noſtra ſcientia*)
6 quaſi ac dum de dicta certa ſcientia † fa-
ctum eſt quid cum Rege, reuocari nõ po-
teſt, nec dubitetur de facto, & geſto per
eum, vt de tali virtute importare dictam
clauſulam vidimus poſt Grat. Grammat.
& Portium in Conſuet. Panhormi, cap. 18.
num. 34. & in noua declaratione ad con-
ſuet. 26. fol. 248. num. 56. & infra in cap. 64.
Regis Catholici Ferdinandi, verſic. quod
peius, tom. 7. vbi dixi operari etiam diſpẽ-
ſationem, ex Fælin. in cap. cum inter, ex tr.
de except & in cap. ſuper litteris, in 7. re-
gul. de reſcript quia hoc operatur dicta
clauſula, ex certa ſcientia, etiam ſi non di-
cat, cum clauſula, non obſtante, etenim illi
7 æquipollet † eiuſque vim habet ac ſi de
plenitudine poteſtatis, vt poſt Nicolaum
de Neapol. Bar. Bald. Innoc. Barbat. Alex.
Fælin Rot. Roman. & multos congerit
Ioann. Bertachin. in ſuo repertor. verbo,
clauſula fol. meo 320. col. 3. & 4. par. 1. ex
gloſſ. in l. 2 & ibi Raph. Fulg. & Salicet. C.
de precib. imper. offerend. Gugliel. de Per-
no in ſuo tractatello de principe, col. 5. Bar
tol. in l. non ſolum, §. ſunt & autem, ff de
excuſat tutor. DD in l. fin. C. ſi contra ius,
vel vtilit. publ. Bal. in prælud. feudor. quaſt.
13 cum concordantib. per eundem Petrũ
adductis, vbi ſubdit quòd nullus debet au-
diri cõtra id, quod facit Rex, & Princeps
ex certa ſcientia, ex eod. Bald. in tit. de pa-
ce Conſtant. verſ. libellorum, addo eundẽ
Riminald conſ. 655. num. 7. & 8. ſubdens i-
dem Bald. in l fin. C. ſententiam reſcindi non
poſſe, quòd quando Rex narrat totum fa-
ctum ſecundum veritatem, certum eſt,
quòd reſcribit, ex certa ſcientia & conſul-
to vt hic ibi (*atque conſulto*) nec eſt neceſſa-
ria

Digitized by Google

ria tunc illa clauſula, non obſtante, quem
ſequitur Pernus, vbi ſupra, & per Alex. cõ-
ſil. 72. lib. 2. Iaſon in l. paulus, ff. de ſtatu ho-
min. Additio ad Bartol. in d. §. ſunt, & alij,
præſuppoſita enim dicta clauſula, non
poteſt quicquam in dubium reuocari cir-
ca facta, & conceſſa per Regem, vt voluit
Bart. in l. conficiuntur, ff. de iure codicillor.
& conſ. 196. Ciuitati Camerini, Oldrad. cõ-
ſil. 257. Bald. in d. cap 1. §. ſi quis autem de
pac. Conſtant. & per eundem Riminald. d.
conſ. 655. locis citatis, qui dicit idem vt nul
lus debeat audiri contra id, quod fecit Rex
ex dicta conſcientia, quinimmo repelli,
8 perpetuumque † imponi ſilentium, vt poſt
Dec. conſ. 191. num. 3. & conſ. 269. num. 29.
idem Riminald. conſ. 13. num. 15. vol. 1. De-
cian. reſponſ. 18. num. 269 vol. 1. Et rurſus
cum præuia ſui ſacri Conſilij deliberatio-
ne digeſta, ibi (*præuiaque noſtri concilij, &c.*)
& per tradita ab eodem Riminald. conſil.
540 num. 94 d. vol. 5. qui ait quòd quoties
9 Rex † cõceſſit priuilegia, vel aliquid aliud
ſimile cum conſenſu, & conſilio Principũ,
Baronum, & procerum apud ſuam Maie-
ſtatem exiſtentium, nihil operarentur alia
cætera priuilegia, & conceſſiones, & gra-
tiæ in contrarium obtemptę, nec derogari
poſſent prima maxime ſubſcripta cũ ma-
nu Secretarij ſui Conſiliarij, vt hic, ibi (*con-
ſiliarij, Notarij, & Secretarij noſtri*) cui credẽ-
dum eſt, ſtante quòd ſcientia ipſius eſt
ſcientia Regis, vt poſt Bart. Butr. Sarmient.
Crauett. Tiraquell Couarr. Innoc. Rotam
Romanam, & alios tradit Valenzuel. con-
ſil 4. num. 127. per notata ab Archidiacono
in cap. 1. de conſtit. in 6. ratione quia illud,
quod plurimum conſenſu fit, maiori au-
thoritate dicitur roborari, per cap. prudẽ-
tiam, de offic. delegat. Roman. pulchrè cõ-
ſil. 436. num 12. & ita poſt Bald. & cæteros,
& Oldrad. conſ 366 & conſ. 328. Decian.
reſp. 8 num. 149. lib. 1. concludentes, quòd
quando priuilegia ſunt conceſſa cum di-
cto conſenſu, & interuentu, dicuntur cor-
roborata tot procerum authoritate, &
conſequenter ad inſtar rerum conſiliariũ
debent firma remanere. nec illis vnquam
derogare ne aliter ipſi Regi impingi, ac
10 notari poſſet de inconſtantia † & varia-
bili, quæ aliena ab eo ſunt, vt tetigi ſupra
in d. cap. 107. ſub num. 7. vbi licet in hoc nil
allegauerim, cito, & adduco modo Bald.
in d. conſ. 279. vol. 3. Curt. Iun. conſil. 170.
Cæphal conſ. 168. num. 45. Rolland. à Val-
le conſ. 18. num. 57. vol. 3. Boſſ. in tract. de
Principe, num. 19. cum pluribus citatis, &
ad Regem cõuenientibus adductis per Se-
natum Pedamont. in proæm. eius deciſio-
num, col. 2. & de quibus omnibus ſcr pſit
Riminald. Iunior. conſ 203. num. 19. vol. 2.
& num. 20. vbi ſubdit, quinimmo debere
11 eſſe Regem ipſum inflexibilem † & con-
ſtantem, aliterque, ſi reuocaret, & actus
contrarios geſſerit potius præſumeretur
circumuentus quam alias, ex eod. Bald. vbi
ſupra, Abbat. in cap. cum olim, de re iudic.
Cardinal. conſ. 137. Riminald. Senior con-
ſil. 68. col. fin.

Niſi in illis ſpecialibus, & quam plu ri-
bus caſibus, quos congeſſi ſupra in d. cap.
107. ſub num. 73. in quibus diſceditur à di-
ctis priuilegiorum conceſſionibus, & in
12 illis, qui abutuntur dictis priuilegijs † vt i-
bidem, ibi, vel quando illi, &c. ad ſimilitu-
dinem earum prærogatiuarum, quas ha-
bent Ambaſciatores ex multis priuilegijs,
ac dignitatibus ſibi collatis, quia, etſi in-
ter alia videamus, quòd eos offendentes
incidant crimen læſæ Maieſtatis, vt demõ-
ſtrabo infra ſub d. verſic. eoque magis, at-
tamẽ quando ipſi abutuntur tali dignita-
te, & perfidè, & inhoneſtè in eorum offi-
cijs ſe geſſerant, perdunt eam, & cum om-
nibus priuilegijs annexis, ex quo dignitas,
& officium non tuetur eum, qui illo abu-
titur, vt poſt Decian. in tract. criminum,
lib. 7. cap. 5. num. 17. per l. iudices, C. de di-
gnitat. lib. 12. & l. quoties, ead. tit. ait Fari-
naz in tract. de crimine læſæ Maieſtatis,
quæſt. 112. inſpect. 3. num. 174. ſuæ praxis
criminalis partis ſecundæ, tom. 2. ſicut de
13 tempore belli † v.g. aut de onere milita-
ri, loquor extraordinario, à quo nulli ſe
excuſare poſſunt ratione priuilegij prop-
ter neceſſitates imminentes ob guerras, &
bella, ratione quia publica vtilitas eſt cui-
libet priuilegio præferenda, vt poſt text in
l. iubemus, vbi Bald. in 1. notab. C. de Sa-
croſ. Eccleſ. Cyn. Dyn. Alberic. Seccin. A-
lex. Iaſon. & Rip. in l. ſi ex toto, ff. de legat.
1. ait Riminald. conſ 258. num 16. & 17. lib.
3. dicens, quòd ſi eſt conceſſa immunitas,
vel priuilegium alicui ab oneribus & colle-
ctis ordinarijs, & extraordinarijs ſolitis, &
inſolitis, non extenditur ad onera etiam
ratione belli imponenda, niſi id in ſpecie
eſſet dictum, ex Thom. Parpalia in l. pla-
cet, col. fin. verſic. item debitis, C. eod. tit.
de ſacroſ. eccleſ Iaſon, & Ripa in d. l. ſi ex
toto, Plott. in l. ſi quando, num. 17. C. vnde
vi, Pedamõt. deciſ 39 col. 1. Rolland. à Val-
* le, conſ. 79. nu. 17. vol. 1 & eſſe com.* opin.
ſubdit ipſe Riminald. num. 18.

Reſtat igitur concludere, vt omnia Ca-
14 pitula Regni † ſint confirma à Rege, nec
poſſint reuocari, tamquam conceſſa in
vim, & formam dictorum priuilegiorum,
atque libertatum, legumque pactionata-
rum, vt hic ibi (*in vim, & formam priuilegio-
rum, atque libertatum, legumque pactionatarum*)
& eſt illud, quod in indiuiduo capitulorũ
initorum per Regem cum Communitati-
bus, & vniuerſitatibus, vt eadem obſerua-
re debeat, ſtante quòd tranſierunt in vim
contractus, vt hic, & ſupra in d. cap. 107.
vbi ſcripſi, num. 53. & 68. & dixerunt Bald.
in l. donationes, quas, in princ. C. de donat.
int. vir. & vxor. Caſtrenſ in d. l. digna vox,
C. de legib. Roman. conſ. 352. col. pen. Bar.
in l. omnes populi, num. 29. ff de iuſtit. &
iur. Ruyn. conſ. 196. num. 8. vol. 1. & conſil.
48. vol. 4. Grammat. conſ. 65 num. 26. cum
concordantib. citatis per Hyppol. Rimin.
conſ.

Digitized by Google

conſ.601.nu.94. & 95. vbi loquitur de illis,
qui ſubiecerunt ſe Regi non exiſtentes
prius ſubditi, & mox contraxerunt capi-
tulationes cum eo, ex Caſtrenſ. conſ. 317.
col.3.vol.1.Corn.conſ.70.col.pen. vol. 2.
Calcan conſ.51.col. etiam penult. Alex.
conſ.216.col.1.& etiam penult. & conſil.
205.col. 1.vol.1.Gamar.in tract. de extẽſ.
verſic.quinto limita, Neuizan conſ.12.nu.
num.31.vbi aliter homines ſe retraherent
a capitulizatione cum Regibus, & ex ta-
ctis ſupra in d.cap.107. num.6. Ideoque ſi
15 ipſe ſolus † Rex legem facit, l.fin. C.de le-
gib.conſequenter dicere verum erit, vt ip-
ſe velit, omnes actus ſuos regulari à Iuſtitia
poli, & fori, ex Bald. & Iaſon. in l. quod
principi, ff.de conſtit.Princip. & viuere e-
tiam ſecundum dictas leges, § fin. inſtitut.
quib.mod.teſtan. infirm. & late habes ſu-
pra in d.cap.107.num.... late etiam poſuit
alter Illuſtriſſimus Regens, & Comes D.
Petrus Corſetto in diſcurſu ſuper vectiga-
li Meſſanenſi impoſito, num.9. poſt Apo-
ſtol.ad Thimoth.D Ambroſ Magnũ Gre-
gor.Iamblic.in epiſtol.ad Agrippin. Ariſto
tel.& reliquos, licet quandoque quoad or-
dinem, & modum regendi populos non
ligetur lege, ex ratione ſtatus, dummodo
non ſit tranſgreſſiua, & violatiua iuris di-
uini, & per ea, q̃ vidimus ad Regias Prag-
maticas, tit.68.de Cõpoſitionib nu.8.tom.
1.earundẽ pragmaticarũ, & nedũ ipſe, ſed
etiam debeant hæc Regni Capitula ſerua-
re omnis Prorex, omniſque eius Locum-
tenens, cui vices ſuas commiſit, omniſque
alius officialis, vt in d. proœm. capitulorũ
Regni Regis Iacobi latè dixi nu. 35.cũ ibi
citatis, & in cap.51.Reg.Mart.verſ.1.to.3.
nec eiſdẽ licere, quod ipſi Regi nõ eſſet li-
citũ, d.l.digna vox, C.de legib. Menocch.de
arbitr.iudic. lib.1. quæſt.7. num.70. Rimi-
nald conſ.337.num.24 & 25.lib 3. & ita
hic intelligitur, ibi (*per nos, hæredes, ſucceſſo-
reſque noſtros, ac Officiales noſtros quoſcumque,
maximè Viceregeres, &c.*) quia omnes ſunt a-
ſtricti regni hæc capitula ſeruare ſingula
ſingulis referendo, & vnumquodque eo-
16 rũ quia ita important verba † hic ibi (*ſin-
gula ſingulis referendo*) ideſt ea capitula
decretata iuxta reſponſiones, atque
prouiſiones Regias factas in fine, ſeu in pe-
de vniuſcuiuſque eorum deſcriptas, vt hic,
ibi (*iuxta reſponſiones tamen. &c.*) quaſi dicat,
quòd ſi nõ ſint iuxta talia decretata, & re-
ſponſa, noluit haberi ea pro confirmatis,
ex his, quæ tradit Caualcan. deciſ.5. num.
30.part.3. ¶ Et licet in materia Regali
Reges non habeant regulariter ſucceſſo-
res, & hæredes iure hæreditario, cum tan-
tummodo ipſi ſint adminiſtratores durãte
eorum vita, & procuratores, vt vidimus ſu-
pra in d.cap. 107. nu. 100. ſicuti in feudali-
bus, in quibus citra ius, & nomen hæredis
ſucceditur, ſed cum illis pactis, & ſucceſ-
ſionibus ex prouidentia Principum, eo
17 quod realiter † Regna tranſeant ad pri-
mogenitum, vt poſt Alberic. Oldr. Barbat.
& alios dixi in d. cap. 27. Regis Federici,
num.10. vt in cap volentes, quod eſt capit.
28. Regis Federici, num 19. tom.2. tamen
in hoc Regno Siciliæ bene poteſt dici
quòd Rex eſt ſucceſſor Regis ſui præde-
ceſſoris, & hæres, ex quo in eo iure hære-
18 ditario † ſuccedatur, vt habes in cap. ſi ali-
quem, quod eſt cap. 33 Regis Iacobi, num.
129.to.1.cũ ibi adductis, & in eod.cap.27.
Regis Federici, d.nu.10.tom.2.& aliqua
tetigi in cap.456.Regis Alphonſi, num.30.
tom.5. & per adducta ab Ant.à Petra, in
tract de poteſt. Princip. tit.dubitatio ſecũ-
da, n.210.fol.184 ex Ang.in l.id, quod, ff.de leg.
1.qui referunt illud idẽ de hoc Regno Si-
18 ciliæ olim fuiſſe Eccleſiæ, & † mox dona-
tũ per Pontif. illi Carolo, de quibus nota-
uimus in d.c.33.Regis Iacobi loco citato,
& melius in Monarchia Pinedæ lib.26.ca-
pit 6.& per Iacob.Valdeſio, in tract.de di-
gnitate Regum, Regnorũque Hyſpaniæ,
cap.17.vbi refert fuiſſe vnitum hoc regnũ
19 cum Regno † Neapolis per Regem Al-
phonſum V. cognomine Magnanimum,
Zurita annal.Aragoniæ, lib.13. cap.6.& 7.
Pandolfus Collenuccius in cõpendio Re-
gni Neapolitani lib.5 c.20.& ab aliis ab ip-
ſo Valdeſio citatis, & in d.cap. 456. Regis
Alphonſi iam dixi, & voluit Illuſtriſſimus
Dom.Carolus Tapia, Regens, & Marchio
in deciſ.23.num. 93. ex conſtit. Regni Im-
peratoris Friderici, incip.cum hæreditariũ,
Iacobat.de Franchis, tit.ſpecies feudorum
quot ſint, num.109. Ioann Vinc.de Anna,
in tit de Vaſſall decrepit.ætatis cap.1.nu.
170.Camill.Borrell.conſ.1.num.96 & in
tract.de præſtant Regis Catholici, cap.16.
num.1.cum ſ qq.Fab de Anna, conſil.129.
num.76.Aponte, in lectionib.Feudal b. le-
ctione 2.num.10.de quibus per doctiſſimũ
Io:Baptiſt.de Caſtellis, de quo meminit ip-
ſe Dom.Tapia vbi ſupra, ne eum taceam,
neue incidam in eandem reprehenſionẽ,
& quicquid ſit, quocumque modo ſucce-
datur, omnis bonus Rex ſuccedẽs ſuo Re-
20 gi prædeceſſori † contrauenire videretur,
ſi eius facta impugnaret, ex Vulterran.cõ-
ſil.19.num 4.vol.3.Seſſæ deciſ. Aragon. 79.
num.41.Camill.Borrell.d.conſ 1.num.101.
Dom.Tapia loco citato, & ita poſt Natt.
Bald.Fælin.Dec Butr. Abbat. Imol. Cyn.
Caſtrenſ.& mille ait Riminal.Iun. conſil.
355.num.15.16.17.18.19.vol.4. multoſque
cumulaui ſupra in d.cap.107. num.67.68.
69.70. 71. vbi etiam quam plura loca con-
cordantia adduxi.

Eoque magis, dum promiſſio prædicta,
ſtipulatio, & capitulizatio fuerunt ſtipu-
lata, & concluſa cum dictis Ambaſciato-
21 ribus † totum Regnum, & tria bracchia
repreſentantibus, Eccleſiaſticum ſcilicet,
militare, & Demaniale, & tamquam illi,
qui poterant expedire omnia negotia ſibi
cõmiſſa, contractare cum Rege, & cæte-
ra facere, veluti Legatis, Nuntijs, & Ora-
toribus, iuxta text.in l.ſicuti, verſic.plane,
ff.ex quib.cauſ maior. Feder. de Senis cõ-
ſil.

Digitized by Google

ſil.121.Quæſtio talis eſt,n.9.Calderin.con-
ſil.84.alias 4. de offic.legati,Roman. conſ.
22 59,nu.6.veluti illi, qui habebant † à præ-
dicto hoc Regno Siciliæ mandatum ſpe-
ciale, nedum generale, vt per eundem
Roman.conſ 37.num.3.verſic.quarto, &
vltimo,Bart.in l.hoc quoque neceſſario,§.
ſed ſi quæ earundem,C de offic. Præſ. præ-
tor. & tamquam procuratores Regni , à
quo habebant procuratorium, vt ait Cal-
derin.d.conſ.86. de offic.legati,Ioann. de
Anan.conſ.84.num.2. Abb. conſ.109. num.
2.lib.1.Bart.conſ.18. num.3.Caſtrenſ.conſ.
398.in nouis vol.1 quæ volo dicere,quia
vti tales nuntij,& Ambaſciatores, ſiue O-
ratores multũ preualẽt cũ huiuſmodi per-
23 ſonis, ad quas deſtinati ſunt † qui ſi à Re-
gibus,& alijs Principibus honorantur, &
decorantur etiam in eorum proprijs pe-
titionibus & ſupplicationibus, & doman-
dis,vt inquijt Angel. conſ. 319. per totum,
quem refert,& ſequitur Cardinal. Tuſch.
in eius practicis concluſionib.iuris, verbo
Ambaſciatores,concluſ.327 tom.1.qui, &
multoties,etiam nõ petentes aliquid apud
ipſos Reges conſequuntur,dona, gratias,
priuilegia,titulos,honores, & dignitates,
recordor ſcripſiſſe late in capit. 27. Regis
Martini , præſertim,num. 3.tom. 3.& teti
gi ſupra in cap.45.nu. 15,hoc tomo,& la-
tè poſt Bald.conſ.194.lib.2.Cuman. conſil.
147.verſic cum ſecundũ,Angel.conſ. 319.
per totum, & alios ponit ipſe Dom. Tuſc.
concluſ.321. vbi refert de donatione facta
per Regem Cypri Conſiliario Admirati
Ciuitatis Genuæ,& de donationibus factis
per Imperatorem Legatis Mediolanenſ.
24 & de noſtro Bartolo à Saxoferrato † qui
cum eſſet deſtinatus Ambaſciator cum
Theo de Michiletis pro Ciuitate Peruſi-
na apud Carolum IIII. Piſis obtinuit pri-
uilegium Comitatus Palatini, & inſigniũ,
& armorum,ex Angel. d.conſ.319.in fine,
Eſt verum,quòd quandoquè præſentãtur,
& dãtur talibus Ambaſciatoribus aliquæ,
quæ eis non acquiruntur eorum intuitu,
ſed gratia deferendi ad eum v.g.à quo de-
ſtinati ſunt vtputa Leo,Camelus, &c ita
dicit idem Cardinal. Tuſch. d concl.321,
ex DD.in l.ſi vero §.cum quicquid, ff. ſol.
matr & in l.ſed ſi plures,§.in arrogato, &
ibi gloſſ ff.de vulgar.& pupill.Bar.& alijs,
de quibus ibi per eum, & hæc omnia pro-
pter grauitatem,præeminentiam , & ho-
norem talis officij, vnde videmus quòd tã
25 in eundo † quàm in redeundo de Amba-
ſciaria moleſtari non poſſunt, nec offendi,
ita vt concluſerint DD. crimen læſæ Ma-
ieſtatis incurrere eos occidentes.& vulne
rantes,vt in d.cap.27 Regis Martini poſui,
itaque poſt Bald.in cap.1.num 7. de offic.
delegat.vbi Fælin.num 17. Gigant. in tra-
ctat.de crimin.læſæ Maieſtat.quæſt.16 nu.
1.cum ſeqq.Martin.Laudenſ. in tract. de-
legat. Princip. quæſt 5. Nattam ad Alex.
conſ.13.nu.4 lib.1.Boſſ Corrad.& Decian.
in tract crim lib.7.cap.5. num. xj. ſcripſit
Farinaz,d in tract.de crimin.læſæ Maieſt.
quæſt 112.inſpect.4.d.part.2. tom. 2. cum
ampliationibus,& limitationibus, de qui-
bus ibi per eum, & ſi loquamur in ciuilib.
neque valeant tales Ambaſciatores mole-
26 ſtari,nec conueniri,ſed habeant † ius reuo-
candi domum,& forum loci,vnde diſceſ-
ſerunt,non autem in loco,vbi ſunt Amba-
ſciatores,vt poſt Anchar.conſ.297. num.7.
verſic.ſeptimo,& vltimo, qui loquitur de
Ambaſciatore Angliæ conuento per Car-
dinalem quendam in certa cauſa benefi-
ciali,Caſtrenſ.conſ.298.nu.2.lib.1. ex DD.
in l 2.§.legatis,ff.de iudic.& in cap.fin.de
for.compet.idem Card Tuſch.concl.224.
quanto magis igitur valebunt ſtipulata,&
contractata,ſeu inita per eos per capitula
vniuerſitatum nomine earum cum Reg[e]
& ad laudem D.O.M.eius Sãctiſſimæ Ge-
nitricis Mariæ,ac S.Roſolææ Virginis,cu-
ius interceſſione fuit anno præterito in
totum hæc Vrbs liberata ab epidimia , ſi
impoſitus finis huic tomo , & tranſeo ad
Septimum tomum.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google